
47 F. 4

SPVMANS OMNE POENARVM GENVS. QVODCVNQVE DVRVM

TRISTE, CRVDELE, HORRIDVM ROMÆ PRÆCANTVR, CÆTERI; HIC FACTVM DABIT.





NATVRA TOTA VINEAM FRONTI TVÆ PRÆTENDAT, ET RACEMVS ASTRIS TVRGEAT: FLAGELLA VITIS CIRCVLI FIANT POLI, MVSTVMQVE



1242:02

CAMBRIDGE
UNIVERSITY
LIBRARY

AD LECTOREM.

D-11-25

NEcesse est ut omnis vera religio ex duobus constet, ex visibili cultu pietatis, qui analogiam habeat ad a exemplar cœleste: et præsentiâ arcana divinitatis implentis b tabernaculum suum. Ad imaginem enim, et similitudinem Dei factus est homo; c et in d imagine hominis cœlestis incedunt fideles in Ecclesiâ visibili. Quinetiam ipsi e Angeli in naturâ suâ formam aliquam habent colendi Deum, per quam debitum servorum ad Dominum, filiorum ad patrem, creaturæ ad creatorem præstant. Cultus autem hic creaturæ creatori exhibitus, non solum in ipso opere rerum sub nomine Dei gestarum consistit, verum etiam in f humili agnitione, quòd non sint actu perfectæ essentiæ, veritatis, et sapientiæ, sed tantum similitudinem gerant essentiæ, veritatis, et sapientiæ cœlestis, per quas etiam g sustinentur; et velut umbræ à luce circumaguntur. h Vndè & adorationis actum ei præstant, quo profitentur se umbras illius esse.

Quia lux divinæ sapientiæ in tenebris rationis humanæ lucet, licet ab eis non comprehendatur. Præsentia verò divinitatis in i tabernaculo Ecclesiæ k sustinet hanc formam rerum, et actuum sacrorum l vocans ea, quæ non sunt tanquam sint, donec ad m participationem naturæ divinæ fideles eleventur ut non in analogiâ, sed in veritate, actus divinos faciant. Habet ergo omnis vera religio secretum suum, in subintelligentiâ divinorum in actibus humanis. Quemadmodum videre licet in Ecclesiâ castâ & fideli Protestantium, quæ justitiæ

a Exod. 25. 40. 26, 30.
1 Par. 28. 19. Heb. 8, 5.
b 9. 23.
Exod. 40. 32.
c Gen. 1. 26.
d 1 Cor. 15. 49.
Psal: 39. 7.
e Psal: 104. 4. Heb. 1. 7. Ezech. 1.
Iob. 1. 6. 38. 7.
f Ezech. 1 23. Iob. 4. 18.
g Hebr. 1. 3.
h Ps. 97. 8. Ioan. 1. 5.
i Apoc. 21. 3.
2 Cor. 6. 16.
k Isai. 26. 12. Mat. 13. 11.
l Rom. 4. 17. Eph. 2. 6. Eze. 16. 6.
1 Petr. 2. 9.
m 2 Pet. 1. 4. Hebr. 3. 14. Ps. 36. 10. Ioan. 17. 3.
1 Cor. 15. 24.

propriæ diffidens, adhæret justitiæ Christi invisibili: non æstimans se esse id, quod est in se, sed in Christo. Et quamdiu respectus hic relationis, et subordinationis ad exemplar suum ab Ecclesiâ observatur, firmum manet pactum Dei cum Ecclesiâ; ut ipse sit illis in n Deum & o virum (id est) essentiam intimè subintellectam: et Ecclesia sit ei in populum & sponsam. Cum verò subtrahit se Ecclesia ab illâ relatione, negans esse aliquod p mysterium, et sensum arcanum in cultu divino, præter ipsam substantiam operis visibilis, tunc apostasiam facit a Deo, et adulterium contra virum suum. Quia meretricis instar publicat corpus religionis suæ omnibus cognoscendum: et virum suum Christum penitùs negat. Et hæc est illa scortatio, quam exprobrat q Deus Synagogæ, quæ q Christum prædicantem non esse judicandam scripturam legis, secundum faciem, sed correspondentem sententiam faciendam, crucifixit. Et hæc est similiter finalis apostasia Ecclesiæ Romanæ à Christo, cuius occasionem, & historiam brevitèr describam.

n Apoc. 21. 3.
o Oleo. 2. 16.
p Hier. 17. 13. Iob. 21. 14. Isai. 29. 13. Ezech. 16. 15. Ioan. 4. 23. 1 Cor. 2. 7. Col. 1. 26. 1 Tim. 3. 16.
q Ioan. 7. 24.

Viginti quatuor anni elapsi sunt ex quo Apparatum meum edidi in revelationem Iesu Christi. Erat libri illius propositum ostendere, quod probabile esset, rationem quandam secretam exponendi scripturarum mysteria, in ipsis verbis reconditam esse. Præterea sermones cum quibusdam religiosis miscueram, in quibus significabam, esse quendam spiritualem Dei cultum mundo ignotum, qui sub externâ pietatis Catholicæ formâ celaretur. Gemino hoc nomine ad inquisitionem delatus sum à Iesuitis: et sub prætextu pensionis annuæ numerandæ, quâ exilij ærumnas tolerarem, quod pro fide Catholicâ subibam, Romam magnificis promissis accitus.

citus ab eisdem sum, et deindè in castrum Inquisitionis conjectus. Vbi cum repetito examine de doctrinæ meæ, vitæque ratione accuratissimè excussus essem; tandem ita de totâ causâ cognoverunt. Vt liber à me scriptus interdiceretur: et ne quisquam aliam rationem iniret interpretandi scripturas, quàm secundum grammaticam, et usitatum, scribendi, et legendi modum: neve alitèr mysteriorum indago fieret, quam per similitudinis lineas, ideque secundum communem sensum Catholicorum: tum ne quisquam spiritualem aliquem, et secretum pietatis cultum animo conciperet, præter eum, qui omnibus religiosis notus est: sed ut omnia, quæ de pietatis instituto in religione Catholicâ traduntur, κατὰ τὸ ῥητὸν intelligerentur. Quo facto mysterium doctrinæ impiæ, quod efficaciam suam olim habuerat, per gratiam Christi imputantem illi cultum spiritualem ad salutem Catholicorum, é medio sublatum est: et 2 Thess. 2. 7.
ipsa abominatio cultus carnalis, absque respectu mysterij, et gratiæ concomitantis, in loco sancto posita est. ὁ ἀναγινώσκων νοείτω scilicet, ita intellige totam disci- Matt. 24. 15.
plinam pietatis Catholicæ, sicut verba sonant. Cùm ergo è carcere dimissus essem, et intra urbis Romæ terminos ad quinquennium definitus, fugâ me eripui, non sine maximo vitæ periculo. Accidit hoc, anno Domini 1610. Postquam verò in patriam reversus sum, et ad unionem Ecclesiæ Protestantium, ad quam sub cultu devotionis Babylonicæ respiciebam; totũ hoc in- Don. 6. 18.
tervallum temporis, in studium literarum sacrarũ impendi; expectans temporis plenitudinem, in quâ monerem omnes fideles id facere, quod ipse secundum domini consilium feceram. Cùm autem videritis abominatio-

nem desolationis dictam a Daniele *Prophetâ stantem in loco sancto, tunc qui sunt in Iudæâ fugiant ad montes. Nunc ergo clarè omnibus proclamo, Cecidit, cecidit Ecclesia Romana lapsu geminato, et facta est habitatio Dæmoniorum. &c. Non rectè dicitur cecidisse, quod prius non stetit, neque bis cecidisse, quod non ruinâ geminâ procubuit. Neque possunt hæc de* Româ Pag nâ
Apoc. 18. 23. Isai. 21. 4. *intelligi, quæ nunquam stetit in amore Dei, nec unquam* audita est in illâ vox sponsi Christi, et vox sponsæ *Ecclesiæ. Nec unquam honorata est titulo,* Dei dilectæ: Babylon dilecta mea, facta est mihi in miraculum. *Nec unquam per aliquem lapsum* facta est domicilium dæmoniorum, *quorum aula, ab ipso urbis initio fuerat. Sed de Româ* Christianâ *necessariò*
Deut. 9. 12. Exod. 32. 7. *interpretanda sunt: quæ cùm à simplicitate Euangelij,*
Ioan. 10. 11 *in ipso Apostolorum tempore, ad similitudinem eius, et actum scenicum, se transtulisset: in antitypo umbræ suæ in Iudæis, qui Moyse vivente similia fecerant: tamen per misericordiam Christi, tradentis animam suam lu-*
2 Tim. 3. 5. *po pro ouibus, sanata est. Et licet cultus ipse justificatio-*
2 Thess. 2. 7. *nis per opera austeritatis, impietas in se esset: tamen quia formam spiritualis cultus Dei sub mysterio gerebat, et introductio erat ad veram Christi fidem, rectè intelligentibus eum; efficax futurus erat fidelibus, donec e medio tolleretur, Quod nunc factum est a Paulo. V. prohibente ullam mentionem fieri, vel cogitationem suscipi, de alio cultu Dei interiori, aut de ratione inuestigandi mysteria altiora sensu Catholicorum communi. Bis ergo cecidit Ecclesia Romana ab illo statu gratiæ, in quo a Christo sustentabatur. Primò cùm doctrinam fidei solius justificantis per Lutherum propositam condemnavit; cujus cognitio finis fuerat indulgentiæ diui-*

ræ, ut ad pœnitentiam rediret. Secundò cecidit, negando virtutem verbi interni τῦ λόγου ἐνδιαθέτε et subtrahendo se a relatione, et conformitate ad res Dei invisibiles: quo facto elegit cum Lucifero subsistere in seipso, et non in Deo. Neque enim alia fuit, vel esse potuit ratio apostasiæ diabolicæ, in principio mundi. Impius est ergo hoc tempore uniuersus cultus Ecclesiæ Romanæ, et Diabolo præstatur non Deo, quem clarè repudiavit. Exite ergo ab illâ, quicunque animas vestras ab æternâ damnatione liberare desideratis. Et præparate vos ad adventum Domini instantem, si fortè misericordiam ab eo consequamini: qui tanto odio ipsum in membris suis persecuti estis: et fidem illius Ecclesiæ per cuius imputationem priùs salvabamini; ferro, et igni sustulistis. Superuenit vobis in hoc libro diluuium Noani antitypum, in introductione myſterij fidei Protestantium *super universam terram Ecclesiæ* Catholicæ: *et flamma exemplaris ignis* Sodomæi, *in uerbi analytici lectione irrefragabili. Vos miseri ridetis fortassè ad tantæ vociferationis nouitatem. sicut fecerunt* Americani *ad primum tormenti ignei fragorem: Sed ubi Ecclesiam vestram moriuam Deo corruere senseritis; flebitis, et ululabitis. Non enim in eo statu sunt res vestræ sicut in superioribus seculis fuerunt. Cecidistis namque a fœdere diuinæ gratiæ, et a firmamento proprio veritatis. Requirite enim in annalibus Ecclesiæ* Romanæ; *et legite decretum, quod de rebus his factum est, Anno* 1610. 30 Ianuarij, *et ibi verum me dicere deprehendetis. Quia cùm per multas ætates fuerat inter vos, genus quoddam Theologiæ mysticæ, cujus nomen scriptum est in fronte,* Apoc. 17. 5. *et professione publicâ Ecclesiæ vestræ: et de quâ multi, et nominati apud nos viri libros scripserunt: totum*

illud studium sub anathemate sustulistis, Nunc ergò non vulgari modo Protestantium, oppugnaturus vos venio, ut formam fidei vestræ negem, aut verba erroris arguam. Quoniam sicut Apostoli cùm contra Iudæos disputabant, non negabant veritatem legis Moysaicæ, sed tantum mysterium fuisse Christi et Ecclesiæ eius contendebant: Similitèr neque ego doctrinam Ecclesiæ Romanæ ita convellam, ut veritatem de formâ verborum vestrorum detraham; sed tantum carnalem sensum, et praxin verborum irritam esse statuo. Atque ita tanquam vir fortior manus vobis
Matt. 12. 29. ligo; et calicem aureum meretricis Babylonicæ de
Apoc. 17. 4. manibus ejus rapio, et sordibus sensus, & observationis impiæ purgatis, ad usus Ecclesiæ nostræ traho. Habuistis
2 Tim. 3. 5. vos formam pietatis, habent nostri virtutem ejus; uos vestimenta gloriosa fidelium sine corpore, nostri vero
Coloss. 2. 22. corpus ipsum sine vestimento: uos proportionem sapien-
Isai 52. 1. tiæ, nostri ipsam sapientiam. Detraho vobis indumenta decoris alieni, quæ nullo jure rapuistis; et induco ea in Ecclesiam Protestantium: ut ita convertam sensus
Malac. 4. 5. antiquorum patrum, ad filios Protestantes, et sensus Protestantium ad antiquos Patres, ut viam præparem
Matt. 22. 12. advenienti Domino; et ut nostri veste nuptiali pacis
Isai. 59. 8. Ecclesiasticæ induti, cum confidentiâ in convivium nuptiarum ingrediantur. Sunt enim viæ Dei viæ pacis, quæ hactenus per errorem fratrum oppugnantium fratres. (ut in nocturno prælio fit) plenæ fuerunt clamo-
Ioan. 10. 10. ris, et contentionis. Ego autem eâ methodo insisto, ut vitam veritatis habeatis, sed tamen abundantius. Quid verò poteritis contra me objicere? an sententias patrum? opiniones doctorum? traditiones Ecclesiæ? decreta conciliorum? omnia per me vera sint: sicut hodiè vera

sunt

sunt, quæcunque de cultu Levitico a Moyse scripta sunt. 1 Cor. 2. 4.
Non quæritur de verborum sono, sed de rerum pon- 1 Cor. 4. 20.
dere; neque de praxi Ecclesiasticâ, quæ per gratiam
Dei ad tempus tolerata est, sed de fine et intentione
cultus carnalis, qui a Christo permissus est: ut cùm
non posset mundus per sapientiam Dei, Deum in sa-
pientiâ cognoscere: per stultum, et carnalem sen-
sum verbi prædicati, salvarentur credentes. Quoni- 1 Cor. 1. 2.
am ut ait S. Augustinus, pauci sunt, qui in hac
vitâ mysterium religionis Catholicæ intelligunt: reli-
quam multitudinem, quæ certè maxima est, non intelli-
gendi vivacitas, sed credendi simplicitas salvam facit.
Non sustinebat mundus simplicem fidei nostræ profes-
nem; neque granum puræ veritatis excussum e paleis Ioan 12. 24.
typi Iudaici sinebat crescere, et multiplicari, nisi prius
in terrâ sepultum, et mortificatum, sub formâ contra-
dictionis germinasset. Nunc verò quandò tanta seges
tritici per universum agrum succreverit, per multa in-
ternodia seculorum, tanquam spicarum sustentata: tem-
pus est ut metatur, et in horreum Ecclesiæ Protestanti-
um transferatur, ibique è paleis typorum, et cerimonia-
rum vestrarum excutiatur. Et quidem messis Eccle-
æ vestræ in hoc libro fiet, tritura verò expositionis, sequē-
tibus tubis peragetur. Interea legite vaticinia ante
gressa, quæ historiam rerum a me gerendarum respexe-
runt, et considerate titulos cohortium, et legionum me-
arum, quas contra vos adduco, ut ad ipsa nomina earum
horrescatis. Hæc autem sunt septem capita prædicatio-
nis meæ, quæ per hunc librum sparsim tractantur. Quòd
finis mundi, et aduentus Christi, in proximo expectandi
sint. 2 quòd sit interna, et certa ratio legendi, et expo-
nendi scripturam. 3 quòd authoritas Ecclesiæ Romanæ

abrogata sit. 4 quòd fides, et devotio Catholicorum, figura fuerit Protestantium. 5 quòd secundum proportionem Ecclesiæ Catholicæ uniendæ cum Protestantibus, investiganda sit unio superior analogica; 6 quòd a communione Ecclesiæ Romanæ discedendum sit omnibus, qui salvari volunt. 7 quòd totâ gloriâ Catholicorum symbolorum induendi sint Protestantes.

Prophetiæ.

Malachiæ. 4: *v.* 5. Ecce ego mitto vobis Eliam prophetam, antequam veniet dies Domini magnus, et horribilis, qui convertet cor, patrum ad filios, et cor filiorum ad patres, ne fortè veniam, et percutiam terram anathemate.

Matth. 24. 45. Quis putas fidelis servus, & prudens est, quem constituit Dominus super familiam suam, ut det illis cibum in tempore? Beatus ille servus, quem cum venerit Dominus eius, inveniet sic facientem. Amen dico vobis, quoniam super omnia bona sua constituet eum.

Ephes: 4. 11. Et ipse dedit quosdam quidem Apostolos, quosdam propheras, &c. donec occurramus omnes in unitatem fidei, et agnitionis filij Dei, in virum perfectum: in mensuram ætatis plenitudinis Christi.

Mat. 17. 11. Elias quidem venturus est, et recapitulabit omnia: et quomodò scriptum sit de filio hominis, quòd oportet eum multa pati, et reprobari.

Mat. 25. 1. Tunc simile erit regnum cœlorum decem virginibus, quæ accipientes lampades suas, exierunt

exierunt obviam sponso, et sponsæ. Quinque autem ex eis erant fatuæ, et quinque prudentes: Sed quinque fatuæ acceptis lampadibus, non sumpserunt oleum secum: prudentes verò, acceperunt oleum in vasis suis, cum lampadibus. Moram autem faciente Sponso, omnes dormierunt, et dormitaverunt. Mediâ autem nocte factus est clamor,

Ecce Sponsus venit, procedite ei obviam.

Esai: 29. 11. Et erit vobis visio omnium, sicut visio libri signati; quem cùm dederint scienti literas, dicent, lege istum: et respondebit, non possum: signatus enim est. Et dabitur liber nescienti literas: dicetur que ei lege, et respondebit, nescio literas.

4 *Esræ*. 55. Et lapis dabit vocem suam, et commovebuntur populi. Et cap: 6. *v*. 20. libri aperientur ante faciem firmamenti, & omnes videbunt simul. Et subitò apparebunt seminata, loca (sciptuæ) non seminata, et plena promptuaria (commentariorum) subitò invenientur vacua.

De subitaneâ destructione Ecclesiæ Romanæ. Isai. 47. 8.

AVdi hæc delicata, et habitans confidenter. quæ dicis in corde tuo, ego sum (Ecclesia Christi,) et præter me non est alia: non sedebo vidua, et ignorabo sterilitatem. Venient tibi duo hæc subitò in die unâ; sterilitas, et viduitas &c. Veniet super te malum, et nescies auroram ejus: et irruet super te calamitas, quam non poteris expiare: Veniet super te repentè miseria, quam nescies. 1 *Thess*. 5 3. Et cum dixerint pax, et securitas (*i*) *securum est, in communi sensu Ecclesiæ Catholicæ*

requiescere: tunc veniet super ipsos repentinus interitus, sicut dolor in vtero habenti, et non effugient.

Apoc. 18. 21. Et sustulit unus Angelus fortis lapidem, quasi molarem magnum, et misit in mare, dicens, hoc impetu mittetur Babylon civitas illa magna, et vltrà jam non invenietur.

Non intelligitur subita hæc destructio Ecclesiæ Romanæ, de conflagratione mundi: in quâ omnes urbes, & politiæ, bonæ paritèr, et malæ, desolationem sentient: neque de conspiratione regum contra eam, et apparatu bellico: cujus exortum necesse est ante multos menses prævideri: neque de demonstratione aliquâ miraculorum, quam non minùs quàm Iudæi, *dæmoni imputarent: neque de testimonijs allatis ex sacrâ Scripturâ exteriori, et patribus, quibus in opinione* Catholicorum *satis resistunt: neque de prædicatione* Lutheri, *per quam non senserunt desolationem in uno die, cùm adhuc ex magnâ parte subsistant. Ergo per spiritum verbi Dei interni, cujus demonstrationem in hoc libro exhibeo, id præstabitur. Et in uno die hoc, venit super eos interitus per publicationem libri hujus, non minùs quàm decem ab hinc annis 26 Octobris, ruit domus quædam Londini, et ad 100 Papistas, qui convenerant ad audiendum Iesuitam prædicantem, oppressit. In cujus diei octavâ prodit similitèr liber iste, qui Ecclesiæ* Romanæ *ædificium obruet.*

Ad lectorem.

De horrore, & dolore inimicorum veræ Ecclesiæ, aspicientium subitam, et mirabilem liberationem eius.

Sap: 5. v. 1. Tunc stabunt justi in magnâ constantiâ, contra eos, qui se angustiaverunt, & qui abstulerunt labores eorum. Videntes turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in subitatione insperatæ salutis. Dicentes inter se, pœnitentiam agentes, & præ angustiâ spiritus gementes. Hi sunt, quos habuimus aliquandò in derisum, & in similitudinem improperij. Nos insensati vitam illorum æstimabamus insaniam, & finem illorum sine honore. Ecce quomodò computati sunt inter filios Dei? & inter sanctos sors illorum. Ergo erravimus a via veritatis, & justitiæ lumen non luxit nobis, & sol intelligentiæ non est ortus nobis. Lassati sumus in viâ iniquitatis, & perditionis: & ambulavimus vias difficiles: viam autem Domini ignoravimus &c.

Prou. 1. v. 24. Quia vocaui, & renuistis, extendi manum meam, & non fuit, qui respiceret: despexistis omne consilium meũ: & increpationes meas neglexistis: ego quoque in interitu vestro ridebo: & subsannabo, cùm vobis id, quod timebatis advenerit: cùm irruerit repentina calamitas, & interitus quasi tempestas ingruerit: quandò venerit super vos tribulatio, & angustia.

Quòd gloria Dei incipiet revelari primò in insulis quibusdam.

Isai. 24. 16. Propter hoc in doctrinis glorificate Dominum: in insulis maris nomen Domini Dei Israel

A finibus terra laudes audivimus, gloriationem justi.

Isai. 4. v. 5. Viderunt insulæ, & timuerunt: extrema terræ obstupuerunt, appropinquaverunt & accesserunt. Unusquisque proximo suo auxiliabitur & fratri suo dicet confortare.

Isai. 42: 12. Ponent Domino gloriam, et laudes ejus in insulis nunciabunt.

Isai. 60. 9. Me enim insulæ expectabunt, & naves maris in principio, ut adducam filios tuos de longe.

INDEX CAPITVM TOTIVS LIBRI.

Cap: I Quòd neque sit illicitum, neque impossibile computare durationem mundi, et tempus proximum adventus Christi; et quòd conjecturæ ab aliis factæ, imperfectæ sint, & frivolæ.

II. Stabilitio tabulæ chronologicæ in fundamentum eorum, quæ supputanda sunt. Pag. 12.

III. Investigatio certi annorum numeri ab Abrahamo ad Christum. Pag. 15.

IV. Altera probatio distantiæ annorum 2000 à natinitate Abrahami, ad nativitatem Christi. Pag. 208

V. Distantia temporum ab Hanâ ad Christum. Pag. 36.

VI. Distantia temporis a primo anno ducis Iosuæ, ad natsvitatem Christi. Pag. 38.

VII. Expositio prophetiæ Danielis ad exactum tempus adventus Christi prioris. Pag. 40.

VIII. Declaratio quatuor vaticiniorum de adventu Christi et certo annorum numero Pag. 51.

IX. De numero annorum ætatis Christi. Pag. 56.

X. Cautio modestæ eorum, quæ dicenda sunt, et audacis jactantiæ declinatio, in timore Domini. Pag. 59.

XI. Octo fundamenta veritatis supponenda supputationi annorum. Pag 69.

XII. De numero annorum totius mundi. Pag 74.

XIII. Confirmatio numeri annorum totius mundi, ex nomine Dei, et Christi. Pag. 77.

XIIII. Confirmatio numeri 5600 ex nomine Adam. & tempore Samsonis. Pag. 83.

XV. Confirmatio numeri annorum ante Christum et post Christum. ex Psalmo. 90. Pag. 85.

XVI. Expositio prophetiæ Danielis ad annum adventus Christi secundi. Pag. 90.

XVII. Supputatio ejusdem temporis aduentus Christi

ex

*ex propheti*â D. Pauli. *Pag.* 95.

XVIII. *Supputatio temporum a numero vitæ* Adami, *et distantia ad Diluuium, Pag.* 97.

XIX. *Ratio, per quam diversæ æra numerorum mundi finientis, ad unum annum et diem reducuntur. Pag.* 98.

XX. *Supputatio temporis* Christi *per tempus servitutis* Iudaicæ. *Pag.* 100.

XXI. *Supputatio durationis Ecclesiæ* Romanæ, *iuxta proportionem judicij Dei in Babilone Chaldæorum. Pag.* 101.

XXII *Supputatio durationis Ecclesiæ* Romanæ, *juxta proportionem atrij exterioris. Pag.* 105.

XXIII. *Supputatio temporum ex cubitis tabularum Tabernaculi. Pag.* 114.

XXIIII. *Supputatio temporum ex cortinis Tabernaculi. Pag.* 121.

XXV. *Computatio temporum juxta proportionem Tabernaculi sagorum. Pag.* 129.

XXVI. *De tempore, occasione, et modo apostasiæ, Ecclesiæ* Catholicæ *à simplicitate Evangelij, in ipso initio primitivæ Ecclesiæ. Pag.* 133.

XXVII *Demonstratio numeri annorum Ecclesiæ* Catholicæ, *à principio apostasiæ ejus, ad tempus Euangelij restaurati, sub* Luthero. *Pag.* 165.

XXVIII. *Demonstratio temporis præfiniti Ecclesiæ* Catholicæ, *et Ecclesiæ* Protestantium, *ex mensurâ duarum columnarum* Salomonis. *Pag.* 166.

XXIX. *Confirmatio numeri* 1500 *ut proprij Ecclesiæ* Catholicæ, *et numeri* 1623 *pro tempore judicij divini demonstrandi in Ecclesiam* Catholicam: *ex mensurâ* Hierusalem. *Pag.* 182.

XXX *Computatio temporum durationis Ecclesiæ* Protestantium, *et Catholicæ, ex descriptione Arcæ. Pag.* 193.

XXXI. *Supputatio durationis Ecclesiæ* Catholicæ *ex mensuris templi, et confirmatio authoritatis meæ ad docendum*

dacendum ex testimonio Dei, Pag: 231.
XXXII. *Supputatio temporum ex historiâ* Ioluc, *Pag.* 240
XXXIII. *Supputatio temporum ante* Christum, *et post* Christum, *ex libro* 4. Esdræ, *Pag.* 243.
XXXIIII. *Supputatio temporum ab historiâ Abrahami, et enigmate dato a Deo, ad sciendum tempus, in quo possessurus esset terram* Canaan, *Pag.* 256.
XXXV. *De quadruplici ratione arcanâ exponendi sacram Scripturam, Pag.* 269.
XXXVI. *Supputatio temporum ex historiâ aquæ, in vinum conversæ, Pag.* 279.
XXXVII. *Supputatio temporum per moram* Christi *in morte suâ, Pag:* 307.
XXXVIII. *Supputatio temporum ex analogico partu mundi, Pag:* 312.
XXXIX. *Computatio temporum ex singulis versibus Psalmi,* 24. *Pag.* 316.
XL. *Demonstratio alterâ rationis temporum ex Danielis Capite,* 7. *Pag:* 349.
XLI. *Expositio* 8. *Cap: Prophetæ* Danielis, *Pag:* 381.
XLII. *Expositio* 10 *Capitis* Danielis, *Pag.* 403.
XLIII. *Expositio* 11 *Capitis* Danielis, *Pag:* 425.
XLIV. *Expositio* 12 *Capitis* Danielis, *Pag:* 466.
XLV. *Confirmatio ejusdem rationis temporum, et ministerij mei ex* 10 *Cap: Apocalyp: Pag:* 479.
XLVI. *Expositio duorum miraculorum, quæ a* Christo *facta sunt in multiplicatione panum, Pag:* 519.
XLVII. *Expositio signorum, quæ a* Christo *data sunt, ad sciendum statum duplicis Ecclesiæ* Catholicorum *et* Protestantium *et tempus adventus* Christi, *Pag:* 531.
XLVIII. *Confirmatio superiorum per generalem rationem, Mensuræ, numeri, ponderis, Pag:* 584.
XLIX. *Definitio temporum mundi, et Ecclesiæ Christianæ, per lectionem scripturæ rigidam secundum puncta et accentus, Pag:* 596.
L. *Conclusio totius operis, et demonstratio Iudicij Dei. Pag.* 658.

INDEX GENERALIS DEMONSTRATIONUM quibus totius libri structura firmatur.

1 *Arithmetica:* per supputationem temporum: per totum libium.

2 *Grammatica:* per lectionem exactam punctorum vocalium Cap 49.

3 *Allegorica:* per invariabilem correspondentiam rerum intellectualium ad sensibiles.

4 *Divina:* per expositionem certam omnium locorum S. scripturæ per tesseras literales verborum.

5 *Geometrica:* per quadraturam circuli.

6 *Harmonica:* per concordiam Ecclesiæ Protestantium cum Eccl. Rom:

7 *Logica:* per evidentiam rerum in seipsis.

8 *Physica:* per consensionem variarum expositionum ejusdem vocis, usque ad 6, 14. 20,

☾ Pulchritudi-
(nis.
☿ Veritatis.
♀ Bonitatis.
TVBA ☉ Vnitatis } Victricis
(mundi.
♂ Potentiæ.
♃ Iustitiæ.
♄ Essentiæ.

ELIAS: IVXTA EST DEVS IPSE.

ECCE SPONSVS VENIT.

CAP. I.

Quòd neque sit illicitum, neque impossibile, computare durationem mundi; & tempus proximum adventus Christi: & quòd coniecturæ ab aliis factæ, imperfectæ sint & frivolæ.

EVigila quisquis es qui dormis, excute te quicunque dormitas, *Ecce Sponsus venit.* Quocunque nomine in adventum *Christi* disponeris, sive amoris, expecta illum ut sponsa sponsum; sive timoris, ut servus dominum: sive providentiæ bonorum omnium, ut paterfamilias furem.

Omnibus modis non solùm tutum, verùm etiã
1 Cor. 1. 7. justum est, undiquaque prospicere: et ad omnia rerum eventa, ad omnes signorum occursus subsistere; et scisciari quandò, et quomodò venturus est; quem diligit anima tua: quem timet conscientia tua, et cui obnoxia est tota substantia tua.

Matth. 25. 1. Quis interdixerit sponsæ conqueri de morâ sponsi sui, et annos, et menses, et dies, et horas computare? quibus exactis, præsentiâ dilecti sui fruitura sit. Nullus amori divino modus
1 Pet. 4. 8. positus est, qui etiam *multitudinem peccatorum operit*. Et (si quis sit) audet sponsa se dilecto suo
Cant. 2. 5. de impotentiâ ejus commendare: *Dicite ei quia amore ægra sum:* non erubescit invalitudinis speciem, non timet ad legis regulam exigi: indè habet agendi impetum: undè lex omnis trahit mandati originem. Ab amore divino profecta
Ephes. 2. 15. est justitiæ ordinatio, ut creatura ad Creatorem suum reduceretur. Si non potest directo alveo, ad locum suum aqua decurrere, per omnem declivitatis anfractum viam rimatur; ut mari se uniat. Neque de hospitali officio solicita est *Martha*,
Luc. 10. 42. ut *Christum* cum duodecim *Apostolis* pascat, dummodò ipsa *Christi* loquentis delicijs fruatur. Provideat sibi ipse de prandio temporis, qui tam ubertim providit *Mariæ*, de cœna æternitatis. De rure aspero, et silice durissimo sit sponsus ille, qui sponsæ suæ in vitium numeret, nimiam solicitudinem sciendi tempus, et
Cantic. 1. 6. horam reditus sui; cùm curiositas ista sit amici absentis amplexatio; quam quisquis in amicâ repre-

reprehendit, ipse se non amare arguit. Viderint quomodo se apud *Christum* purgaturi sint, qui tantum absunt ut moram ejus ad calculos exigant; ut etiam dies, et annos, et ævum integrum diffindi optaverint. Habet, in quo soletur se, dæmonem, adulterum; qui ad *Christi* sponsi sui redituri delicias non erigit se intellectu, non rorat appetitu; non anticipat præsentem memoriâ. Matth. 24.48. 1 Pet. 1. 13.

Quod si inferiori conditione servi subsistat anima tua, recordare præcepti Domini tui jubentis; ut paratus sis lumbis succinctis, & ardenti lampade in adventum Domini: ut de longè venientem prospicias, et ad conspectum expeditus volites. Quare lampadem ardentem postulaverit? nisi ut diverberatis temporum mediorum tenebris, possis appropinquantem de conjectura notare: et accedentẽ, de specie rerum agnoscere. Quare lacinioſas vestes castigari voluerit, et in brevem gyrum corrigi? nisi ut à curis hujus seculi abstractus, ad diei illius cogitationem vacares; quando omnes curæ priores evacuabuntur. Quid si inter computandum calculi tui nimiùm properent, et annum citeriorem vero destinent? memor sis, quòd inter cætera flagitia malo servo computetur, quòd computum redeuntis Domini longiùs extenderit. Revel. 22. 17. Matth. 24.48. 2 Pet. 3. 13.

χρονίζει ὁ κύριός μου. Non est de anticipatione diei illius periculum; acuet tibi diligentiam, arguet Domino amorem; et quòd magis ad naturam amici, quàm conditionem servi accedas; qui non ut servus ad timorem inclinaveris, favendo tibi ipsi de spe longioris moræ; sed ut amicus Luc. 12. 45. Hebr. 4. 11.

micus contraxeris tempora desiderio, quæ voluisses effectu.

Si verò in tertio loco subsidas, hominis nec amantis *Christum*, ut decet sponsum, nec timentis, ut servum, sed tantùm de substantiâ seculi hujus soliciti, time ut furem, quem non amasti ut sponsum; time ut latronem, quem non es reveritus ut Dominum. *Ecce* (inquit) *venio ut fur, beatus qui vigilat, et custodit vestimenta sua, ne nudus ambulet.* Necesse est ut nudus ambulet, cui fur omnia vestimenta abduxerit; et quomodò non abduxerit à negligente? publici enim juris sunt quæ contemnuntur, et projiciuntur. Et quomodò non subtraxerit à dormiente? qui nec hoc ipsum cogitat, quid sit vigilare, et dormire: quid sit verum corpus, et vestimentum suum; sed in imagine utriusq; per somnium mimum agit, nuduſq; jacet stragulis direptis, in ludibrium et propudium paratus. Inter cætera autem vestimenta, et supellectilem, est ipsa temporis ratio, tàm ad literam, quàm ad spiritum; quam quisquis diligenter computavit, et cum affectu sibi ipsi numeravit, de potestate furis præripuit: quam ut propriam vindicavit, et conservavit.

Apoc. 3. 3. & 16. 15. 1 Thess. 5. 2.

Eph. 5. 16.

Licet investigare tempus reditus Christi.

Quomodò autem adventum furis, vel ad horam, vel ad diem æstimabit, cui non licet ad calculos recurrere? et signa rerum, et temporum inter se conferre? et quomodo putabit rationem homo carnalis, cui rationem carnis amputare non conceditur? ut libero à servitute publici judicij animo, sibi ipsi, et rebus suis privatim prospiciat.

prospiciat. Vt cogitent Catholici *Ecclesiæ Romanæ* mancipati, in quàm lubrico præcipitio subsistant; quibus non conceditur aliam rationem subducere adventus Domini, quàm somnolentam illam de *Antichristo* nascituro ex tribu *Dan*, quæ nusquam est; et de signis visibilibus futuris, quæ nunquam fient.

Quòd autem non solùm ratio temporis spiritualis iniri possit, verùm etiam naturalis adventus *Christi*, ostendit Deus in illo paradigmate novissimi temporis, quod in migratione à captivitate Ægypti delineavit: quandò et diem, et horam intellexerunt *Patriarchæ* libertatis suæ recuperandæ. Non quòd eodem simplici intellectu possit dies, et horâ redeuntis *Christi*, et Resurrectionis futuræ destinari; sed quòd simili rerum analogiâ, fideles ultimorum temporum, et possint, et debeant rationem temporis subductam habere: ut quandò tribunal generalis judicij erigendum sit, ex rerum signorumque indicijs, æstimari possit. Sap. 18. 6. Exod. 12. 13.

Eandem veritatis historiam Dominus in Parabolâ decem virginum novo colore obduxit; ut intelligi possit Domini reditus in proximò instare, quandò publicum fieret de reditu ejus præconium; quod hoc in Libro præstatur. In quo, cum tanta rationum et signorum buccinatione nuncium venientis Domini emittitur, ut cujusvis dormientis aures perruptrum sit, somnumque discussurum: ut non solùm sapientes, verùm etiam fatuæ virgines evigilaturæ, et lampades ornaturæ sint. Quemadmodum in primo Matth. 25. 2.

Christi adventu, non solùm fideles spiritu excussi è somno expectárunt regnum Dei; sed et ipsi Sacerdotes, et Scribæ; totusque populus Iudæorum: *Messiæ* venientis indicia, et præconia manifesta perceperunt. Sed isti novissimorum temporum scrutinio, moram videtur injicere dictum illud Salvatoris: *Quòd de die illâ, et horâ nemo noverit, neque Angeli cœli, neque Filius; sed solus Pater.* Omnis autem disquisitio intellectus est de rebus, quæ sub potestate ejus cadere possunt: quod si nequeat tempus redeuntis *Christi* sub calculorum Syllogismo concludi; inanis erit omnis illius cura, et meditatio.

Luc. 2. 25. Matth. 2. 3.

Matth. 24. 36.

Quod possit tempus adventus Domini intelligi.

Sed hallucinantur in hoc ad unum omnes, qui verba illa ad diem, et horam temporis distringunt. Ecquid enim *Angeli* tempus illud ignorabunt, usque ad momentum quo *Christus* descensurus est? cùm *Angelus* in *Apocalypsi* distribuat tempora per tubas: *et cùm cecinerit novissima tuba*, judicium venturum pronunciet. Imò, ut de re jamjam instanti prædicit, venisse horam judicij divini. Sed utcunque illi ignoraverint, numquid *Christus* quatenus filius hominis est, et judex destinatus mundi negotijs, et cui omnis potestas data est in cœlis et terris, diem reditus sui ignorabit? cùm hoc in potestate judicis sit, diem juri dicendo præfigere. Neque habet perfectam potestatem totius creaturæ, qui non habet pariter perfectam ejus scientiam. Aut si secretum hoc filio hominis subtraheretur, etiamnùm ab ipso filio subducetur; quia disertè dicitur, *Quòd solus Pater rem noverit?*

Apoc. 11. 15. Apoc. 14. 17.

Mar. 28. 18.

per

per cujus restrictionis rigorem, manifestè excluditur etiam Filius. Sed non de die temporis intelligendus est locus, sed de die æternitatis; et objecto visionis beatificæ, quod in Filio Dei proponitur, quem ita Pater solus novit, sicut solus Pater actu notionali Filium, et verbum suum generat. Dies enim pro clarâ rerum evidentiâ accipitur, ut cùm dixit *S. Paulus, parùm est mihi à vobis judicari aut ab humano die:* et *Propheta diem hominis non desideravit.* Et reconciliatio omnium in *Christo*, et ad Deum reductio, vocatur *Dies quem fecit Dominus, et hic est dies quem genuit pater luminum: Ego hodiè genui te, vel ego Diem genui te.* Nosse autem Deum, est per actum intellectus producere evidentiam divinitatis in speculo Filij: quem diem et horam perfecti intuitus, nec intellectus humanus, nec *Angeli*, nec *Christus*, neque ipse Filius Dei hoc modo novit, qui est visio sapientiæ generata, non generans.

1 Cor. 4. 3.

Hierem 17. 17.

Psal. 118. 24.

Psal. 2. 7.

Vt ergò elevaret stuporem mentis humanæ à sensibili temporis consideratione, ad meditationem rerum, quæ revelandæ essent in adventu *Christi*, sermonem suum à directo ductu intelligentiæ implicuit. Et totam visionem sapientiæ divinæ, et mundi futuri diem appellavit. Quo nomine multoties in sacrâ Scripturâ vocatur. Sicut enim dies est motus Solis super horizontem: ita dies Domini est extensio intelligentiæ claræ super rem definiendam.

Dies Domini pro clara revelatione divinorum perpetuo usurpatur.

Cæteróque non est status ille Beatitudinis dies horis mensuranda temporis, sed perpetuus actus

actus sapientiæ evidentèr explicatæ in æternũ. Ergò non obstante pronunciato hoc, quod omnem diei Domini scientiam amputat: potest saltèm annus redeuntis Domini, vel gyrus brevis annorum cum probabilitate, et bonâ cum Scripturæ literalis veniâ computari. *Vigilate* (inquit) *quia nescitis diem, vel horam.* Videtur rationi discrepare forma hæc loquendi, tantum (inquit) abest, ut diem sciatis; ut neque horam diei noveritis: possit enim quis diem cognoscere, etiamsi horam illius diei ignoret. *Christus* autem declarat, plus esse scire diem ipsum: quàm horam diei in quâ venturus sit. Non intellexit *Christus* horam in genere, quòd primâ, vel secundâ diei horâ venturus esset, sicut per scientiam diei non respexit confusam notitiam, quòd die Solis, vel Lunæ accideret: sed per diem, claram scientiam reditus *Christi*, et per horam, particularem aliquem respectum ejus significavit.

Matth. 24. 42.

Apoc. 3. 3.

Vigilate (inquit) in spiritu mentis arrecti, ut possitis, vel perfectam rationem temporis subducere, vel ad particularem aliquam notitiam pervenire; quoniam utramque nescitis.

Hora quid significet.

Si autem per vigiliam intellexisset Dominus illam, quæ per corporei sensus officium præstatur, quare *S. Paulus* moneret fideles *vigilare ad adventum Christi*, quem disertè negabat illo tempore instare? Significat ergò vigilia erectam mentis intentionem, et abstractam à figuris, et imaginibus rerum divinarum; ad considerationem rerum ipsarum, quæ sub tenebris symbolicæ scientiæ celantur.

1 Cor. 1. 7. Acts 20. 31. 1 Cor. 10. 13.

Vigilia quid sit.

Alioqui

Alioqui stultum esset cogitare, quòd in meliori conditione futurus sit Monachus fatuus in adventu Domini, aut majorem gratiam inituros, qui vigilias corporeas agere deprehenderetur quàm sapiens, qui illo tempore dormiret.

Quòd autem supputatio *Christi* venturi, et mundi discedentis non excedat rationis captum, et accuratæ disquisitionis examen; gemino hoc argumento stabiliri potest. Primò, quòd finis mundo præfixus, res sit, quæ ad scientiam naturæ pertinet. Omnia enim rerum creatarum principia, media, et fines, et causæ, et actuum ordinatio, fundamentum habent in ipsâ naturâ. Ideóque per solertem rerum ipsarum indaginem (cum probabilitate saltèm) investigari possunt. Et *Sapiens* testatur, se novisse principia et fines temporum. Secundò, quoniam quæcunque de die judicij, et circa eam eventura sunt, in sacris Scripturis tacitè exarata sunt; ut si reducto velamine literæ, penitiùs in eas intueamur; non obscura veritatis testimonia haurire inde liceat.

Quod possit probabilis conjectura haberi temporis adventus Christi.

Sap. 7. 17.

Et quidem hactenus non alium progressum fecerunt *Protestantes* nostri in hoc scrutinio, quã ut ex prædicatione Evangelij per totum orbem jam facta, et *Antichristi* revelatione patefactâ, diem imminere credant. *Catholici* autem inanissimis argumentis nitentes *Antichristi* imaginarij adventum præstolantur, et quem domi tot annos nutriêrunt; foris venturum somniant. Quem ex tribu *Dan* oriturum tradunt, quæ nusquam gentium est, stultissimâ conjecturâ ducti,

Conjecturæ ad ventus Christi adhuc factæ, imperfectæ sunt & falsæ.

ex varicinio *Iacobi*, Quòd *fiet Dan tanquam serpens in viâ, &c.* et quòd è censu tribuum *Dan* omittatur in *Apocalypsi*, et per congressum Dæmonis à meretrice generandum scribunt: tanquam possit Diabolus tantum juris habere in naturâ, quantum habuit Spiritus sanctus in incarnatione *Christi*: et quòd per spacium trium annorum, et dimidij, totum orbem imperio suo subjugaturus sit. Quod intra tàm breves terminos (etiam dormiente toto mundo) non possit confici. Idque eo fundamento astruunt, quòd *data sit bestiæ potestas faciendi diebus mille ducentis sexaginta, et ad tempus, et tempora, et dimidium temporis*. En cor *Zenodoti*, en jecur *Cratetis*! Quod vel uno hoc argumento diffiari potest. Si enim in visibili hoc temporei actus spectaculo venturus sit *Antichristus*, et ignem sensibilem de cœlo devocet, signa prodigiosa exhibeat, et nomen *Christi* obliteret, et cogat homines in fronte, et in manibus characterem gerere: quorsum in re tàm exploratâ, et extra omnem dubitationem positâ, monet Spiritus sanctus, *opus esse sapientiâ ad subducendum numerum nominis ejus?* Quid opus est lampadem soli admovere? et obscurum numerum literarum supputare, in tantâ omniũ signorũ, et operũ evidentiâ? Sed meminerint pueri nihil revelari, nisi quod priùs verè, et secundùm naturam extitit, sed tantum sub operimento, et personâ in speciem contrariâ tegebatur. *Et nunc quid impediat scitis, ut in suo tempore reveletur.* Ergò homo ille peccati, et non alius, qui revelandus erat circa tempus advenientis

Gen. 49. 17. Apoc. 7.

Apoc. 12. 3.

Apoc. 13. 18.

2 Thess. 2. 6.

venientis *Christi*, illo ipso tempore erat in mundo: sed velatus, quod non de uno aliquo homine, sed de ratione quadam apostasiæ, et veluti fermento erroris intelligendum est, quo quicunque inficiuntur unius hominis rationem habent, et tàm specioso interim titulo, et facie pietatis sese mundo ostentant: ut non possit fucus detegi *seminis diabolici*; donec velamen auferatur: et *lupus* se ex ipso faciei torvæ aspectu dignoscendum exhibeat. Iob 41.4. Matth.13.25. Matth.7.15.

Qui verò conjecturam adventus *Christi* ad illud tempus differunt, quandò sensibiliter *futura sunt signa in sole, et lunâ, et stellis, et in terrâ pressura gentium præ confusione; sonitus maris, et fluctuum &c.* discant errorem suum corrigere ex illâ parabolâ quam addidit *Christus*, ad dignoscendum rectam intelligentiam eorum, quæ dixerat. *Sicut*, inquit, *æstatis adventum instare dignoscitis, quandò arbores folia, et fructum ex seipsis germinant: ita cùm vos videritis hæc omnia fieri, scitote quòd propè sit filius hominis, in ipsâ portâ.* Quid opus erat parabolam ex arbore ficus proponere? cùm sole obtenebrato, lunâ eluminatâ, stellis cadentibus, virtute cœlorum fluctuante, signo filij hominis in cœlis apparente, et ipso *Christo* in nubibus cœli veniente: non opus erit in tantâ luce, ad umbram arboris respicere. Præterea si hæc omnia eo modo gerenda sint, quo sensu carnali præsumitur, ubi est adventus ille Domini *instar furis*? si tanto cum strepitu ad ostium pulsaret, et clarè nomen suum, et adventum ebuccinaret. Vbi est *laqueus* ille,

Adventus Christi non potest per signa prodigiosa cœlorum sciri. Luc. 21.25. Luc. 21.30,31. Matth. 24.43.

Luc.21.35,36 ille, *quo implicabuntur omnes qui habitant super faciem orbis terrarum?* aut quomodò *quisquam evadet fidelium*, qui non illo nodo stringetur? Nemo enim est, qui secundùm literam in terrâ non habitat. Et tamen erunt filij lucis qui à decipulâ hac evadent, ut vel per vos ipsos intelligere possitis totam formam verborum, quibus dies Domini per signa sensibilia describitur, similem laqueo esse; quia cùm aliud in recessu sensus cœlestis contineant, aliud in fronte promittant terrenæ historiæ: quicunque ea, quæ in sacris literis de die *Christi* scribuntur ad literam amplectitur, in laqueum sermonis incidit, et implexus tenetur ignorantiæ et stultitiæ vinculis.

Supputatio 6000 annorum futilis est.

Vltimò, supputatio temporum mundi, juxta vaticinium illud pseudoprophetæ *Eliæ Rabbini Iudaici*, futilis est: qui inde numerũ annorũ totius mundi ad sex millia annorũ redegit; quoniã litera ס quæ millenarium significat, sexies in primo versu Geneseos repetatur; cùm nulla mentio fiat durationis mundi in illo loco; nec aliquod, quod analogiam habeat ad temporis rationem, quo mundus duraturus sit.

Cap. 2.

Stabilitio tabulæ chronologicæ in fundamentum eorum, quæ supputanda sunt.

TEmporis dictio apud Hebræos derivatur à voce significante perversitatem. Est enim tempus

tempus duratio rerū à lapsu primi hominis, et à *subjectione totius creaturæ sub vanitate; qui est status perversitatis, in quē creatura sensibilis non sponte decidit; sed in spe recuperandæ libertatis in revelatione filiorū Dei.* Licet autē vulgò notio temporis accipiatur pro quavis successione actuum, et duratione motus; alium tamen usum habet in divinis literis: ut cùm dicitur, *tempus non erit amplius, sed in diebus septimæ tubæ finietur mysterium Dei, sicut juravit sanctis ejus.* Finitio ergò mysteriorum Dei opponitur tempori. Est ergò tempus continuatio mysteriorum Dei, et actus mundani, secundùm Etymologiam vocis suæ. Est enim χρόνος χρόα νῦ, color mentis, vel mens colorata; hoc est, expressio rerum divinarum, quæ ex simplicitate naturæ suæ exhibendæ sunt in altero seculo: testante *David,* quòd *in imagine pertransit omnis homo:* Et S. *Paulo,* quòd *figura hujus mundi transit.* Atque hoc præcipuè sensu prædicavit *Christus Iudæis, impletum fuisse tempus:* id est actum scenicum legis typicæ; et *appropinquare regnum Dei,* id est veram historiam regni divini; cujus forma personato gestu exhibita fuerat in veteri Testamento.

Rom. 8. 19, 20.

Apoc. 10. 7.

Psal. 39. 7.

1 Cor. 7. 31.

Marc. 1. 15.

Eodem ergò modo hæc sit prima hypothesis præconij mei: Quòd totius mundi fabula jam penè consummetur; et brevi proditura sit publicè quadruplex series novi mundi, sensibilis corporum; intelligibilis scientiæ; spiritualis cultus divini; et imperialis regnorum, in revelatione *Iesu Christi.*

Argumentum totius libri.

Nunc propiùs accedendum est ad illam temporis rationem, quam vulgus hominum concipit, et annitendum est, ut ostendam tempus illud jam penè explicuisse se, quod à Deo præfinitum, et prædictum erat in sacris literis; in quo *Christus* ad judiciũ reverteretur, et totius mundi, tàm sensibilis, quàm spiritualis fieret renovatio. Quod ut ordine et ratione exequar, primò stabiliendæ sunt tabulæ chronologicæ, et epochæ; ut ex hoc cardine revolutio temporum demonstretur.

Primùm ergò suppono tabulas *Helvici*, et supputationem *Scaligeri*, ut omnium reliquarum optimam; imò in se veram certamque. Tota autem controversia in subducendâ ratione temporum versatur, in annis illis, qui *Christum* præcedunt, quoniàm cognitâ Epochâ *Christi*, de primis, et sequentibus non dubitatur.

Ab *Adamo* ad diluviũ numerantur anni 1656. Ad *Abrahami* nativitatem 1948. Ad *Christi* nativitatem veram 3947 incompleti, vel 3948 completi: Ita ut annus primus integer *Christi* desinat in annum 3948, (secundùm *Scaligerum*) sed duobus annis posteriùs, secundùm traditionem *Ecclesiæ Catholicæ*, quæ à *Dionysio parvo* computata, et defixa est 3950.

Vnus tantùm est qui incurrit scrupulus, in chronologiâ *Scaligeri*, quia annum decimum quartum *Ezechiæ*, quandò obsessa est per *Zennachereb Hierosolyma*; et quo tempore factum est prodigium Solis regredientis; componit cum anno Iubilæo, id est, anno mundi 3235: cùm

certum

certum sit, incidisse eum in annum sabbaticum præcedentem. Ita enim disertè testatur Propheta *Esaias: Comedite hoc anno, quæ reservantur, et secundo, quæ sponte oriuntur*: erat ergò annus ille Sabbaticus, et sequens Iubilæus. Esa. 37. 30.

Vnicum est, quo nodus hic dissolvi potest: ut dicatur quòd tempora Regum non exactè quadrent cum annis mundi; sed cùm in medium, vel partem alicujus anni inciderit, sive nativitas regum, sive regni alicujus principium; aliquando imputari annum illum regium præcedenti anno, aliquando consequenti. Sic ergò quatuordecimus annus *Ezechiæ* ex primâ parte anni pertinet ad annum Sabbaticum: ex complemento verò, ad annum Iubilæum.

Cap. 3.

Investigatio certi annorum numeri, ab Abrahamo, ad Christum.

Quòd autem supputatio illa *Scaligeri*, quamproximè accedat ad veritatem, declarari potest ex analogiâ typicâ adventus *Christi*. Præceptum enim fuerat à Deo, ut *arca populum præcederet spacio 2000 cubitorum*. Nemo autem (ut opinor) adeò rudis est, ut æstimet Deum nullam rationem *Christi* habuisse, in illo numero cubitorum definiendo: cùm *omnia facta sint ad exemplar Christi in monte monstratum*; et *Tota lex habuerit umbram futurorum*, et *Omnia contigerint illis in figurâ*. Et *Moyses* ipse in tantum Iosuæ 3. 4. Exod. 25. 40. Heb. 10. 1. 1 Cor. 10. 11. Ioan. 1. 17. & c. 5. 46.

Vt negetur esse hoc quod ad literam intelligitur.

tum sit hoc quod de *Christo* sub typis instellexit.

Primò autem occurrendum est vanæ illi, et impiæ propositioni scholarum: Quòd *Theologia symbolica non sit argumentativa.* Quæ sententia procusa est ab hominibus ingenio cæcis, et discursu claudis, qui huc tanquam claudi ad equum recurrunt: vana est (inquam) et impia. Si enim nulla omnino possit ratiocinij astructio ex typis fieri; frustra esset creatio mundi sensibilis, quæ in formam vestigij divinorum facta est: ut indè ad Creatorem intelligendum homines ducerentur. Vana etiam esset typorum legis ordinatio, *quæ hypotypôsin & umbram habet divinorum.* Vana Religionis Christianæ institutio, quæ *imago est Dei invisibilis*; si ex communibus rerum illarum lineis, non possit certus intelligentiæ ductus protrahi ad concipiendum Deum, qui sub illâ umbrâ et imagine circumscriptus est. Quorsum enim sunt omnes imagines hominum, et rerum aliarum, si non deducant intellectum ad res ipsas, quarum imagines sunt? Quare denique S. Apostoli toties ex typis veteris Scripturæ rationis vim deducant, si columna nubis typicæ quæ omni loco incumbit ubi nomen Dei invocatur, possit quavis aurâ diffiari et dissipari. Statuendum est ergò necessariò, quòd *generalis similitudo typorum naturalium, et legalium, et Christianorum, infallibiliter manuducant animum ad scientiam Dei generalem*: generalem dico, non particularem, quæ per solius similitudinis lineas non potest judicium intellectus, ad certum veritatis punctū defigere.

Rom 1.19.

Hebr. 10.1.

2 Cor. 4.4. Col. 1.15.

Exod. 13.22. Esa. 4.4.

desigere. Si enim totius *Hexameri* narratio, per constantem, & æquabilem similitudinis correspondentiam, ad conceptum ullum rerum intellectualium producatur, quæ inter se eodem modo cohærent; sicut sensibilium rerum notio præmonstrat; impossibile est, ut in falsam veritatis apprehensionem incurrant. Sicut dicitur, *Non consummabitis omnes civitates Israel, priusquàm veniat regnum Dei.* & *In quemcunque videris Spiritum sanctum descendentem, & manentem, hic est, qui baptizat in aquâ & Spiritu sancto.* Quoniam, ut loquitur Propheta, *Numquid duo simul ambulabunt nisi inter se convenerint?* Ita non possunt intelligibilium rerum rationes cum sensibilibus simul incedere, passu æquato, per multum temporis: nisi vera sit earum inter se convenientia, et amicitia. Quemadmodum videmus, quòd inter ambulandum contingat, ut ad tres vel quatuor passus, duo inter se ignoti ad latus gradiantur. Sicut multæ expositiones typicæ sanctorum Patrum et commentatorum, cum rerum sensibilium typis paucis passibus conveniunt; sed mox ab invicem dividuntur: quoniam in intimo veritatis affectu, inter se prius non conspirabant. Quod si æquabili ductu per totum creaturæ, vel typorum historiam, amicè consentiant; necesse est, ut habeant in ipsâ rerum essentiâ affinitatem sensuum. Quemadmodum enim in linguarum disciplinâ, primò supponitur propter authoritatem docentis verbum aliquod, ut *Cælum, terra, &c.* significare hoc, quod vulgò creditur. Sed postquàm per singularem inductionem legentis deprehenditur, quòd ex illâ significatione appositâ, sensus rationalis

Mat. 10. 22.

Ioh. 1. 34.

Amos. 3. 3.

tionalis ubique gignitur: non iam res fidei est, propter authoritatem docentis, sed certitudinis, ex evidentiâ rerum emanantis. Ita si ex significatione aliquâ typis assignatâ, comperiatur sensus rationalis omni in loco emergere: non minus est argumentativa doctrina illa rerum; quàm altera, significationis simplicis verborum. Deinde si non modò similitudo rerum perpetuò convenit, sed etiam ex significatione verborum, idem sensus deducitur: hoc est alterum veritatis testimonium. Tertiò si et
1 Ep. Ioan 5.7. ipse rerum sensus sit in se rationalis, ex constructione ipsarum, et perpetuâ homogeneæ intelligentiæ compage; hoc est tertium veritatis testi-
Math. 18.16. monium, De quo *Christus* testatur, quòd *in ore duorum vel trium testium omnis sententia stabilietur.* Ex his ergò fundamentis, expositionem typi illius ædifico: de distantiâ 2000. cubitorum inter arcam, et populum. Quòd populus *Iudaicus* significet in
1 Cor. 10.11. figurâ populum *Christianum*: conclusio est de fide. Sicut ergò arca præcedebat populum *Iudæum*, ita necesse est, ut arca quædam intelligibilis popu-
Exod. 13.22. lum *Christianum* præcesserit: Et quædam nubis
Isai 4.3. columna, visibiliter viæ ductum, quâ ingressuri sunt *Christiani*, ad terram spiritualem promissionis ostenderit. Arca autem necessariò significat generale secretum Dei, sub quo, arcana eius mysteria continebantur. Talis autem arca, et ratio secretorum nulla potest assignari, præter populum *Iudæorum*, sub cuius historiâ omnia religionis *Christianæ* arcana celabantur. Quoniam non naturaliter movebatur, sed ad placitum Dei imperantis, ut elevaretur, vel deponeretur ad tempus, nunc longiùs,

nunc

nunc breviùs : quod non potest intelligi de creaturæ visibilis corpore, quod per legẽ naturæ certam et immutabilem, naturaliter movetur. Sequitur ergò non per coniecturam incertam, sed necessariam consequentiam rationis, quòd per arcam Dei, quæ præcessit populum, et viam illi monstrabat, per quam ingrediebantur homines alioqui locorum ignari, intelligatur populus *Iudaicus* : qui *Christianum* præcessit in cultu Dei, et figurato progressu ad regnum cœlorum: et viam designabat, per quam *Christiana Ecclesia* tenderet in spirituali cultu Dei, in quo priùs non ambulaverat. Et quòd esset figurarum legalium columna quædam, non nubes aut caligo aliqua fluida; sed in modum columnæ firma, et certa, et nullo ventorum, (id est) spiritualium notionum contrariarum occursu, à suâ firmitate mobilis. Sicut ergo distantia populi sequentis arcam, mensuranda erat à termino illo, ad terminum arcæ præcedentis; ita distantia *Ecclesiæ Christianæ*, à primo termino ortus eius in Nativitate *Christi*, usque ad primum terminum *Ecclesiæ Iudaicæ* orientis in *Abrahamo*, computanda est. Nulla enim distantia inter utramque *Ecclesiam*, quæ mensurabilis sit spatio aliquo, cogitari potest; nisi temporis.

Arca Synagogæ Iudaicæ.

Columna nubis.

Distantia ergò 2000. cubitorum, inter arcam et populum, aptissimè significat distantiam 2000. annorum; inter nativitatem *Abrahami*, et *Christi*. Sic erunt ab anno nativitatis *Abrahæ* inclusivè, ad primum annum complet͂u *Christi* inclusivè, 2000. Et à primo anno *Abrahæ* exclusivè, ad primum annum *Dionysianum* exclusivè 2000. Et cum istâ veritate signi Prophetici, consentiunt tabulæ

Chronologicæ *Scaligeri.*

Obſervandum eſt autem, in hac diverſitate *Epochæ Chriſtianæ*, magnum ſapientiæ Divinæ myſterium: quæ in ratione temporum ordinanda, utramque indifferenter ſupponit: licet illa, quoad rem, hæc verò tantùm, quoad opinionem vera ſit. Vt ſignificaret, fidem *Eccleſiæ Romanæ*, quæ veram originem fidei *Chriſtianæ* prætermiſit; et poſteriorem ab hominibus inventam amplexa eſſet: tamen per Divinam gratiam, pro germanâ fide *Chriſti* æſtimari: quemadmodum initium æræ *Chriſtianæ*, quod duobus annis poſterius, verum ſequitur: ab eâdem ſapientiâ Dei, pro germanâ epochâ *Chriſti* ſuppoſitum eſt aliquandò, in ratione temporum numerandâ: ut poſterius declarabitur.

Cap. 4.

Altera probatio diſtantiæ annorum 2000. *à Nativitate* Abrahami, *ad Nativitatem* Chriſti.

DVratio hæc *Synagogæ*, et *Mundi Iudaici* à termino nativitatis *Abrahæ* patris *Iudæorum*; ad terminum Nativitatis *Chriſti*, patris mundi ſequentis; figurata erat per mare illud æneum, quod fecit *Salomon*, quod *continebat duo millia batorum*: cuius *ſemidiameter 5. cubitorum, ambitus 30. habebat colocynthidas exterius ductas duorum ordinum, ter ſibi reſpondentium, quarum ſingulæ decem cubitos obtinebant, latitudinis ad terminum oppoſitum, & craſsities labri erat unius palmi, & labium eius tanquam opus labij calicis*

3. Reg.

calicis florentis in speciem lilij : hoc mare sustentabatur à duodecim bobus, quorum facies exterius respiciebant ad quatuor terminos cœli, sed interius celabantur.

Mare significat statum gentis, et Ecclesiæ Iudaicæ, quatenus typum gerebat Christi, & Ecclesiæ eius. Est enim *Mare* apprænhensio universalis figurarum relatarum ad res figuratas, quæ per omnimodam similitudinis potentiam, in omnes partes & respectus, fluctuum instar agitabiles sunt, à ventis voluntatum intellectualium. Dicitur à ים' significante cribrationem, & agitationem ab uno latere in aliud : unde & ם' pro notâ multitudinis universalis, quoquò convertibilis ad individua, additur nominibus masculis numeri pluralis. Ita Græcè Mare dicitur θαλασσα quasi θεὰ τῆς λαομένων ἄσσον, id est, contemplatio rerum quæ respiciuntur cum relatione ad proximas. Et *Mare* Latinis à remeando dicitur; per mutuam scilicet relationem, typi ad rem significatam. Dicitur *Mare* hoc continuisse 2000. batorum. Est autem בת Batus solitudo, & desolatio, & significant bati isti 2000. annorum, qui à nativitate Abrahæ, ad Christum interceserunt : qui fuerunt anni inanitatis, & solitudinis. Quoniam toto illo tempore, erat in Ecclesiâ Iudaicâ, figura solitaria rerum Divinarum, in Christo complendarum : sed ipso complemento veritatis carebant. Itaque licet Ecclesia, & gens Iudæorum, ultrà illos terminos duraverit : non tamen pertinent ad rationem typi ; sed ad complementum reale figurarum præteritarum. Ideò tempora post Christum, vocantur plenitudo temporum antecedentium, & tempus acceptabile : tem-

2 Cor. 6. 2.
Gal. 4. 4.
Eph. 1. 10.

pus verò præcedens, anni inanitatis, & vasa concava tabernaculi, in quibus non viderunt bonum Dei.

Rom. 16. 25. Exod. 27. 8. Gal. 4. 4. 1 Cor. 6. 2. Psal. 89. 15.

Atque hic subsistere poteram, assequutus confirmationem numeri annorum ab Abrahamo ad Christum. Sed ut expositionem hanc clarius demonstrem, & ut intelligatis potentiam suavis verbi Divini ἐνλιαθέτε & insiti in verbo agresti, persequar singulas partes huius typi, & tumultuantis maris huius fluctus ita compescam, ut à nullo ventorum impetu turbari possit, & in diversum agitari.

1. Iacob. 21.

Mare hoc (id est, figuratus status Iudæorum) fusum erat ex ære. Significat verò dictio נחשת Æs Hebraicè, coniecturam rerum per signa. Quia totum studium allegoriarum in superiori seculo (quod iam terminatur) non ex verbo Dei, sed coniecturâ humanâ & ominatione similitudinis conflatum est. Sphærica maris figura significat simplicem apprehensionem, quasi σφὲ ἀιρομένη, per se simpliciter acceptum. Et est Sphærica figura capacissima, sicut simplex apprehensio omnes alios animæ actus, et omnes rerum obiectarum respectus indifferenter complectitur. Quia circinus cogitationis super centrum rei obiectæ circumvolutus æqualiter et indifferenter, omnes eius respectus complectitur. Dicitur altitudo fuisse 5. cubitorum, latitudo 10. ambitus 30. quæ est vulgaris mensura omnium circulorum: Quoniam circini extensio à centro ad circumferentiam, senis vicibus peripheriam mensurat; Cùm ergò contineat 2000. batorum, habebit in circuitu sexies 333. ½ in singulis,

Æris significatio.

Sphæra quid.

Circinus

singulis, et diameter continebit 666. quæ efficiunt per 6. partium recollectiones 2000. sic diameter erit 666. partium integrarum, qui est numerus bestiæ, id est, carnalis et inordinatæ intelligentiæ Divinorum, et rerũ ad Christum spectantium. Cum quo convenit quod quadrum senarij, qui numerus est mundi in hexamerum distincti, per aggregationẽ omnium unitatũ suarum continet 666. cuius hoc est exemplum:

29	33	7	31	10	1
2	23	18	22	11	35
3	12	21	17	24	34
32	13	20	16	25	5
9	26	15	19	14	28
36	4	30	6	27	8

Habet in singulis 14. lineis, cum decusse cõputatis 111. Summa totalis omnium numerorum est 666.

Cui si addatur numerus decussis X tanquam crux Christi in mundo crucifixi, fiunt 888. qui est numerus nominis Ἰησοῦς, per cuius mortem mundus salvatur, non ex operibus suis, sicut *Sibylla* cecinit:

Ὀκτὼ γὰρ μονάδας τοσσας δεκάδας ἐπὶ τοῖσι
Ἠδ' ἑκατοντάδας ὀκτὼ ἀπιφοκόροις ἀνθρώποις
Ὄνομα δηλώσει, σὺ δ' ἐνὶ φρεσὶ σῇσι νόησον
Ἀθανάτοιο θεοῦ χειρὸν παῖδ' ὑψίστοιο.

Namq; octo Monadas, totidem decadas super istas,
Atq; Hecatontadas octo, infidis significabit
Humanis nomen; tu verò mente teneto
AEterni natum Christum, summique Parentis.

2 Libro Sibyll.

Sicut ergo circulus per sex terminos circini revoluti distinguitur: ita universa materia typi Iudaici per coniecturam similitudinis agitabilis et referibilis

ribilis ad fidem Catholicam, in 6. terminis generalis materiæ defigitur. In Patre, Filio, et Spiritu sancto in Divinis : et in similitudine Christi, in confessione Catholica, & analogicâ utriusque consistentiâ per Spiritum Christi Iesu.

Et hæc sunt generalia capita sensus Allegorici, qui per Catholicos educitur ex veteri Testamento: Per similitudinem Christi, intelligo, totam formam piæ vitæ inter Catholicos, quæ est μορφωσις ἐυσεβείας : sub nomine confessionis continetur tota doctrina fidei Catholicæ : & sub rationali consistentia utriusque per Spiritum Christi, intelligo Analogicam relationem vitæ, fideique Catholicæ, ad Protestantes, quorum figuram gerunt.

Ostenditur doctrinæ huius veritas in nominibus rectorum Ecclesiæ Iudaicæ, qui in singulis sex intervallis 333. annorum vixerunt, in quorum ætate explicuerunt se dimensiones temporis seculi Iudaici.

Prima enim extensio 333. annorum, incidit in vitam *Ioseph*. Secunda in tempus *Deboræ*, tertia in regnũ *Salomonis*, quarta sub *Manasse* Rege, quinta sub *Iaddi* Pontificatu, sexta in *Christi* Nativitate definit.

Ioseph. Significat *Ioseph* per vocis divisionem divinorum lineam, & basem, sub quo Pater intelligitur, qui est prima Divinitatis hypostasis, cui duæ reliquæ nituntur. Debora. Significat nomen *Deboræ* verbum, sub quo Filius intelligitur. Salomon. Significat *Salomon* concordiam, sub quo Spiritus sanctus concipitur, qui est concordia & amor Patris & Filij. Similiter ex altera parte circuli, occurrit primo loco *Manasses* nomen,

nomen, quod per ὀρθοτομίαν verbi veritatis, significat similitudinem agni: secundò dictio *Iaddi*, significat confessionem. Tertiò nomen *Christi* significat Hebraicè conformationem similitudinis, & χειρὸς ὁ ἐν χόρῳ ἑστὼς qui in correspondenti relatione, ad aliam similem disponitur, & χείζειν ἐν χόρῳ ἵζειν, statuere in relatione ad unitatem: sic ungere dicitur quasi ad unum agere, & disponere ad unionem: sicut Christus Iudæos Catholicis, & illos Protestantibus conciliat. Inter terminos diametraliter oppositos, est distantia decem cubitorum, significat autem *Decem* homogeneam reductionem rerum ad unum principium: sicut in libro sequenti demonstrabitur. Sic ergò similitudo agni, est character hypostasis paternæ, et verbum confessionis Catholicæ, character est λόγῳ ἐνδιαθέτῳ; et Spiritus *Christi* reconciliantis *Catholicos* ad *Protestantes*; character est Spiritus sancti in Divinis. Et hi sunt tres testes in terrenis, qui perhibent testimonium ei à quo *Christus* missus est, est enim דם sanguis per æquivocationem, similitudo: & מים aquæ, notio verbi prædicabilis, & cogitabilis, tanquam המים. Extensio circini hujus à centro ad circumferentiam 333. annorum distinguitur per tres gradus 111. annorum, qui incidunt in tempora Principum & populi Iudaici, cùm ex aliquo desperato mortis periculo liberati sunt. Sic 111. anno vitæ *Abrahami*, redditus est *Isaac* patri, tanquam ex mortuis. Quod enim illo anno acciderit oblatio *Isaac*, & recuperatio ejusdem jam deplorati, videtur ex æquali proportione sui prototypi. Sicut enim *Isaac* ductus est in montem *Moriah*

1. Tim. 2. 15.

Explicatio Nominis *Christi*.

1. Ioh. 5. 7.

המה Cogitare & sanare.

riah offerendus *Deo*, & inde præter spem reductus:
2. Luc. 44. ita *Christus* cùm esset 12. annorum, ad eundem montem ductus est per parentes, *Deo* præsentandus, & ibidem iterum inventus; cum pro perdito & deplorato haberetur. Ideo dixit *Abraham*, ibimus viam 3. dierum: quoniam in singulis circuli temporalis 333. annorum distantijs, fit subdistinctio in tres partes: in quarum singulis, editum est exemplum hominis, liberati à periculo mortis. Nam si per 111. distinguas singula intervalla, primum inciditin 12. annum *Isaaci*, qui à gladio patris sacrificantis abreptus est. 2. In tempus postremum *Ismaelis*, qui à matre projectus, (tanquam
21. Gen. 15. 37. Gen. 34. 2. Exod. 3. siti periturus) vitæ redditus est. 3. in ætatem *Ioseph* postliminiò recuperati. In secundo semidiametro
14. Num. 6. temporis, occurrit *Moyses* salvatus ab aquis, in quas proiectus erat. 2. *Iosue* ex tot hominum millibus salvatus cum *Calebo*, & in terram promissionis deductus. 3. *Debora*, cuius tempore totus po-
4. Iud. 2. pulus mirificè liberatus erat. In tertio semidiame-
10. Iud. 1. tro, venit primo loco *Tholah*, qui significat vermem: cujus nullas habemus res gestas, sed ipsa nominis eius significatio adumbrat hominem, vermis instar (id est) mortui, erectum ad gubernacu-
1. Sam. 10. lum totius Synagogæ. 2. *Samuel*, qui ex matre sterili, tanquam ex impossibilitatis specie generatus est. 3. *Salomonem*, qui à periculo mortis expectandæ ab *Adonia*, liberatus est, & in solio positus.
3. Reg. 1. 21. In quarto semidiametro maris Iudaici, primum lo-
2. Reg. 8. 17. cum habet *Ioram* Rex impius, qui non obstante fratricidio, & idololatria, per quæ vindictam Dei in ruinam suam, & posteritatis suæ provocas-

ser;

set; tamen in multitudine misericordiæ Divinæ, propter *Davidem*, indulgentiam à Deo suscepit. Proximus est *Vzzias*, qui à tot hostibus per Dei gratiam liberatus est. Tertius *Manasses*, qui ex Babylone & carcere, restitutus est in regnum suum. In semidiametro 5. primò habemus *Cyrum*, qui in infantia à morte liberatus est: secundò, populum *Iudæorum*, à captivitate reversum, & civitatem cum muris, è ruderibus suscitatam: tertiò, eandem civitatem sub *Iaddi* Pontifice servatam ab indignatione *Alexandri*.

2. Paral. 26. 6.
2. Paral. 33. 19.

In 6. semidiametro 333. veniunt *Onias*, & *Ioannes Hircanus*, liberati ab insidijs inimicorum, & *Christus* à morte suscitatus. Et in singulis ostendit Deus exemplum, quomodo doctrina solius fidei iustificantis, quæ sub *Catholicæ* Ecclesiæ doctrinâ morti tradita est, tandem reviviscceret.

1. Mac. 16. 19.
28. Matth. 6.

Duo ordines 6. Colocyntharum sub labio maris erant. Colocynthis קפה quasi פה עקה *vocis, vel mensuræ angustia*, significat formam loquendi de Divinis, non per similitudinem rerum, sed per ænigma verborum: Quòniam historia *Iudaica* magis per ambiguitatem, & æquivocationem vocum, quàm similitudinem rerum, res *Christianæ* Ecclesiæ repræsentat; quemadmodum Colocyntha non est figura directè circularis, quæ undique centrum rei significatæ respicit: sed depressa in formam ovi acuminati. Et hujusmodi Colocynthæ, & circuli similitudinis depressæ, sunt sex istæ nominum formæ, quibus historia Iudaica mensuratur. Quod autem alio in loco non Colocynthæ, sed boves dicuntur, (undè quidam errorem in textum sublapsum

3. Reg. 7. 24.

2. Paral. 4. 3.

lapsum credunt per aliquam literarum similitudinem) indè factum est, quia simul formæ Colocyntharum & boum fuerunt; quoniam intra ambitum Colocyntharum, boves figurabantur. Significat verò dictio בקר *bos* (per æquivocationem) *investigantes*, quoniam sub sex Principum nominibus, intelligitur forma *Catholicorum* investigantium sacræ Scripturæ arcanam allegoriam, iuxta sextuplex illud objectum, cuius modò memini. Totum enim tabernaculum præceptum est fieri opere cogitantis. Duo autem boves simul gradiuntur, tanquam sub jugo sulcum ducentes, quia scriptores *Catholici* solent cum consensu mutuo lineas similitudinum ducere, quoad substantiam fidei.

26. Exod. 1.

Superiùs dictum est, quòd Colocynthæ mare typicum ambientes, significabant res *Christianæ* Ecclesiæ, magis per nominum interpretationes, quàm per lineas similitudinis, adumbratas esse in historia, & cultu Iudæorum. Restat ut ex nominum superiorum interpretatione, veritatem sententiæ hujus demonstrem: ut toti historiæ Iudæorum, ab uno exemplo lucem infundam.

Abraham

Pater, *vel* Doctor Catholicus.

111	*Isaac*	222	*Ismael*	333	*Ioseph*
	Lusus		Auditor Dei		Appositus
444	*Moyses*	555	*Iosue*	666	*Debora*
	Eductus		Salvator		Verbum
777	*Tholah*	888	*Samuel*	999	*Salomon*
	Vermis		Nomen Dei		Concordia

1110

1110 *Ioram*	1221 *Vzzias*	1332 *Manasses*	
Dei exaltatio	Virtus Dei	Oblivio *vel* similitudo Agni	
1443 *Cyrus*	1554 Ædificatio	1665 *Iaddi*	
similis misero	urbis	Confessio	
1776 *Onias*	1889 *Iohannes*	1998 *Christus*	
		2000	
Responsio	Dei gratia	Correspõdens	
Afflictio		Conformis.	

Breviter ergo proponenda sunt generalia capita intelligentiæ, in quibus providentia Divina Ecclesiæ *Catholicæ* cultum dispensavit. 6. Capita historiæ Catholicæ.

Patres & Doctores *Catholicæ* Ecclesiæ, primis temporibus puritatem & simplicitatem fidei Evangelicæ, converterunt in aliud Evangelium, quod non est aliud re, sed tantùm in formâ loquendi symbolicâ & ænigmaticâ, quæ est μορφωσις ἀνυποκρίτου, & fides personata. Quoniam sicut ludiones in scænâ partes aliorum agunt, & gestus exprimunt maximâ cum similitudine veritatis: ita *Catholici* verè fidelium personam gerendam susceperunt: & propterea fides illorum distinguitur à fide horum, qui sine omni actu personato verum & genuinum Dei cultum exercent: quæ dicitur πίστις ἀνυπόκριτος, fides non personata. Hæc sententia clarè exprimitur sub 4. primis nominibus *Abraham, Isaac, Ismael, Ioseph*. Quoniam secundùm naturalem vocum usum, *Abraham* significat Patrem, vel Doctorem multarum gentium (id est) Doctorem Catholicum: *Isaac*, significat risum vel lusum: *Ismael*, Auditorem Dei: *Ioseph*, Appositum, vel apponentem. Igitur ex literali vo-

Gal. 1. 6.
2. Tim. 3. 5.
Col. 2. 23.
2. Cor. 3. 15.

1. Tim. 1. 5.
2. Tim. 1. 5.

cum interpretatione, & naturali contextu lego: Patres vel Doctores Catholicorum, lusum auditoribus Dei apposuerunt, vel apponent.

Capitulum 2.

Secundum principium intelligentiæ & dispensationis Ecclesiæ Catholicæ, est hoc, quòd misericordia Dei condescendens ad infirmitatem humanam, decrevit ex ipsâ formâ verborũ fidei Catholicæ, salvare eos, qui secundùm conscientiam suam piè viverent. Quoniam per opera ejusmodi acquirebant, ut decora prædicatio fidei, pietatis, castitatis, mortificationis, &c. de Catholicis enuntiaretur: Quæ verba, sapientia Divina in sensu suo per imputationem exposuit, tanquam veros actus sinceræ pietatis, & fidei solius justificantis, credidissent, & ei innixi fuissent. *Quoniam ex verbis tuis justificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis, & nunc mundi estis propter verbum quod loquutus sum. & genuit nos ex immortali semine verbi.* Iac. 1. 18. Hoc quod dixi ex secundo semidiametro, nominum ducitur; significat enim *Moyses* extractionem vel eductionem: *Iosue* Deum Salvatorem, vel Dei salutem: *Debora* verbum, quæ simul construuntur: *Extracta est salvatio Dei ex verbis.*

1.Cor. 1. 21.

Rom. 2. 15.

1. Ep. Ioan 3. 20.

Matth 12. 37.

Ioan 15. 3.

1. Pet. 1. 23.

Tertium principium est, quod sub totâ formâ decoræ pietatis Catholicæ, quæ sub nomine Dei jactatur, intelligebantur homines fideles à mundo Catholico contempti, & conculcati: & qui separati sunt tanquam ἀποκαθάρματα Catholicorum, secretò honorabantur: & simplex verè fidelium Protestantium vita, tanquam centrum simplex respondebat, & concordabat ambitioso illi ductui justificationis per opera legis. Hoc exprimitur

Tertium Capitulum historiæ Catholicæ.

Psal. 18 28.

Matth. 5. 3.

1. Cor. 4. 13.

Isai 26. 2.

Isai 52.

exprimitur per tria illa nomina *Tholah, Samuel, Salomon*: *Tholah* significat vermiculum, *Samuel* Nomen Dei, *Salomon* concordiam, quæ simul apposita sonant; Vermiculi nomini Dei concordant, sicut dicitur: *Ego vermis & non homo.* Significat etiam *Tholah* dilaceratum & discerptum, quod propriè spectat ad Protestantes, qui tam à Catholicis, quàm inter seipsos dividuntur. Psal. 21. 7. Esai 41. 14.

Quartum Principium generalis intelligentiæ totius *Catholicæ* historiæ est. Quod cùm primi Patres Ecclesiæ illius (*Moysis instar*) velum faciei suæ obduxissent, cogitantes quòd per contemplationem symbolorum manuducerentur *Catholici*, ad introspiciendum in res ipsas, quarum symbola sunt: paulatim in eum stuporem degenerarunt *Catholici*, ut inter tot millia religiosorum, vitam spiritualem profitentium, pauciſſimi essent, qui veram vitam spiritus sequerentur, aut aliquam in religione virtutem occultam esse suspicarentur. Hoc exprimitur per quartam seriem nominum *Ioram, Vzzia, Manasses*. Significat *Ioram* Dei exaltationem, quæ est allusio ad nomen *Roma Christiana*, quæ sub illa voce sæpius in S. scripturâ significatur: *Vzzias* sonat virtutem Dei: *Manasses*, oblivionem, id est, *Roma* Dei, vel *Roma Christiana* virtutem Dei oblivisceturi. Quartum Capitulum historiæ Catholicæ. Exod. 34. 33. 2. Cor. 3. 15. Gen. 3. 5.

Quintum Principium *Christianæ* historiæ est, quod post quam studium vitæ spiritualis inter *Catholicos* vanuisset, non diutiùs tulit Deus gloriam suam sub tenebroso *Romanorũ* velo occultari, sed suscitavit aliud genus *Christianum*, contemptibile in mundo, qui omnium bonorum operum divitijs Caput 5. Gen. 6. 3. Esai 14. 30. 26. 6.

se

se spoliantes, in solo *Christo* locupletari desiderabant: ex quibus Civitatem novæ *Hierusalem* extruxit; & hoc continetur sub quinto semidiametro nominum. *Cyrus, urbis restauratio, Iaddi. Cyrus* Hebraicè sonat eum qui in speciem miser & pauper est. *Iaddi* Confessorem significat, & hæc est ex eis conflata sententia, ex hominibus in speciem miseris restaurabitur Civitas Confessorum.

6. Capitulum historiæ Catholicæ.

Sextus gradus historiæ *Catholicæ*, pertinet ad ea quæ ab illis gesta sunt, posteaquam claritas Evangelij per prædicationem *Lutheri*, ubiq; dispersa fuerat. Nam extremo odio & malitiâ persequuti sunt præcones gratiæ cœlestis: & ferro & flammâ in eos grassati sunt. Et hæc etiam pars historiæ sub tribus ultimis nominibus explicatur: *Oniâ* significante afflictionem, & *Iohanne* Dei gratiam, ex quibus emicat hæc sententia: Affligent gratiam Divinam *Christi*. Reducuntur sex ista capita historica cultus *Catholici*, ad tria. Primò Doctores & Patres cultus *Catholici*, dum prohibuerunt alium sensum verborum fidei cogitari, vel prædicari, præter eum, in quo omnes parvuli & carnales consentiunt, & concordant: ipsi pariter cum toto populo obliti sunt veram Confessionem fidei *Christianæ*, quæ sub communi verborum formâ celabatur. Et hic sensus elicitur ex columnâ nominum tertiâ, *Abraham*, Patres *Catholici*, *Ioseph* apponentes, *Debora* verbo Dei, *Salomon* sensum communem in quo omnes concordant, *Manasses* obliti sunt & oblivisci fecerunt *Iaddi* Confessionem *Christi*. Quo sensu intelligendum est vaticinium illud D. *Pauli*: *Cùm dixerint pax & securitas*, id est, Securum est

Compendium superiorum.

Psal. 7. 16.

in

in communi *Catholicorum* sensu quiescere, nec alium arcanum requirere: *tunc veniet super eos repentinus interitus, nec poterint evadere*: quod nunc factum est. Cùm enim delatus essem inquisitioni, quòd dicerem esse alium arcanũ sensum, & cultum pietatis, qui sub fide *Catholicâ* intelligitur: edictum tulerunt ne in posterum, vel id prædicarem, vel crederem. Secundum intelligentiæ *Catholicæ* principium est, quòd *Catholici* licet quoad ipsum opus operatum in cultu religionis, abominabiles Deo essent: tamen quia nomen Dei in formâ fidei, vitæque *Catholicæ* gerebant, per imputationem gratiæ Divinæ salvati sunt. Et hoc in secundâ nominum columnâ exaratur. *Abraham*, Patris vel Papæ *Catholici*, *Ismael* auditores Dei, *Iosue* salvantur, *Uzzias* per virtutem Dei, & ædificantur in Civitatem, *Ioannes*, per gratiam Dei. 1. Thess. 5. 3.

Tertium Capitulum mysterij *Catholici* hoc est, quòd sub mimico & personato actu *Catholicorum*, intelliguntur *Protestantes*, mundo contemptibiles: & homines evacuantes se omni confidentiâ bonorum operum, respondent toti *Romanorum* gloriæ; quod ex primâ nominum columnâ emicat. *Abraham* & *Papæ Catholici*, *Isaac*, lusu, *Moyses*, extrahitur, *Tholah*, vermiculus. *Ioram* & Romæ Dei, vel Christianæ, *Cyrus*, homines in speciem pauperes, & miseri, *Onias* respondent. Ita sive ascendas, sive directè transeas per nominum seriem, totum mysterium Ecclesiæ *Catholicæ*, sub Colocynthis typorum obliquorum, in nominibus significatur.

Quod si quis eò pervicaciæ & amentiæ processerit, ut neget aliquid sub nominibus istis à Deo

intellectum fuisse: fruatur insaniâ suâ, & stolido dei sui idolo, qui vasa veteris Testamenti inania noluit aliquo sapientiæ liquore impleri. Quod si dicat posse hæc eadem nomina, in aliam formam sensus, per ingenij versuti imposturam torqueri: tentet si possit idem præstare in fidei *Romanæ* gratiam, & beneficium.

3. Reg. 7. 26. Labium huius maris (id est) materiæ typicæ, habebat crassitiem palmi, nomen palmi טפח significat *conformitatem rerum*, quam Allegorici in omnibus sequuntur. Et præterea quadruplicẽ sensuum distinctionem reperimus in labijs Allegoricorum. Quadruplex est enim Allegoria. Primò, in materia typicâ, ut quando sub figurâ aliquâ significantur res quæ pertinent ad historiam, vel cultum Iudaicum. Secundò, quando explicatur typus de rebus Ecclesiæ *Catholicæ*, aut sensu morali. Tertiò, cùm res physicæ, vel aliquid spectans ad Ecclesiam Naturalium, sub typis producitur. Et quartò, quando extenditur similitudo ad res alterius seculi obscurè significandas.

3. Reg. 7. 26. Habebat labium, similitudinem calicis florentis in speciem lilij. Calix כוס dicitur à כסס supputare, & lilium שושן, significat doctrinæ similitudinem, vel doctrinam similitudinis. Labium enim maris hujus typici formam habet viri docti, supputantis sensum Scripturæ typicæ, & ex similitudine rerum florentis, & germinantis candida Allegoriarum folia, quæ secundùm numerum Hexameri operum, in sex linguis (id est) totidem generà glossematum, distribuuntur. Neque aliquid candidius est labijs super terram: neque aliquid luce intelli-

gentiæ

gentiæ plenius in scripturâ veteri, quàm expositiones Allegoricorum. Cùm enim dicunt (exempli gratia) ignis significat *vindictam Divinam*, aut aqua significat *populos*, tunc labium maris typici incipit florere in similitudinem rei intellectualis.

Bos Hebraice sonat investigantem.

Sustentabatur mare hoc materiæ typicæ à 12. bobus (id est) à 12. generibus hominum, investigantium sensum allegoricum. Quorum tres respiciunt Aquilonem צפון materiam occultam, (id est) sensum aliquem rerum Iudaicarum; tres verò Austrum, תימן sensum correspondentem, vel חכמה figuratam essentiam (id est) moralem & Catholicam tres Occidentê; Occidens ים à ימם universum, τὸ πᾶν seculum, & מערב id est, applicationem vel relationem ad res physicas, & tres Orientem sensus anagogici in seculo futuro.

Et dicitur quod facies boum exteriùs apparebant, sed posteriora eorum intùs latebant. Quoniam allegorici scriptores ubique ostendunt principium sensus alicuius sub typo intellecti: sed totum corpus & materiam argumenti alicuius nunquam exprimunt æquabili similitudine.

Hæc est particularis, tranquilla & clara expositio obscurissimi hujus typi, unde exemplum sumant studiosi Allegoriarum; quomodò particulares figurarum sensus stabiliant, ex ipsâ verborum significatione, quæ alioqui per nullum similitudinis ductum terminari possunt. Et hæc sit demonstratio scripturæ seipsam interpretantis, tanquam roratio doctrinæ cœlestis in antecessum edita, magni illius imbris, quem in sequenti libro ex thesauris sapientiæ Divinæ effundam.

Cap. 5.

Distantia temporis ab Isaia ad Christum.

Isai 38.8. TEmporis distantia inter illum annum, quo *Isaias* propheta miraculum solis revertentis prædixit, usque ad *Christi* prædicationem; per similem propheticæ figuræ analogiam, à Deo demonstrata est illis verbis. *Et hoc vobis signum erit,*

Isai 37.30,31, 32. *comedite hoc anno, quæ reservantur; & secundo, quæ sponte oriuntur: & tertio anno, seminate, et metite, & plantate vineas, & comedite fructum eorum: & addet id quod servatum est de domo Iuda, & quod reliquum est, radicem deorsum, et faciet fructum sursum. Quia ex Hierusalem exibunt reliquiæ, & qui salvantur ex monte Sion. Zelus Domini exercituum faciet hoc.*

Manifestum satis est ex historiâ rerum, quòd prophetia hæc non respexit fœlicitatem gentis *Iudaicæ*; post biennium orituram, quæ intra paucos annos propter peccatum *Manasse* afflicta est: sed occasione temporis acceptâ anni sabbatici, respexit Deus adventum *Christi*, et tempus illud, in quo *prædicaturus esset annum Domini acceptibilem:* qui inchoaretur post biennium, non annorum simplicium; sed dierum annorum, quando ingrederetur plantatio *Ecclesiæ Christianæ* & cultura salutis. Quo tempore, reliquiæ populi *Iudaici* (ex fece reliquorum extractæ) qui sub cæde mortis legalis manerent, & quicunque salvandi essent, egrederentur ex *Hierusalem*, civitate prius sanctâ, & ex monte *Sion*, cultus religiosi, qui in illo monte ordinatus est, ad novam *Hierusalem*, & *Sion Christianam:* quoniàm

zelus

zelus Dei exercituum, zelantis germanum sui ipsius cultum, non ulteriùs pati vellet honorem, & amorem sibi debitum; ad idolum justitiæ legalis applicari. Supputentur ergò duo anni dierum 366 inchoatorum, & addantur decem alij dies, qui subintelliguntur in regressu Solis per 10 gradus decursi in Zodiaco: & fiunt 742: quando novus, et admirabilis *Christi* annus in mundum ingrederetur, ab illo autem anno, in quo data est prophetia hæc inclusivè, usque ad 30 annum ætatis *Christi* verum inclusivè quando prædicare cœpit annum Domini acceptabilem, sunt anni 742.

Argumentum hoc non est symbolica collectio, sed certa; quoniàm Deus profitetur se daturum signum liberationis spiritualis; quod autem successit, post fugam *Sennacherib*, et *Hierusalem* liberatam, non potuit esse signum ejus, quod antecessit: ergò signum erat *Christi*. Præterea non constat veritas prophetiæ de magnâ et constante felicitate subsequuturâ post biennium, simpliciter intellectum; quæ non ita accidit secundum literam: ergò interpretatio hæc propheriæ de *Christo* literalis est sed arguta. Computatio autem dierum pro annis, et- Ezech. 4.6.
jam secundùm literalem usum simplicem Scripturæ approbatur; ubi nullus veritatis sensus, secundùm crassam intelligentiam verborum deduci potest. Præterea exacta prophetiæ adimpletio in præciso tot annorum numero, non est res, quæ pro ingenio hominis potest extendi, et contrahi: ut fit in symbolorum similitudine. Sunt enim numeri res rigidæ, quæ nulla misericordiâ sensuum temperantur.

Cap. 6.

Distantia temporis à primo anno Ducis Iosuæ, ad Nativitatem Christi.

Iosue 10. 12. PRimo anno ducis *Iosuæ*, factum est magnum illud solstitium per diem integrum. Tunc loquutus est *Iosue* Domino in die quâ tradidit *Amorrhæum:* in conspectu filiorum *Israel. Sol in Gabaaon persevera, & luna in valle Aialon. Stetit itaque Sol & non festinavit descendere per diem integrum.* Dicitur autem non festinasse Sol descendere, à puncto meridiano, per diem integrum: ergò innuitur, quòd exacto die integro festinaverit descendere. Nihil autem dicitur festinare motum suum, nisi respectu motus ordinati, quem accelerat, et præcipitat. Ergò absoluto spacio perfecto unius diei, veloci raptu ferebatur ad occasum: non secundùm mensuram motus naturalis, sed violenti. Hoc non solùm in veritate historiæ, verùm etiam in figurâ *Christi*, accidisse non est dubium. Igitur si 24 horæ diei, per 60 minuta multiplicentur, prodibit numerus 1440 minutorum. Quibus si addas 14 minuta motus quæ faciunt circiter quartam partem horæ, erit summa 1454, & designabit numerum annorum à primo anno *Iosuæ* ad nativitatem *Christi* veram. Atque hoc per applicationem convenientiæ dictum sit, non per vim argumentationis. Oportet enim ad corporis plenitudinem concurrere, non solùm rigorem ossium, verùm etiam molliciem carnis, et decorem cutis. Sed quoniàm cum pervicaci et rebelli *Catholico* mihi belligerandum est, qui omnem

suavi-

suavitatem, & teneritudinem meditationis meæ fustibus argumentorum aggredietur: consultum fuerit anticipare furentem, & ferro rationis necessariæ domare, ut præparetur via Epochæ *Christianæ* defixæ, ad Domini adventum secundum. Terra promissionis, quam *Iosue Iudæis* acquisivit, significat Scripturam sacram, ad cujus intelligentiam assequendam, *Christus Apostolos* inspiravit. Inter cæteros autem hostes, qui per præjudicium mundi, hæreditatem sacræ Scripturæ sine jure invaserunt, est *Amorrhæus* (id est) textualis, & verbalis expositor, qui secundum definitam lectionem punctorum, & usitatam vocum significationem, Scripturam declarat. In illo ergo die quo *Amorrhæum* subegit, in figurâ exemplari *Christi*, Dei verbi, subijcientis lectionem literalem *Mosysis*, sub obsequio suo: dixit *Iosue* propheticè, *Sol in Gibeon persevera, vel quiesce: & luna in valle Aialon*: Sed si debellaveris *Amorrhæum*, (id est) opinionem expositorum literalium hoc in loco, & voces numerales sub verbis, *Sol in Gibeon*, acceperis, ita sonabit sententia. Numerus 663. quiescat in numero 795. & respirabit in profundo Divinitas, (id est) post annos 1458. ab illo anno secundum æram vulgarem, Divinitas verbi in profundâ humilitate carnis assumptæ requiesceret. Terminat computationem ad æram *Catholicam*, non propter veritatem historicam, sed propter opinionem receptam ab eis; quoniam per æquivocationem dicitur *loquutus esse in figurâ Catholicorum*.

ג	11	ק	311		*Iosue Dux cœpit an-*
ד	3	ת	47	663	*no mundi* 2493. *un-*
ע	70	794 ש	305		*dè ad primum annum*
י	10				*æræ Catholicæ, sum*
ל	700	1457. Collecti.		1457.	

Quo tempore verbum Dei, & sol justitiæ, & sapientiæ, qui omnia exploravit, & in omnibus requiem quæsivit, defixit se in humanitate *Christi*, & in *Iacob* hæreditavit, & in electis *Christi* fidelibus radicavit, & principium ministerij *Christiani* erexit. Et quemadmodum non descenderunt Sol & Luna, donec vindicasset se populus Israël de inimicis suis: ita visibile ministerium novi Testamenti, quod in *Christo* cœpit, non erat descensurum ante tempus hoc, in quo vindiciæ dantur electis Dei super inimicos suos, quandò perventum est ad unionem *Catholicorum*, & *Protestantium* in eâdem fide: & inquisitionem alterius, & altioris sapientiæ Divinorum, juxta analogiam scientiæ, hujus unionis in *Christo*.

Eccli. 24.16.

Eph. 4. 12.

CAP. 7.

Expositio Prophetiæ DANIELIS, *ad exactum tempus Adventus prioris* CHRISTI.

Dan. 9.24. Septuaginta hebdomades decisæ sunt super populum tuum, *&c.*

ANte quàm ad illustrationem Prophetiæ hujus accedo, monendus est Lector, ut attentè consideret, quid in ultimo hujus libri capite ab *Angelo* dictum sit. *Danieli* enim volenti accuratiùs in sensum proprij vaticinij inspicere, obduxit velum;

&

& omnem laborem intelligendi irritum futurum testatus est, ante mundi finem: *vade, inquit, Daniel,* Dan. 12. 9.
id est res alias age, *quia clausa sunt & sigillata verba hæc usque ad tempus finis. Purificabunt, vel justificabunt se multi, & dealbabunt se, cùm examen ingrediuntur, & violenter agent impij. porrò nullus impiorum intelliget, sed eruditi intelligent.* Videmus enim
quot literatorum principes defixerunt solium glo- Hier. 1. 15.
riæ suæ in hoc, ut aperirent portas doctrinæ hujus consentaneæ; & sententiam suam rationibus varijs justificarunt, contra omnes: & calce verisimilitudinis se illeverunt. Nemotamen omnium, difficultatem loci hujus expugnavit, sed violentiâ insigni sacrum, & secretum vaticinium tractarunt. Si causam quæris, respondetur, impij erant, ideòque veritatem videre non poterant. Quid ergò dices? numquid tot homines docti, tot patres sancti, impietatis rei peragentur? & tu solus de justitiâ gloriaberis? qui neque sanctitatis pondere, neque doctrinæ gloriâ lancem cum illis agitare potes. Ita est, ut dicis, mi homo. Ego etenim quoad justitiam legis me inter primos peccatorum constituo: quoad linguarum, & historiarum notitiam cæterorum me discipulum profiteor. Sed aurem tibi interim vellicabo, ut respicias ad dictum illud Dei
apud Prophetam: *Si separaveris pretiosum à vili,* Hier. 15. 19.
eris tanquam os meum. Qui ergò non distinguit profanum modum legendi, & exponendi scripturas, à sancto, & secreto, impius est: neque verbo Dei correspondebit. Per impietatem enim hoc in loco, non intelligi errorem in moribus; sed intellectu, ex eo apparet, quòd impio eruditus, & impietati

intelligentia opponitur. Dicitur enim impius, qui non piat, id est, purgationem facit, & depurat sordes. Certum est autem, quòd qui me præcesserunt in loci hujus expositione, non aliâ institerunt viâ, quàm quâ & Iudæi, & Philosophi profani incedunt. Ego autem Spiritum Dei ductorem sequens, nec incedam in sensu superficiali, רשעים *impiorum*: nec stabo in disciplinâ lectionis literalis, חטאים *peccatorum*: neque sedebo in cathedrâ allegoricæ allusionis, לצים *qui interpretantur per allusionem meram similitudinis. Sed in lege Dei internâ meditabor*; & noctem sensus literalis, & diem sensus spiritualis. Ideóque locum hunc Prophetæ duobus modis illustrabo: primò in historicâ supputatione temporum prioris Adventus *Christi*: deinde in spirituali explicatione secundi Adventus Domini. Et omnes partes vaticinij, & singula verba demonstrabo, secundùm eam significationem; quæ in dictionarijs sancitur: liberâ tamen aliquandò à punctis Grammaticis lectione. Est autem scriptura punctorum, ipsum velamen faciei *Christi*, quod *Moses* sermoni suo obduxit; & ipsum sigillum similitudinis cereæ, quo ostium intelligentiæ obsignatum est: quod nisi solvatur, non potest patefieri aditus ad interiora Prophetiæ. Quòd autem violenter se gesserint hic Expositores ad unum omnes, patet ex plurimis quæ supposuerunt, & admiserunt absurdis.

Pſa. 1. 1.

2. Cor. 3. 13. 14.

Primùm enim nulla ratio assignari potest, quare *Angelus* cùm terminum annorum fixisset ad mortem *Christi*: postea numerum septuaginta annorum dissinderet in septem hebdomadas, & 62. neq

enim

enim post 7. hebdomadas venit *Christus*, neque aliquid gestum est, quod ad historiam *Christi* pertinet. Quia restauratio murorum *Hierusalem*, quæ post 49. annos accidit, prorsus aliena est à negotio *Christi*. Deindè cùm dicit *Angelus post hebdomadas 62. occidetur Christus*, idem est secundùm *Scaligerum* ac si dixisset, & postquam erit *Christus* annorum 15. occidetur, & secundùm *Funccium* multò adhuc insuavius tinnit. Et postquàm completa fuerit 62ª. hebdomada, quæ præcedit Nativitatem *Christi* 15. annis, occidetur *Christus*: ut priùs sit occidendus, quàm generandus. Sed ubi sunt illi *muri & plateæ, quæ post 62. hebdomadas ædificabuntur?* Quomodò fecit *fœdus cum multis hebdomadâ unâ*, qui tantùm tribus annis cum dimidio, vel saltem 4. prædicavit? neque pactum fecit cum multis, non enim susceperunt eum, neque fœdus, ejus *Iudæi*: & qui credebant illi, ante mortem rarissimi erant. Quomodo verò *in dimidio hebdomadæ ablatum est juge Sacrificium, & loco ejus posita abominatio desolationis*, sive septimanâ illâ, sive medio sequentis? cùm juge Sacrificium post *Christum* multis annis duraverit. Hæc & multa alia offendicula scientiæ sunt, quæ amoveri non possunt per vulgarem interpretandi rationem, ita ut dignitas veritatis divinæ, ad intellectum hominis legentis Prophetiam cum ratione, stabiliatur.

Septuaginta hebdomades decisæ sunt, &c. vel *divisæ sunt*, id est, duplici modo traduntur. *Super populum tuum*, id est, *Iudaicum*; & *super Civitatem sanctitatis tuæ*, id est, *Christianam* Ecclesiam; *ad cohibendum prævaricationem*, scilicet carnalis cultus; & *si-* Dan. 9. 24.

gillandum peccata, id est, ad imponendum signum operationi legali, quæ in substantiâ operis sui, gratiâ remotâ peccatum est, *& ad propitiandum iniquitatem*; imputando vitæ legali justitiam *Christi*.

Rom. 5. 20. Quoniam *ubi abundavit peccatum, superabundavit gratia*, & *ad adducendum justitiam seculorum*, id est, per quam omnia secula præterita, & futura salvata sint: quæ est justitia fidei, *& ad sigillandum visionem, & prophetiam*; id est, ad ostendendum quod tota Scriptura, et prophetiæ, signa sunt, & visiones regni *Christi* subsequuturi: *& ad ungendum sanctum sanctorum*, id est, ad confirmandum correspondentem sanctitatem *Christi*, per quam omnis sanctitas sanctificatur. Verba hæc clavem tradunt ad intelligendum prophetiam sequentem, duplici sensu geminatam, & æqualitèr per omnia se extendunt, ad Ecclesiam *Iudaicam*, et *Christianam*. In quibus verbis, summa Theologiæ mysticæ, et spiritualis per capita describitur.

Primò, quòd cultus *Iudaicus*, et postea *Catholicus* fuerit, quoad substantiam operis, prævaricatio, ab intentione legis divinæ: ad tempus quidem tolerata, sed quæ in adventu *Christi* primo, et secundo, restringeretur.

Secundò, quòd licet peccatum in se fuerit literalis observatio legis ad justitiam, in judicio Dei: tamen gesserit in se characterem formamque divinorum, id est, religionis *Christianæ*, in primitivæ Ecclesiæ puritate; et religionis *Protestantium* in fine mundi.

Tertiò, quod per gratiam, & misericordiam Dei indulgentia data sit operibus ignorantiæ *Iudaica*, et

& *Catholica*; neque imputata sint illis in peccata; sed in justitiam: propter formam, quam habebant *Christi*, qui ut olim *Elisæus* puero mortuo; ita seipsum mortuæ justitiæ utriusque applicabat; eoque facto, ad vitam spiritualem animabat. 4 Reg. 4. 14.

Quartò, quòd abolitâ impostorum religione *Iudaicâ*, per *Christianam*, & *Catholicâ* per *Protestantium* fidem, prædicanda esset nova justitia, per quam omnes salvarentur, quicunq; ab initio mundi salvi facti sunt.

Quintò, quòd tota Scriptura, & vita populi *Iudaici*, & *Catholici*, figuram gesserint rei alterius: quam vulgus ignorabat.

Sextò, quòd *Christi*, & Ecclesiæ ejus historia, sit illud exemplar sanctitatis, quod respondebat cultui priori; scilicet *Ecclesiæ Catholicæ, Iudæis*; & *Protestantium, Catholicis*; illamque significabat.

Duplex est computatio temporum, ad *Christi* adventum, in hac prophetiâ: altera ad priorem, altera ad secundum: & utraque harum iterum dividitur: prima per numerum 70 hebdomarum integrarum; secunda per hebdomadas divisas. Vnde sequitur duas esse epochas, & principia numerationis hujus prophetiæ, & duos terminos diversos in *Christo*.

Maximus autem controversiæ cardo in eo vertitur, ubi sit defigenda epoche temporis illius, *Ab exitu verbi ad revertendum & ædificandum Hierusalem*: & unde numerus 70 hebdomadarum, & 62 sit ordiendus. Et quidem hactenus nullum certum tempus reperire potuerunt Chronologi a priori, id est, à testimonio S. Scripturæ: sed tantùm à poste-

riori, per accommodationem 70 hebdomadarum, alij aliter conjecerunt. Ego verò terminum certum, ex authoritate verbi divini constituam, eumque duplicem: primò quartum annum *Artaxerxis Longimani*. Sunt enim diserta verba Angeli, *Zach.* 1. *Domine exercituum, usque quo tu non miserebéris Hierusalem, & civitatibus Judæ, quibus iratus es his 70 annis?* Quod non potest intelligi de primis 70, qui in imperium universale *Cyri* inciderunt, sed de sequentibus. Sunt autem à secundo anno *Cyri* per totam *Asiam*, qui est primus à captivitate 70 annorum solutâ, ad quartum annum *Artaxerxis* 70 anni: Quo toto tempore *Judæi* afflicti sunt, & impediti in ædificio templi, & tandem restricti.

Zach. 1. 12.

Illo autem anno, exivit verbum Dei per prophetas, ut redirent ad interruptum opus templi: quod postea confirmatum est per *Darium* & *Artaxerxem Longimanum*. Quòd enim per *Artaxerxem* non intelligatur *Mnemon*, ex eo patet; quòd dicantur seniores *Judæorum* ædificasse domum Dei, jubente Deo *Israel*, & jubente *Cyro*, & *Dario*, & *Artaxerxe*, regibus *Persarum*. Atqui templum absolutum fuit sexto anno *Darij*: quomodo ergo adjuti sunt edicto *Artaxerxis* ad complementum operis illius, quod sub *Dario* priùs absolutum fuerat? Præterea plurimi ex sacerdotibus & *Levitis* dicuntur fuisse, qui recordati sint prioris domus; & ex comparatione unius ad alteram, fleverint: ut necesse sit fuisse eos 10, aut plurium annorum, quando templum prius destructum est, & 180 annos attigerint. Quod incredibile est in tanto hominum numero accidisse: ut de *Daniele* taceam qui plures adhuc numeravit.

2 Esdr. 6. 14, 15

3 Esdr 3. 12.

Per

Per *Artaxerxem* ergo intelligitur *Longimanus* pater *Darij*; qui etsi in principio regni edictum tulerit, ut ab ædificio civitatis et murorum desisterent; sub quibus verbis, inimici populi *Iudæorum*, inferebant etiam ædificium templi contineri, quòd pars urbis esset, et ad tempus remorati sint opus ejus: tamen postea concessit ut fieret. Ad solutionem nodi hujus *historici*, qui fauces *Chronologis* constringit, necessario subintelligendū est. Quod *Darius nothus* qui postea in toto regno successit, præfectus sit provincijs illis trans flumē cū potestate regiâ, quæ cœperit 3 anno *Artaxerxis*. Ideo appellatur secundus annus regni *Darij* regis, non generalis per totam *Asiam*, sed particularis in illis provincijs, quibus cum potestate regiâ præerat. Cùm ergo *Iudæi* ab opere cessassent tribus annis ex præcepto *Artaxerxis*, violenter intellecto: anno quarto, Deo authore, accinxerunt se ad opus templi depositum, tanquam non contineretur sub interdicto regis, qui tantùm de urbe et muris caviſſet. Neque enim voluisset Deus exemplum præbere *Iudæis* inobedientiæ erga Principes. Et cùm res ad *Darium* referretur, ille consultis regni *Persici* archivis, et intellecta rei veritate noluit præcepto *Cyri* contradicere, propter authoritatem decretorum *Persicorum*, sed cum consensu patris sui *Artaxerxis*, permisit ut templum ædificaretur, non autem civitas, et muri ejus, quod neque *Cyrus* jusserat. Neque enim credibile est, quod toto illo tempore, ab initio *Cambisis*, usque ad *Darium nothum*, penitùs interruptum sit opus ædificij; saltem sub *Ahasuero* rege, apud quem tantâ pollebat authoritate *Mardochæus*. Sed licèt

licèt varia impedimenta senserit tempore superiori: non tamen penitus omissa est ædificatio, ante tempora *Artaxerxis Longimani*.

Duabus ergo vicibus permissa est *Iudæis* licentia sub *Dario* Rege, primò ad ædificandum templum solum, anno secundo Toparchiæ suæ regiæ: deinde ad ædificandum urbem secundo anno *Darij* Monarchiam obtinentis, undè incipit computatio 62. hebdomadarum ad Nativitatem *Christi*. Annus ergo secundus *Darij* Toparchæ, & 4. *Artaxerxis Longimani*, est epoche fixa veritatis: sursum quidem, quia septuagesimus annus erat à captivitate solutâ, deorsum verò, quia primus terminus est exclusivè annorum 490. ad 32. annum *Christi* inclusivè. Neque enim vita *Christi* ulteriùs extendenda est propter hanc & alias rationes posteriùs subijciendas. Septuaginta ergo hebdomades ab hoc anno ad mortem *Christi* interceſſerunt, quando consummata est prævaricatio, &c. Duplex igitur est Prophetiæ hujus expositio, de tempore primi Adventus *Christi*. Scito, inquit, quoad Chronologiam directã; & intellige quoad Chronologiam argutam, æræ sequentis: quod ab exitu verbi ad revertendum (non ex *Babylone* ad *Iudæam*) sed ad opus Templi intermissum secundo anno Regis *Darij* Toparchæ, & ad ædificandam Civitatem secundo anno *Darij* Monarchæ, usque ad *Christum* Ducem, sunt ad priorem terminum, septuaginta septies, vel septuageni septem, (id est) 490. anni: quod enim ita legenda sit dictio puncto mutato, et non hebdomades, patet, quia numerus 49. distinctus à toto, nihil facit ad tempus

Christi:

Christi: neq; imaginari potes quarè in hebdomadas septem, & 62. diffinderet numerum 70. hebdomadarũ, magis quàm in 40. & 29. vel aliã quamlibet partẽ; & ab alterâ Epochâ *Darij* Monarchæ, hebomades 60. etiam secundò redibunt, (id est) per duplicem æram temporis, & non simplicem, ad implendum numerum 70. annorum. Quarum computationum prior 70. hebdomadarũ, (id est) 490. annorum, ad mortem *Christi* determinata est: altera 60: hebdomadarum, (id est) 420. in Nativitate *Christi* præcisè desinit.

Sequitur, & *ædificanda est latitudo, & exacta ratio, etiam in resolutione temporum.* Quæ est cautio de modo exponendi verba superioris Prophetiæ: quòd adhibenda sit latitudo significationis in verbis, & præcisa decisio in analysi temporum hujus Prophetiæ: ut ad duo puncta determinata, Nativitatis, & mortis *Christi* stabiliatur supputatio annorum: & non vagè per totam ætatem *Christi* discurrat. Alioqui enim ubi est illa platea, quæ extructa est à *Christo?*

Et post hebdomadas 60. etiam alteras, (i.) quæ incipiunt ab exitu verbi ad ædificandum Civitatem *Hierusalem*, secundo anno *Darij* Monarchæ, non Toparchæ, & tantùm Nativitatem *Christi* attingunt: in alterâ computatione 70. hebdomadarum: *excindetur, vel occidetur Christus, & qui nihil, vel nullam partem habent in eo.* (i.) totum ministerium Sacerdotum Synagogæ unctorum, qui occidendo *Christum* exciderunt à gratiâ ejus, per quam priùs sustentabantur. *Et Civitatem* Hierusalem, *& sanctuarium destruet populus* (Vespasiani) *ducis venturi,*

& terminus ejus erat in diluvio (Baptismi *Ioannis*, & *Christi*) spiritualitèr: *sed ad finem belli* (Romani) *decisa est desolatio, urbis, & gentis* temporalitèr. *Et confirmabit pactum cum multitudine* (gentium Catholicâ) *unâ plenitudine*, (id est) intra 60. annos à nativitate: *& in dimidio plenitudinis eius*, (anno 33.) *cessare faciet sacrificium, & oblationem* (quoad virtutem, et efficaciam ejus) *& super congregationem*, (vel Synagogam *Iudæorum*) *abominabilem factam* (per cædem *Christi:*) *erit desolatio*, vel causa desolationis. Nam *quoad consummationem, & perfectionem* (gratiæ imputandæ) et quoad ipsam curiositatem, et *accuratum cultum* operis sanctuarij, *decisa est desolatio*: (id est) ut neque imputetur concursus gratiæ, quandò fierent opera templi; neque omninò exerceretur cultus Tabernaculi in posterum.

Si autem quæras quare *Angelus* non dixerit, septies 60. neq; directam verborum formam adhibuerit, secundum captum hominis, sed ænigmaticâ hâc loquutionis formâ institerit. Respondetur quòd de proposito ita loquutus sit. Primò, ut duplicem Prophetiam adventus *Christi*, sub æquivocatione verborum celaret; in priori ænigmaticè, in secundo propriè accipiendo. Secundò, ut à duplici ærâ *Darij*, geminam Chronologiæ rationem deduceret sub formâ unius, quæ tamen non possit secundum rigorem veritatis propheticæ unimodè explicari; nam præterquàm quòd sine ullo fructu separasset 7. hebdomadas à reliquis, non possent septuaginta hebdomadæ præcisè impleri; quoniam si totam summam colligas 7. hebdomadas, et 62. et hebdomadam, et mediam, excedit summam

mam 70. hebdomadarum; septem verò hebdomades cum 60. non attingunt tempus illud, in quo per mortem *Christi* aboleretur peccatum: sed septem annis deficit.

Tertiò, ut usque ad finem mundi celaretur vera Prophetiæ hujus expositio: quoniam in ministerij mei testimonium, revelanda erat. Multò enim glorioſius est, per demonstrationem intellectualem sapientiæ, quàm per signa visibilia veritatem confirmare. Illa enim per stuporem tantùm ignorantem animam servilitèr captivant in obsequium fidei: hæc verò per naturalem filiorum lucis disciplinam, animam suavitèr instruunt. Et signa mirabilia rerum corporearum, figuræ sunt argumentorũ rationis intellectualis, quæ supra potentiam, & ordinem scientiæ vulgaris exhibentur: Adde quòd signa sint tantùm instituta propter infideles, ut inducantur ad agnoscendum certitudinẽ sacræ Scripturæ. Postea verò *Moyses* & Prophetæ respiciendi sunt ab eis, qui ad altiorem sapientiæ gradum cupiunt ascendere.

1. Cor. 14. 22.
2. Thess. 2. 9.
Luc. 16. 29.

Atque hæc est prior dispositio hebdomadarum, quæ in se divisæ sunt respectu gemino, historiæ *Iudaicæ*, & *Catholicæ*; post hæc eandem Prophetiam ad Ecclesiæ *Christianæ* tempora applicabo.

CAP. 8.

Declaratio quatuor vaticiniorum de adventu Christi, & certo numero annorum.

SApientia divina, ut omnem S. Scripturæ potentiam impleret, etiam numeralem rationem literarum non prætermisit. Sed in illis locis, in

quibus exteriori contextu prophetia *Christi* venturi traditur, vel per insignem aliquem typum adumbratur: etiam secundũ numeros, tempus *Christo* accommodatum designavit. Vbicunq; verò excrescit, vel deficit numerus, in margine dictionum notam apposuit. Sed antequàm ad plura exempla particularia descendo, proponenda est numerorum tabula generalis, quam multo labore, & experientiâ è sacris literis didici: ut appareat, ex quibus fundamentis structura hæc chronologica erigitur.

א	1	ח	8	ם	60	ת	400	֗	1	֫	6
ב	2	ט	9	ע	70	ך	500	֗	2	֫	7
ג	3	י	10	פ	80	ך	600	֗	3	֫	8
ד	4	כ	20	צ	90	ם	600	֗	4	֫	9
ה	5	ל	30	ק	100	ן	700	֗	5	֫	10
ו	6	מ	40	ר	200	ף	800				
ז	7	נ	50	ש	300	ץ	900				

ʾ in voce צַדִּיק valet 9. & ante ʾ *dageshatum*, *Chirek gadol* valet 4. Sic *Cholem* carens ו post *Daghes forte*, transit in numerum ֗ 9. Consonæ ʾ & ו numerantur, distinctæ à vocalibus suis.

Anomaliæ communes.

ד 4½. sed post - amittit fractionem suam, nisi fuerit in voce significante perfectionem: & sub ע. valet tantùm 1½.

֗ ½. sed sub א millenario silet, excipe si sit sub nomine Dei אֱלֹהִים.

Daghes lene 1. sed in דּ ½. *Daghes forte* duplicat literas usq; ad centenarium, sed ק addit tantùm 15. & ר tantùm 2. nisi fuerit in voce significante perfectionem. ק ר ש ת apponunt tantùm numerũ centenariorum per unitatem: ut ק 101. ר 102. ש 103. ת 104.

104. Excipe si litera ש cum sinistro puncto occurrat in materiâ perfectionis alicujus, tunc enim duplicatur.

Figura erecta, quæ vocatur *Athnach*, addit unum, sed in nomine Dei, 3. si verò scribatur declivis ‹, aufert unum.

Zakeph katon addit unum in vocibus non significantibus defectum, in illis enim aufert 2.

Sheva quatuor facies constantes habet. *Quiescens*, valet unum: *Mobile* verò, sub ' 12. sub ה, & ח, & omnibus literis *non clavatis* 7. sub literis *clavatis*, 10.

Punctum dextrum in ש valet 5. nisi sit dictio significans rem corruptionis, tunc enim contrahitur ad unum, vel cessat: similiter punctum sinistrum addit unum, nisi sit dictio materiæ privativæ.

Duplex est verò computatio numerorum, altera per consonas sine punctis, altera cum punctis.

Accedo ad vaticinia chronologica, quorum primum habetur. *Gen.* 3. 15.

הוא ישופך ראש

Ipse conteret caput.

ה	4	'	22	ר	202
ו	11	ש	305	א	1000
א	1000	ו	11	ש	305
	1015	ך	87		1057
		ר	501		
			926		

Collecti 3448.

Lectio literarum à principio, & fine rationem perficit. אאיך רש: *signum* ך 500. *deest*, quibus additis, ad 3448, fiunt 3948. numerus annorum à primo anno *Adami*, ad primum annum *Christi*.

Secundum vaticinium, quod tempus *Christi* in primo adventu defigit; est somnium illud *Iacobi*, qui *vidit scalam*

stantem in terrâ,	400	השמימה	*cœlos*
cujus caput cœlos	123	מגיע	*attingens*
attingebat, per	513	וראשו	*& caput ejus*
Gen. 28. 12. *quam Angeli a-*	296	ארצה	*in terrâ*
scendebant, & de-	132	מצב	*stans*
scendebant, & in	690	סלם	*Scala*
summitate scalæ	2154.	*Summa.*	

Deum vidit benedicentem. Verba sunt:

סלם מצב ארצה וראשו מגיע השמימה.

Quæ si gradatim, scalæ modo ita ordinentur: in margine literarum initialium, & finalium, legetur nota corrigens totam summam, ם מאום הם בהו עדה *Numerus sexagenarius non est pars eorum, vel consonarum, & inanis est septuagenarij numeri quinarius:* id est, sexaginta è totâ summâ demenda sunt, & septuaginta alia, quinque minùs: Demendi ergo sunt à toto cumulo 125. & restabunt 2029. qui, à primo anno nativitatis *Abrahæ* exclusivè deducti, incident in annum 30. ætatis *Christi*. Significat enim Scala, generationem *Christi* deductam ab *Abrahamo*, qui per omnium generationum subalternarum erectionem, tandem in cœlo se posuit, in medio S. *Trinitatis*, 2029. annis post *Abrahamum*. Quandò *vox audita est de cœlis: Hic est Filius meus unigenitus, in quo mihi placui,* Matth. 17. 5.

hunc

hunc audite. Sicut priùs dixerat per visionem Deus *Abrahamo: Ego sum Deus tuus, & seminis tui.* Gen. 17. 7.

Tertium testimonium: *Deut.* 18. 15. *Suscitabit tibi Dominus*

Prophetam ex	*Prophetam*	נביא	63
medio tui, ex	*ex medio tui*	מקרבך	842
fratribus tuis	*ex fratribus tuis*	מאחיך	559
similem mei.	*mei similem*	כמני	120
		Summa	1584.

Lectio marginalis purgat rationem totius cumuli, & docet 10. demenda esse, ad faciẽdum calculum perfectum, נמם מאבן *redundat secundum veritatem denarius.* Ergò post 1574. annos à nativitate *Moysis*, futura erat Incarnatio *Christi*: quia tunc cœpit suscitari Propheta similis *Moysi.*

Quartum Testi-	*Egredietur*	יצא	103
monium: *Esaiæ* cap.	*virga*	חטר	228
11. ver. 1. *Egredie-*	*de radice*	מגזע	139
tur virga de trunco	*Iesse.*	ישי	330
Iesse, &c.		*Summa*	800.

Nota critica ad latus scribitur גחם יאר עי *Purgabit fluvius* (scil. temporis) 86. restant ergo 714. ab anno sabbatico solis regredientis inclusivè, ad annum Incarnationis exclusivè. Omnis enim supputatio temporum, à certâ Epochâ prophetici temporis ad certũ, & rationalẽ terminum, deducenda est. Cujusmodi in *Christi* ætate, sunt annus incarnationis, vel nativitatis; prædicationis, & mortis. Et in historiâ *Iudæorum* liberatio ab *Ægypto*, nativitas *Abrahæ*, & *Mosis*: & regressus solis, &c. Per *truncum Iesse*, intelligitur B. *Virgo*, ex seriẽ regiâ *Davidis* genita.

Et

Et flos de radice ejus ascendet.

נֵצֶר	349.
מִשָּׁרָשָׁיו	880.
יִפְרֶה	312.

Summa 1540.

Lectio vocum per literas finales, & initiales rationem purgat. נמ״ר יוד *cessat numerus* 21. Demo ergo 21. & restabunt 1520. qui est numerus ab ærâ *Christi* verâ, ad exortũ visibilẽ Ecclesiæ *Protestantiũ*, quæ germen est è radice *Christi*. A. *Cath.* 1518.

CAP. 9.

De numero annorum ætatis CHRISTI.

REstat hoc unum, ut de tẽpore vitæ, & morti *Christi* veritatẽ stabiliã: quia controversia nuper inducta est per *Scaligerũ*, qui 5. *Paschata* eruisse sibi videtur ex historiâ Evangelicâ: ut 4. annis cum dimidio duraverit ministeriũ ejus. Quod à veritate discrepat, nam cùm diserte dicat S. *Lucas*, quòd *Iesus erat circiter* 30. *annos incipiens esse*, *Scaliger* violenter hoc ad finem anni illius trahit. Atqui nemo ratione annorũ ætatis suæ orditur à fine ejus, sed à principio. Sed quia solemus principiũ anni currentis pro integro numerare, in ratione ætatis ideò dicit eum *fuisse circiter* 30. *annorũ*, cùm 30um annũ inchoasset. In *Paschatum* verò numero exuberat, quia *Pascha* 1^m, *Ioan.* 2. 13. quod incidit proximè post Baptismũ *Christi*, reijcit in annũ sequentẽ, quod pertinet ad antecedentẽ. Et locus *Lucæ* 9. 51. non ad tẽpus *Paschatis*, sed ad 40. diem sequentem pertinet, quandò assumptus est. Mihi sufficit ex Propheticis numeris, & typis, veritatem demonstrare, quòd non excesserit vita *Christi* 33. annum.

Luc. 3. 23.

Sit primum Testimoniũ ex *Isaiâ*. cap. 53. ver. 7.

Sicut

Sicut ovis	כ	27	ל	36	י	10	
ad occisionem	ש	608	ע	25	ו	11	
ductus est.	ה	5	ב	8	כ	3	
			ח	8	ל	30	
		640.		77.		54.	

Collecti 771.

Lectio dictionum à principio, & fine corrigit summam, & docet 25. demendos esse è toto grege. כ"ד חל *Vicenarium coniunctum quinario dissolve à cremente.* Si ergo demis 25. è summâ 771. restabunt 746. sunt autem totidem anni ab anno 14. *Ezechiæ*, quandò sol regressus est, inclusivè, ad annum 33. *Christi* exclusivè. Est enim annus ille Epochæ Prophetæ *Isaiæ*. Et suppono regressum solis incidisse in finem anni sabbatici. Et hæc est limitatio anni mortis *Christi*.

	כרחץ	258	Testimonium 2.
Sequitur alterum Vaticinium, *Et tanquam agnus, coram tondente se, obmutuit.*	לפניו	170	
	נאלמה	32	
		126	Isai. 53. 7.
	Summa	586.	

Defectum numeri supplet lectio à principio, & fine, כל נב לי"ד *comprehendet* 50. *& copulam* 10. (i.) 160. quibus additis fiunt 746. qui numerus est ab anno regredientis solis completo inclusivè, ad annum mortis *Christi* 33. inclusivè. Et geminâ hâc Prophetiâ Chronologicâ determinatur annus *Christi*. Tertiò, per elegantissimum typum expressum est tempus vitæ *Christi*. In lege ceremoniali cautum enim est, ne mulier, quæ peperisset masculum, tangeret aliquid sancti, vel in Sanctua- Argum. 3. Levit. 12. 4.

rium intraret, usque ad 33. diem; quo significabatur, quòd Synagoga cùm peperisset *Christum* in generatione beatæ *Virginis*, nullam partem sanctitatis *Christi* attingeret: neque in Sanctuarium Ecclesiæ *Christianæ* intraret, usque ad 33. *Christi* annum, in quo mortuus est: & per Spiritum sanctum *dedit dona sanctitatis hominibus*, & templum suum aperuit ingredientibus.

Psal. 68. 19. Heb. 9. 8.

Arg. 4. Quartò, ex Vaticinio *Danielis*, & complemento septuaginta hebdomadarum, quæ desinunt in anno 32. *Christi*, determinatur tempus mortis ejus, anno 33. neque enim potest principium hebdomadarum ad septimum annum *Artaxerxis* differri, propter causas à me propositas superiùs.

Arg. 5. Quintò, exemplum illud *Eliæ* prohibentis pluviam ad 3. annos, & dimidium, aptè figurat tempus prædicationis *Christi*, 3. annorum cum dimidio: significat enim pluvia doctrinam, & prædicationem publicam, quæ de cœlis, sub nomine veritatis divinæ, descendit in Synagogam; *Christus* autem in omni ministerio, & institutione populi eò spectabat, ut ostenderet doctrinam literalem justitiæ legalis, non esse eam, quam Deus intendebat, sed aliam: ita compescuit stillationē doctrinæ literalis *Iudæorum*, toto tempore ministerij sui, & post annos illos finitos, ipse novam pluviam doctrinæ *Christianæ* dimisit.

Nunc autem determinandus est numerus, qui toti seculo præfixus est, ut ex conspiratione generalis calculi, & omnium particularium in idem punctum, veritas elucescat.

Cap. 10.

Cautio modesta eorum quæ dicenda sunt, & audacis jactantiæ declinatio in timore Domini.

INgressurus materiam hanc supputandi tempus instans Adventus Dominici, & numeri annorum totius mundi, tanquam mare quoddam infame scopulis veritatis irrefragabilis, quibus ex improviso navis hæc disquisitionis typicæ allidat, & syrtibus annorum & temporum æstuosis, à quibus studium hoc investigandi absorbeatur: necessarium duco novâ quâdam arte, & hactenus incognitâ, navem formare, ex hujusmodi materiâ, quæ nullis typorum inconstantium fluctibus demergi, nullis contradictionis scopulis allidi, nec syrtibus numerorum instabilium involvi possit: Est autem hic *timor Domini*: grande secretum, donum Dei beatificum, & omnis sapientiæ Divinæ principium. *Venite filij, audite me, & timorem Domini docebo vos.* Cujus scientiam, ut melius concipiatis, per brevia quædam rerum capita, totam materiam exequar. Primò ergo sciatis duplicem esse timorem, alterum vulgarem, qui in servilem & filialem distinguitur: alterum arcanum mundo universo ignotum. De priori, ut plurimùm sermo habetur, in novo Testamento: de quo S. *Ioannes* testatur, quòd perfectus amor foràs pellit timorem, qui enim timet, pœnam habet: & S. *Paulus* profitetur se hominibus timorem Dei suadere, (id est) quoad communem hominum carnalium opinionem,

Pſal. 34. 12.

1. Ioan. 4. 18.

2. Cor. 5. 11.

nem, non autem quoad intelligentiam Dei, & hominum ſpiritualium. De altero verò timore, vt plurimùm, intelligenda ſunt loca Teſtamenti veteris, quæ in Pſalmis & Proverbijs timorem Dei commendant. Eſt enim timor iſte mundo ignotus: & theſaurus appellatur à Prophetâ *Iſaiâ*: *Timor Domini ipſe eſt theſaurus.* Et *Salomon* profitetur non poſſe timorem hunc intelligi, niſi ab illo, qui cum magnâ diligentiâ & arte ſacras Scripturas inveſtigat. Si *quæſieris prudentiam ſicut argentum, & tanquàm theſauros abſconditos inveſtigaveris eam, tunc invenies timorem Dei.* Atqui non eſt opus tam diligenti ſcrutinio ad exquirendum timorem alterum, qui & mulierculis & pueris obvius eſt; nequit quemquam magis diſponit ad intelligendum ſacras Scripturas, & arcana earum, ut ſine illo non poſſit ſcientia earum haberi; alioqui, qui peccatum aliquod committeret, à ſcientiâ Theologiæ excideret.

Iſai. 33. 6.

Proverb. 2. 2.

Vt ergo probè intelligatur quis ſit ſecretus iſte timor Domini, qui *principium ſapientiæ* dicitur, & *ipſa ſapientia*: exponendæ ſunt duæ iſtæ voces *Timoris Domini*. Nomen יהוה Domini diſtinguitur à nomine אלהים Deus. Eſt enim hoc nomen Dei quatenus inviſibilia ſua per creaturam mundi viſibilem repræſentat. Nomen verò tetragrammaton, eſt appellatio Dei, quatenus omnia exteriora ad interiora reducit, & ad eſſentiam ſuam. Dicitur autem ab יהוה ſignificante eſſentiam complacentiæ Divinæ, & hoc quod Deus eſt; (ſicut אלהים hoc quod Deus videtur) quem etiam S. *Paulus* appellat Patrem miſericordiarum, & Deum totius conſolationis.

Proverb. 1. 7.

Iob. 28. 28.

2. Cor. 1. 3.

consolationis. Duo ergo respicienda sunt in nomine isto: Primò, quòd essentia Divina sit res misericordiæ, gratiæ, amoris, et suavitatis. Secundò, quod ista rerum Divinarum notio, sub signis visibilibus abscondita sit: et indè per revelationem velaminis producatur. Ideo dicitur, *quod non erudietur in scientiâ Dei, qui non est sapiens in bono*, (id est) qui non intelligit et sapit rem bonitatis et suavitatis, in scientiâ Dei internâ: et *non est sensus, ubi abundat amaritudo*. Et *narrationes stultorum*, vel carnalium, *sunt tanquam sarcinæ in viâ*, (id est) nihil aliud sonant, præter *onera insupportabilia*, opposita jugo Domini suavi: in *labijs verò sensati, invenitur gratia*, id est, materia misericordiæ, gratiæ, et suavitatis.

Eccli. 21. 14. 15. Eccli. 21. 19. Matth. 23. 4. Eccli. 21. 19.

Sicut ergo Deus est non solùm essentia suavitatis spiritualis, verùm etiam ipsum *EST*, quod in intellectu contemplantis concipitur conjungere subjecta signorum exponendorum, ad notionem rerum Divinarum prædicatam: ita *Timor Dei* significat simplicem apprehensionem hujusmodi notionum, absque intentione affirmandi, & asseverandi eam. Et totum hoc quod dixi, continetur sub illâ sententiâ Ecclesiastici. *Timor Domini est gloria, & gloriatio, & lætitia, & corona exultationis*. Per gloriam intelligit declarationem mysteriorum Dei, ex typis & signis rerum mundo visibilium. Est enim gloria quasi æqualis ora, & limitatio rei per signa, & Hebraicè כבוד. Tanquam id quod simile est, & respondet simplici & solitario sensui rerum visibilium: undè ab *Isaiâ* dicitur: *Omnis gloria habet velamen*. Per lætitiam in eisdem verbis in-

Eccli. 1. 11. Isai. 4. 5.

telligitur conditio naturalis rerum divinarum, quæ sub figuris adumbrantur; quæ sunt res letitiæ & gaudij spiritualis; per coronam exaltationis, significatur modus concipiendi & enunciandi res divinas per simplicem apprehensionem, quæ instar circuli ambit easdem, in claro rerum intuitu, & tanquam corona concipit easdem cum honore.

Quòd autem timor sit hujusmodi conceptus, & simplex apprehensio sensuum Dei arcanorum, ex multis sacræ Scripturæ locis ostenditur. Dicitur enim quòd, *timor Dei sit sapientia*, (i.) ratio contemplandi, & actus animæ contemplantis sapientiam, & intelligentis eam; quam toti creaturæ ignotam Deus investigavit & propoluit in initio creaturæ suæ: *Ecce homo, timor Dei ipsa est sapientia.* Iob 28.28.
Da locum timori Domini, quia omnis sapientia est timor Domini, & in omni sapientia dispositio legis, (i.) Eccles. 19.18.
suppositio, quòd in omni contemplatione, & propositione, et enunciatione rerum divinarum hoc pro lege statutum sit, non intendere exertè affirmare, & asseverare id quod dicitur, sub forma affirmationis. Sic in Proverbijs dicitur, *Timor Domini est correctio sapientiæ, & ad objectum gloriæ modestia,* (i.) modestus & humilis modus prædicandi gloriam Dei, vel sensum arcanum divinorum. Et, *finis*, vel definitio *modesta est timor Domini.* Et *qui custodit vel observat justitiam,* & (sensum correspondentem) *continebit* (i.) reprimet *sensum suum.* Et *Proverb.* 23.1. *Cùm veneris in domum*, vel constructionem loquentis res parabolicas, *prudenter attende quicquid objectivè proponitur, & appone cultrum gutturi tuo, si compos animi fueris*, (i.) cohibe assensum

Eccles. 19.8.
Prov. 15.33.
Prov. 22.4.
Prov. 23.1.

assensum interèloquendum. Et *Psal.* 34.12. *Quis est homo qui desiderat vitam, diligit dies in visionibus bonitatis? custodi linguam tuam à cogitatione incongrua, & labia tua ne loquantur* מרמה. Est autem מרמה ejaculatio & constitutio fundamentalis, vel essentialis, per assèveratione m: quæ dicitur ejaculatio, quia sicut jaculum ad scopum volat; ita per affirmationem, essentia subjecti rapidè fertur ad subsistendum in notione essentiali prædicati. Hoc etiam est quod intellexit *David*, *Appone Domine circumstantiam verbis oris mei*: &, *Dixi custodiam vias meas, ne offendam in linguâ meâ*. Et hoc est illud *juramentum* quod *Christus* absolutè prohibuit. Est enim Assèveratio per E s r, in arcanis Dei attestatio nominis divini practici, & juramentum mysticũ quod ideo repressit, quoniam qui eo modo assèverat, non potest affirmando facere ex pilo nigro album, vel ex albo nigrum. Quod non pertinet ad rationem juramenti forensis, in quo nemo obligatur facere id quod jurat, sed tantùm attestari rei priùs factæ, vel obligare se ad faciendum.

Psal. 35.12.
Psal. 39.1.

5 Rationes quare in studio arcanorum Dei simplici apprehensione concipienda sunt omnia.

Est etiam quadruplex alia ratio suspensæ hujus affirmationis. Primò, quia Deus est in essentia sua liberrimus, & omni modo indeterminatus: ita ut ex absolutâ potentiâ possit omnia annihilare, & mutare omnia quæ facturum se promisit (sine mendacio) quoniam in simplici notitia divina concipiuntur omnia quæ ab eo dicta sunt. Propterea qui cum illo conversantur, ut sint non solùm θεομαθεῖς, verùm etiam θεοπαθεῖς, debent similem puritatem intellectus, & libertatem spiritus servare.

Tertiò,

Tertiò, Propterea ab omnibus arcanæ Theologiæ ſtudioſis cuſtodienda eſt puritas hæc, & ſimplicitas intelligentiæ, quoniam in ſimplicem intelligentiam non cadit error: qui ergo reprimit impetum illum vocalem vel notionalē, etiamſi concipiat animo res ſub ratione probabilitatis, & veriſimilitudinis, quæ nunquam futuræ ſunt; non tamen erravit: omnis enim error eſt in intellectu compoſito. Ideo dicitur, *In timore Domini fiducia:* Et, *Timor Domini expellit peccatum.* Sicut oculus non errat, dum apprehendit ſpecies quaſcunque etiam iridis, quæ verè non ſubſiſtunt: tales enim videntur.

Prov. 16. 6.
Eccleſ. 1. 27.

Quartò, quia ſimplex apprehenſio (fornacis inſtar) tandem purgat falſos rerum conceptus: neque enim poſſibile eſt in animi puro conceptu fallaces rerum formas perpetuò durare, cum ſpecie probabilitatis. *Servus enim non manet in domo in æternum, ſed filius manet.*

Pſal. 19. 19.
Ioh. 8. 35.

Quintò, quia ſimplex apprehenſio illuminat intellectum contemplantis, ſicut dicitur, *Timor Domini lucidus illuminans oculos:* ſicut enim in natura phyſica, noctem dies ſubſequitur; ita in naturali rerum divinarum contemplatione, apparentiam rerum quæ non ſunt, ſequitur apparentia rerum quæ ſunt: divinitate ipſâ explicante ſe ex involucro & potentia tenebrarum. Sicut enim oculus propter puritatem liberam ab omni determinatione, capax eſt omnium ſpecierum; ſi vero ad aliquam unam ſpeciem defigeretur, nihil poſſet præter eam videre: ita ſi intellectus per aſſeverationem tanquam juramentum devoveat ſe alicui ſpeciei divinorū, impe-

Pſal. 19. 19.

dit

dit liberum ingressum reliquarum. Ita dicitur, *Prov.* 10.27. *Timor Domini apponit dies* (i.) manifestationes rerum divinarum: Et, *odoratus rerum spiritualium in Christo dicitur esse in timore Domini*: Et, *non est in timore Domini minoratio & decrementum*; et, *non est in eo acquirere adjutorium.* Hæc est enim unctio illa, quam quisquis habet, non indiget ut à quoquam doceatur, sed sicut unctio docet, verum est unumquodque. Et timor Domini dicitur sicut Paradisus esse, quæ perpetuo germinat, ut ait *Hieremias: nova quærentibus multiplicat veritas tua.*

Prov.10.27. Isai. 11.3. Eccles.40.27. 1 Ep.Ioh.2.16. Lam.3.35.

Cautio ergo hæc & modesta enunciatio sensuum quos pro divinis concipimus, universaliter se extendit ad Dei arcana interna יהוה, & externa אלהים, nec unquam derelinquenda est: Quoniam, ut ait *Ecclesiasticus, Timor Dei super omnia se superposuit.* Et, *timor Dei sanctus permanet in secula seculi.*

Eccles.25.14. Psal.19.10.

Deus enim non prohibet investigationem rerum arcanarum ex S. Scripturis: sive in spiritualibus, sive in corporeis rerum eventis; dummodo determinentur secundùm analogiam fidei, & in materia quæ non excedit captum hominis. Sicut dicitur, *Altiora te ne quæsieris.* Pertinet etenim ad gloriam Dei consideratio mirabilium ejus, quæ alioqui in tenebris sepeliuntur. Quemadmodum apud artificem gratiam inibit, qui curiosi alicujus operis excellentiam explorat: et propterea Propheta orat Deum, ut det sibi intellectum, ut perscrutetur mirabilia legis: et Deus ipse mundum dedit ut investigetur. Cave autem existimes quòd hoc scrutinium sapientiæ divinæ ad quod viros doctos exhortor,

Psal.119.34.

pertineat ad materiam fidei, tanquam licitum sit nova doctrinæ publicæ dogmata excogitare: Imò unitatem fidei utriusque Ecclesiæ custodi, & tantùm nitere, ut ascendas ad altiorem sensum veritatis *Christianæ*, non novas opiniones contra fidem receptam.

Eccli. 3. 11. Non est autem alia ratio investigandi mysteria scripturæ, nisi per varia experimenta & tentationes, quæ & passiones dicuntur, (id est) suppositiones sensus verisimilis, tanquam digni qui observetur & exploretur: quoniam per varias tentationes ingrediendum est in scientiam generalem rerum divinarum, quod regnum Dei dicitur.

Eccli. 2. 1. Exploratio autem ista, necessariò supponit notionem multiplicem iudicij sustinendam esse inter studendum. Propterea dicitur, *Fili mi, accedens ad*

Prov. 3. 11. *servitutem Dei, sta in timore, & præpara cor tuum ad tentationem, & ne fastidias cùm corriperis: quia quemcunque diligit Dominus, corripit; etiamsi tanquam filio complaceat ei;* id est, etiamsi notio illa intellectualis, quam primò concipit studiosus, vera sit & naturalis: tamen per apparentiam contrariam verisimilitudinis, corripiet eam Deus, sicut in-

Hebr. 12. 8. ter disputandum fieri solet. Et si estis sine correctione, spurij estis & non filij. Studium enim sapientiæ Theologicæ, secundū regulas hominum, spurium est respectu divinæ Philosophiæ.

Eccli. 2. 1. Licèt ergo subindè variæ notiones se offerant cum multâ luce verisimilitudinis, quas posteà sub examine falsas deprehendes: non est tamen hic error studentis, sed progressus sapientis, modò simplici notitiâ contiderentur; quin Deus Pro-

phetis multis visiones ostendit rerum futurarum, quæ tamen in actum non erant deducendæ: *Hæc ostendit mihi Deus, sed hæc non erunt.* Amos 7. 5.

Sicut enim Poeta carmen conditurus, varias formas figurarum, & varios modos eloquendi proponit: deindè mutat, & reijcit, et eligit pro arbitrio: ita nos sumus in Dei intellectu, qui magnus est Poeta mundi hujus, et omnia disponit in pulchritudine formæ, elegantiâ verbi, et suavitate sensuum, nec omnes rerum conceptus, quos suscitat, elegit: sed qui maximè sibi placent; tandem in animo meditantis confirmat, et stabilit. Interim verò etiamsi septies labatur justus, resurgit, nec confringetur: quia Deus supponit manum suam, & corrigit errorem intellectus: sicut in *Samuele*, & *Ionâ*, & *Davide*. 1. Sam. 16. 7. Ionæ. 4. 10. Psal. 119. 71.

Hoc est enim dictatum magni magistri Scholæ sapientiæ: *In quemcunque videris Spiritum sanctum descendentem, & manentem; hic est qui baptizat in aquâ, & Spiritu sancto.* Ut in quocunque objecto intelligibili rerum arcanarum, viderimus assensum rationalem divinorum descendere, & perpetuò morari, apprehendamus illud pro veritate. Si igitur ad breve tempus viderimus descendentem Spiritum, non manere, reprimamus assensum: sin perseverare sentimus, similiter perseveremus in æstimatione: sed continuò expectantes quid possit in contrarium objici. Ad hoc enim exemplum videmus discipulos Scholæ cœlestis Angelos, examen suum facientes: Nam *Angelus contra Diabolum disputans de corpore Moysis*, (id est) literali intelligentiâ interiori legis in *Christo*, *dixit*, *Increpat* Ioan. 1 33. Iudæ 9. Zachæ 3. 2.

in te Deus, id est, complacentia verbi interni: & increpat in te Deus, qui elegit Hierusalem, id est, ipsa complacentia divina visionis rerum concordis, te refellit. Tam verbi Dei interni, quàm sensus concordis, ratio te coarguit. Nonne iste est torris ereptus ex igne? Nonne *Christus* personaliter ereptus est ex communi conditione generis humani damnati ad ignem? id est, quid potest in cõtrarium obijci? Similiter cùm *Angelus* tempus computasset restaurandæ urbis *Hierusalem*, dixit Deo, Zach. 1, 12. *Nonne hic septuagesimus annus, quando misericordia Divina sit expectanda?* Neuter audet absolutè judicium facere, sed proponit id quod judicavit examinandum, quid possit in contrarium obijci. Similiter ego cùm scrutinium veritatis in calculis temporum probabiliter, ut mihi videtur, absolverim, propono Ecclesiæ Dei, et universo mundo disquirendum, quid possit lucem hanc obtenebrare. Nonne hic est annus unionis duarum Ecclesiarum, nonne hoc est tempus *Christi* redituri? Surgant quotquot sunt nubeculæ de paludibus vulgaris auditus inferni, et per varia loca caligent; non tamen poterint Solem ministerij mei eluminare. 2. Reg. 3. 22. 15. Aquam traxi è cisterna *Hierusalem*, neque tamen bibere eam volo, quia cum periculo factum est sanguinis, (id est) opinionis perdendæ: sed Deo et voluntati ejus eam libabo. Erexi altare ex lapidibus typorum analogicorum: struxi ligna verisimilitudinis oppositæ, condemnandæ; et sacrificium supputationis temporum Deo obtuli, expectans an igne veritatis actualis velit eam transferre in materiam rei cœlestis. 3. Reg. 18. 32. In convivio domini ultimus

mus

mus sedebo, quò invitatus sum cum reliquis: & adveniente Domino domus si non provehar altiùs cum honore, non subsidam inferiùs cum dedecore: Quia nõ eo animo me illic locavi, ut omnibus alijs veritatis conceptibus audactèr meamanteponã; sed ut domini delicias post alios gustem: invitatus sum ab eo ad mensam, non ad locum dignitatis. Habeo vestimenta specierum & typorum verisimilium, non accedo cum nuda præsumptione. Possunt quæ à me dicentur spiritualitèr tantùm impleri; possunt et temporalitèr: utcunque contrarium acciderit, muto sententiam veritatis, non muto probabilitatis; quoniam probabilia & tanquam futura erunt, si non evenerint. Quòd si alicubi à vero aberrantem me videris, vel saltem credideris in numerorum ratione; noli in me ferocire, & triumphum canere: sed ignosce infirmitati propriæ in meo defectu. Quid enim mirum si senex 66 annum ingressus, à nemine adjutus, plenus infirmitatum, memoriâ labili, ingenij lumine jam per tempus marcente, in tantæ magnitudinis argumento aliquando succumbam in genua; in tam salebrosâ materiâ labar, et in tã scrupuloso ascensu anhelem. Luc.14.8. Apoc.16.15.

Cap. II.

Octo Fundamenta veritatis, supponenda supputationi annorum.

ANtequam ad annorum rationem subducendam accedo, operæ pretium est, quædam præfari; quæ tanquam fundamenta certitudinis locanda

canda sint: quibus tota structura raticcinij sequentis innitatur.

Primò, Concluſio est de fide supponenda; quòd tota lex figura sit *Christi*, & rerum in Ecclesia *Christi* gerendarum: unde tempora post *Christum* vocantur *plenitudo temporum*: sicut res significata est plenitudo signi sui. Sic *Christus* testatur *Moysem* de se scripsisse: neque tantum ipsa forma legis typica fuit, sed et tota populi historia.

Gal. 4. 4. Eph. 1. 10.

1 Cor. 11.

Secundò, non minùs certum est quòd magna numerorum multitudo, non possit directè exponi de rebus *Christianis*, nisi sub ratione annorum; nulla enim certitudo magnæ multitudinis excogitari potest, nisi de annis utriusque Ecclesiæ.

Tertiò, duplex est ratio computandi numeros literales, vel per solas consonas, vel per consonas et vocales. Præterea, duplex est modus quo Deus numeros ordinavit. Primò, per modum similitudinis: sic duo duobus, tres tribus respondent æqualiter, licèt in materia differenti. Sunt enim numeri res metaphysicæ; quæ communes sunt tàm signis, quàm rebus signatis. Secundus modus intelligendi numeros consistit in analogicâ & ænigmaticâ eorum intelligentiâ, sive in rebus ipsis, sive in formâ loquendi. Duplex est enim numerus, vulgaris sive mercatorius, vel analogicus, per quem unusquisq; numerus actum aliquem animæ rationalis significat. Ideo S. *Paulus* dixit, *Videmus nunc in speculo per ænigma*. Ergo tota visio & intelligentia S. Scripturæ *Hebraicæ* est partim typica, partim ænigmatica. Unde *Salomon* promittit se, rationem demonstraturũ, per quã penetrari possit ad intelligentiam ænig-

Ratio numerorum in sacris Scripturis.

2 Cor. 13. 12.

Prov. 1. 3.

ænigmatum S. Scripturæ. Cogitent ergo viri docti quantum à disciplina sapientiæ defecerint, qui præter illud unicum *Samsonis* ænigma, nullum in totâ Scripturâ observaverint.

Quartò, in investigatione sapientiæ divinæ & mysteriorum S. Scripturæ, non est imaginandus sensus aliquis cujus materia captum hominis excedat; materia dico, non ratio intelligendi. Quia res ipsæ simplices subintellectæ in tota Scriptura, à *Christianis* sciuntur; sed compositio rerum non intelligitur sub ratione veritatis. Quemadmodum *Iudæi* intelligebant communem notitiam Dei, & sciebant etiam *Christum* hominem esse; sed quòd hic homo Deus esset, non intelligebant. Sic *Catholici* intelligunt quid *Protestantes* sentiunt per doctrinam suam de sola fide communionis meritorum *Christi* imputandâ; sed propositionem illam sub ratione veritatis non intelligunt. Ideo dicitur, *Altiora te ne quæsieris*: &, *Regnum Dei est intra vos*: &, *Propè est verbum in ore tuo, & in corde tuo*. Et reprehendit Apostolus eos, qui *in cultu Angelorum se exercentes, incederent in eis, quæ non intelligerent*. Et Propheta *David* in persona viri spiritualis contemplantis res divinas, dicit, *Domine, non est exaltatum cor meum, non ambulavi in magnis & in mirabilibus super me*: sed summam scientiæ suæ definit quòd ita se haberet sicut puer ablactatus, duplici modo. Est enim summa sapientiæ *Christiana*, ablactatio hominis à lacte legis *Iudaicæ*, et *Catholicæ*; et altera anagogica ablactatio à sensu hujus mundi, ad sensum mundi futuri.

Non est quærendus sensus mysticus in Scripturis supra captum hominis.

Eccl. 3. 22.
Luc. 17. 21.
Rom. 10. 8.
Deut. 30. 12.
Col. 2, 18.
Psal. 131. 1.

Quintò, tota ratio ignorantiæ et incredulitatis

Iudaicæ

Libera lectio punctorum alicubi necessario permittenda.

Iudaicæ inde oritur, quòd literalem punctorum legis determinationem, adeo obstinatè amplectuntur: ut non possint *Christum* intelligere, cui tota Scriptura per liberiorem modum legendi attestatur. Et propterea cùm testamentum vetus, id est dispositionem voluntatis Dei, per servilem Grammaticorum disciplinam sequuntur: fiunt filij *Hagar* servæ, non *Saræ* rationis legendi solutæ, et liberæ. Et hoc est illud *velamen* quod *Moyses faciei legis imposuit, ut non intenderent in finem eorum quæ evacuanda essent:* Et hoc est illud claustrum et sigillum Scripturæ, de quo Angelus *Danielem* monuit: *Tu autem Daniel, claude verba,* vel res (ænigmaticè) *& sigilla* (symbolicè) *librum.* Ideo quicunque æquivocationem nominum et libertatem punctorum non patitur aliquando in Scripturam induci; non solùm non potest *Moysem* de *Christo* loquentem audire; vetùm etiam necesse est, ut si sibiipsi, et doctrinæ huic constare velit, ad fidem *Iudaicam* revertatur: Verbum enim Dei manet in æternum. Si ergo illud sit verbum Dei quod per Scribarum lectionem ad sensum vulgatem et ad rem unam defigitur; etiam hodie observatio cultus *Iudaici* vigeret: neque per *Christum* abrogari potuisset; qui non venit solvere legem, sed implere: Quod non fecit, nisi ipsa verborum significatio aliquo modo doctrinam et historiam ejus determinet; et non tantùm similitudo rerum: quæ non est scripta, sed per conjecturam intellecta. Potest enim Scriptura per similitudinem particularem deflecti ab intentione Dei; sed per verbi interni constantem lectionem non potest. Quod enim non

Gal. 4.14.

2 Cor 3.13.

alio

alio modo possit investigari singillatim sensus spiritualis veteris Testamenti de *Christo*, quàm per libertatem hanc legendi, quâ plures voces sub unâ dictione continentur, diserte testatur Propheta: *Verbum abbreviatum faciet Deus super universam terram* (Scripturam) *Verbum abbreviatum inundabit justitiam*, (i.) lectio multarum dictionum in una; producet continuam sensuum correspondentium inundationem. Quòd si textum Grammaticorum more definitum respicias, non est verbum abbreviatum, sed explicitum. Tunc enim solùm dicitur abbreviatum, quando plura verba sub uno continentur per etymologicam divisionem ὀρθοτομίαν λόγου ἀληθείας, vel per diversam punctorũ lectionẽ fit homonymia, vel sub singulis literis initialibus singulæ voces subintelliguntur. Sed hoc in libro, non suscitabo omnem verbi divini scaturiginem, neque majorem licentiam adhibebo, quàm quâ usi sunt 70 interpretes, & ipsi Apostoli. Hi sunt enim duo limites terræ sanctæ in fide *Christianorum*, ut neque mare *Suph*, (i.) universalem relationem Scripturæ per puncta determinatæ attingant: neque *Euphratem* פרת Sermonem *Resetevoth* transeant, (i) legendo singulas literas pro vocibus.

Isai. 10. 22.

2 Tim. 2. 15.

Sextò, In significationibus vocum *Hebræarum* non alias interpretationes adhibebo, quàm quæ in Dictionario *Pentaglotti Schinleri* traduntur. Suppono enim voces in veteri Testamento scriptas non solùm capaces esse illius sensus qui in *Hebraâ* dialecto usurpatur, sed etiam illorum qui in *Chaldeâ*, *Syrâ*, & *Arabicâ* reperiuntur. Sunt enim unius linguæ communis, variæ dialecti. Vnde et

Spiritus S. linguam *Chaldaicam* in sacras tabulas induxit, ut in illa tanquàm in primitijs reliquas sanctificaret. Neque enim omnes usus dictionum *Hebræarum* in Biblijs sacris deprehenduntur: partim propter angustias Scripturæ, partim propter ignorantiam Interpretum, qui errorem proprium in legem alijs stabilierunt.

7. Lectio interior Scripturæ, non secundùm integram, & Grammaticam dictionum determinationem dirigenda, sed secundùm morem Etymologicum. Dicitur enim: *Ex ore infantium & lactantium perfecisti laudem tuam*, id est, ex formâ loquendi infantium, qui radices nominum sine Grammaticorum lege pronunciant. Psal. 8.2.

8. Quicquid in libro hoc cum probabilitate, vel evidentiâ ex verbo Dei deducitur, argumento erit ad demonstrandam Papæ stultitiam, qui non aliam lectionem Scripturæ, vel interpretationem verborum permisit usurpari, quàm illam *Grammaticorum*, quâ *Iudæorum* oculi obtenebrantur, ut non eluceſcat illis *Christi* gloria.

CAP. 12.

De numero annorum totius Mundi.

DIcitur *requievisse Deus die septimo ab omni opere suo, quod crearet, & faceret*. Dies iste septimus, in quo quievit Deus, non est dies transitorius unus è septem, est enim etiam septimus dies opus Dei, Gen. 2.2.

ergò

ergò & ab illo requievit, non in illo. Neque quievit ut defatigatus labore, vel ut non operaturus posteà, qui *etiam adhuc operatur:* sed ut finem assequutus totius operis. Neque possibile est, ut quiescat Deus in merâ creaturâ, neque in aliâ re, quàm in Filio suo. De quo dicitur, *Hic est Filius meus, in quo mihi complacui.* Septimus ergo dies est *Christus*, Dei Filius, de quo Pater Psalmo 2. *Ego hodiè genui te*, vel *hunc diem genui te.* De quo etiam idem testatur: *Lapis quem reprobaverunt ædificantes, factus est in caput anguli: hic est dies quem fecit Dominus, lætabimur & exultabimus in eo.*

Ioh. 5. 17.

2. Pet. 1. 18.

Psal. 117. 22.

Sic ergò *Christus* est dies septimus, in quo quievit Pater: & reconciliavit omnia, quando consideravit omnia, quæ fecerat recapitulata in *Christo* sub formâ Septenarij. Pulcherrima autem forma Septenarij, est dispositio septies septem unitatum sub formâ Quadri. Si enim decrevit Deus recapitulare omnia tempora, & temporalia in Filio; fecit id procul dubio pulcherrimâ ratione numeri. Sicut autem numerorum perfectissimus est Septenarius; ita in Septenario quadrum ipsum. Et hoc in figurâ præformatum est *Salomonis*, qui *Christi* pacifici regnum repræsentaturus; ex *Bethsebâ*, id est, pupillâ, vel basi septenarij genitus est, ad figurandum *Christum*, qui ex reductione omnium temporum, & temporalium, in quadri septenarij gemini formam, in plenitudine corporis sui Ecclesiastici emanat.

22.	47.	16.	41.	10.	35.	4.
5.	23.	48.	17.	42.	11.	29.
30.	6.	24.	49.	18.	36.	12.
13.	31.	7.	25.	43.	19.	37.
38.	14.	32.	1.	26.	44.	20.
21.	39.	8.	33.	2.	27.	45.
46.	15.	40.	9.	34.	3.	28.

Et hæc sunt retiacula septenorum versuum, posita in capitibus duarum columnarum *Iachin*, et *Booz*, in templo *Salomonis*: tanquam tituli triumphales *Christi*, de mundo subacto; instar duarum columnarum *Herculis*: ultra quas, nihil est quærendum in spatio temporis. Singulæ lineæ quadri hujus continent 175. septies computando à dextrâ ad sinistram transversarios ductus numerorum, et septies sursum et deorsum, per arrectarias, et bis per angulorum decursus, hoc est, 16. vicibus. Et hinc est quod de *Abrahamo* dicitur, quod *mortuus sit in senectute bonâ senex, & satur dierum*, vel *Septenarius*: quod de nullo alio dictum legimus, quia metas vitæ ad millesimum pene annum protulerunt. Vixit autem *Abraham* 175. annis, qui numerus basis est quadri septenarij. Propterea commendatur numerus annorum *Abrahæ*, quoniam ad illam annorum metam pervenisset, quæ est basis perfectæ numerationis omnium in *Christo*. Omnium enim rerum, quæ sunt in hoc mundo in figurâ divinorum, illa est summa perfectio: ut conformitate maximâ ad *Christum*, et historiam corporis ejus accedant. Adeóque *Abraham*, qui præ omnibus hominibus factus est exemplum *Christi*,

3. Reg. 7. 17.

Gen. 25. 8.

in

in vitæ suæ decursu; neque defecit à formâ perfectionis numeralis, neque excessit. Si ergo 16. lineas quadri septenarij computemus, fiunt 2800. Duplicandus est autem hic numerus quadri septenarij, quoniam *Christus*, qui est imago Dei invisibilis, et amoris divini, non in simplici formâ id exhibuit, quod arguit defectum, et privationem amoris; sed in correspondentiâ unius ad aliud, et prioris ad consequentem, quæ est perpetua forma plenitudinis *Christi*: *quoniam in omnibus operibus Dei invenies unum contra unum, & nihil fecit deesse.* Eccli. 42.25.

Quadrum ergò hoc in se geminatum continet 5600. quem numerum omnium annorum seculi supponimus: tam ex his, quæ probabiliter dicta sunt, quàm ex illis, quæ postea cum eis paria facient. Heb. 1.1.

CAP. 13.

Confirmatio numeri annorum totius mundi, ex Nomine DEI, & CHRISTI. Colos. 1.16.

DVo sunt præcipua, & maximè usitata nomina Dei apud *Hebræos*, primum יהוה *Jehovah*, alterum, אלהים *Elohim*. Hoc est Nomen Dei, quatenus repræsentat invisibilia sua per signa visibilia. Altera appellatio est Dei, quatenus in simplici essentiâ suâ est hoc, quod esse vult: ut superiùs dictum est. Vndè in principio Geneseos, cùm narrationem fecisset *Moyses* omnium operum Hexameri: quæ facta sunt ab *Elohim*, in principio Psal. 118.12. Ioan. 2.17. Gen. 2.4.

secundi capitis, brevem recapitulationem facit omnium priorum operum, sub nomine יהוה *Iehovah. Ista sunt generationes cæli & terræ, quando creata sunt in die, in qua fecit* Elohim Iehovah *cælum, & terram, & omne virgultum agri, priusquàm esset in terra.* In quibus verbis non loquitur de operibus mundi visibilis, quomodo enim creata sunt cùm nondum apparerent? Quia terminus rei corporeæ creatæ, est subsistere in se in actu visibili. Sed significabat *Moyses*: quòd ad eundem modum quo Deus in repræsentatione scenicâ mundi, creaturarum visibilium ordinem, & speciem exhibuisset: ita in mundo invisibili, eidæas & exemplaria eorum intelligibilia priùs disposuisset: quæ

Hebr. 1.2. postea per actum visibilem in naturâ corporeâ demonstravit. Omnes verò notiones sensibiles, quibus Deus seipsum expressit, reducuntur ad unam notionem verbi Dei, carnem, vel naturam humanam assumentis, & sub illâ personaliter & visibiliter ad sensum & intellectum hominis seipsum sistentis. Est ergò אלהים *Christus* ipse, *in quo, & per*

Coloss. 1.16. *quem, & propter quem, creata sunt sæcula visibilia.* Quoniam *Christus* in complemento corporis sui reconcilians omnia, est eidæa seculi sensibilis, &

Psal. 118.22. dies in quo requievit Deus. Alioqui impossibile est Deum quiescere in finitâ creaturâ: neque enim

Ioan. 5.17. fuit requies illa mera cessatio ab operando: cùm Deus non minùs nunc operetur per voluntatem, & intellectum practicum sustinendo creaturam in esse suo, quàm primo tempore producendo in esse: sed vera quies Dei, est contentatio voluntatis divinæ in *Christo*; quem exemplar totius operationis suæ

proposuit,

proposuit: *Et hic est filius ejus dilectus, in quo complacuit.* Itaque licèt nomen *Elohim* Deo attribuatur, in omni opere veteris Testamenti, in quo seipsum præfigurabat: tamen verè, finaliter, & perfectè, *Christus* fuit; qui sub nomine illo significabatur, creans novum cœlum, & novam terram in mundo Ecclesiæ *Christianæ*. Ideóque tempora post *Christum*, vocantur plenitudo temporum priorum, & omnium operum Dei, quæ à seculo fecit. Sicut enim vasa vacua, liquore indito implentur: ita omnia opera veteris Testamenti, implentur in *Christo*, & rebus ab eo gestis, sicut signa implentur sensu significato. Vndè dicitur, *Creavite; ut facias cælum, & formes terram, & dicas* Sioni, *Populus meus es tu.* Igitur à tempore *Christi*, incepit nova & interna ratio nominis divini, in actum induci, per novi cœli & terræ creationem spiritualem. Nam S. *Petrus* hoc sensu distinguit cœlum, & terram præsentem ab eis quæ olim fuerunt. Ideóque disertè dicitur in Sacris literis, quòd numerus annorum Ecclesiæ *Christi*, & durationis totius seculi, secundùm numerum nominis אלהים extendatur.

Matth. 12. 18.

Gal. 4. 4.

Eph. 1. 10.

Esai. 51. 16.

2. Petr. 3. 7.

Sit primum testimonium ex Psalmis: *Secundùm nomen tuum Deus, sic & laus tua erit ad fines terræ.* Quæ verba fusca sunt, nisi aliqua ratio nominis *Elohim* assignetur, juxta quam laudatio Dei perseveret ad fines terræ: atqui nulla alia ratio excogitari potest, præter numeralem nominis *Elohim*, quam Propheta faceret mensuram laudis Dei ad fines terræ. Si enim ita exponas verba: Domine, sicut nomen tuum significat potentiam, ita laus tua

Psal. 48. 11.

per

per totã terram dispergitur; ut laus Dei intelligatur per totam terram, æquiparari potentiæ ejus, non est verum. Neque enim in omni loco terræ Deus laudatur, pro merito potentiæ, & dignitatis ejus. Nam totus religionis gentilis cultus, & laus deorum, dicitur non esse attributus Deo, sed dæmonibus. Quis enim affirmet hymnos illos *Orphei*, multitudini deorum dicatos, fuisse laudem Dei? cùm Propheta neget se accepturum nomina eorum in ore suo, tanquam pro nomine Dei. Restat ergò alia ratio quærenda nominis Dei, juxta quam laudatio & confessio ejus ad fines terræ extenderetur, præter simplicem nominis significationem. At qui nulla alia potest esse, præter rationem nominis numeralẽ. Significat ergo quòd laus Dei, & confessio ejus ad finẽ seculi perseveraret, juxta numerum nominis divini *Elohim*: quod in *Christo* verbo incarnato propriè et essentialitèr exponitur. Continetur autẽ nomen אלהים numerum 1652. cũ particulâ secundùm rationem consonarum & vocalium.

Matth. 12. 18.

1 Cor. 10. 20.

Psal. 96. 5.
1 Cor. 10. 20.

Ephes. 1. 19.

Psal. 72. 17.

Numerus Vocalium.

א	1	ו	6	ת	1000
ב	2	ז	7	ל	34
ג	3	ח	8	ה	5
ד	4	ט	9	י	13
ה	5	י	10	ם	600

Si ergo numeros æræ Christianæ ordiaris ab anno vero nativitatis *Christi*, qui incidit integrè in annum mundi 3948, & addas 1652, incidit post annũ finalẽ 5600; quę Propheta vocat fines terræ: quoniam

quoniam anno 5600 finis futurus sit cœli & terræ corruptibilis: Sic ergo laus *Christi* in hoc seculo, secundùm numerum nominis ejus perseverabit ad illum annum. Quoniam annus novissimus seculi, in quo mundus corruptibilis dissolvetur, non est completè exigendus: ideoq; per fractionem unitatis designatur; quo intelligitur non fore annum novissimum plenum, sed circiter mediam partem.

Secundum testimonium offert locus Psalmi: ubi de *Christo* manifestè loquens, dicit; *Coram Sole continuabitur*, vel propagabitur *nomen ejus*: vel in facie & respectu Solis: Id est, nomen *Christi Elohim*, juxta numerum literarum suarum in annis solaribus propagabitur. Cùm enim data sit *Christo* potestas omnis in cœlo & terrâ, ad quam potiùs numeri mensuram definiretur Solis tempus sequens, quàm ad numerum nominis sui divini, quod exaltavit super universum: quia *in Sole posuit tabernaculum suum*, (i.) nominis sui. Et, *à summo cœli egressus ejus, & usque ad summum cœli est occursus ejus*. Tempus enim à *Christi* nativitate erat supremus vertex gloriæ cœlestis, ut verbi incarnati nomen enarret, & alter vertex majoris gloriæ est tempus quo regnum *Christi* in altero seculo ordietur. Alioqui, si simpliciter accipiantur verba, quòd Ecclesia duraret toto tempore mundi hujus, non magis ad gloriam *Christi* id pertineret, quàm rerum cæterarum; quia totus ordo generationis physicæ, & terrenæ, & etiam hominum impiorum paris temporis limitem sortitur.

Psal. 72. 7.

Psal. 138. 2.

Psal. 19. 5.

Mat. 28. 18.

Tertium testimonium est dictum illud Psalmi 45. 18. Recordabor nominis tui in omni generatione

Psal. 45. 18.

tione & generatione; vel in mensura generationis geminæ: similitèr populi confitebuntur tibi in seculo & ultra. Id est, cogitabo de temporibus Ecclesiæ *Christianæ* venturæ juxta mensuram nominis tui, tàm in Ecclesiâ *Catholicâ*, quàm *Protestantium*. Ita enim perpetuò vertendæ sunt voces illæ: quia vox עולם quod vertitur seculum, significat mysterium: quod proprium est Ecclesiæ *Catholicæ*, quæ profitetur se mysterium continere, & sapientiam arcanam claudere: contrà dictio עד quæ vertitur æternitas, dicitur à testando, & significat Ecclesiam *Protestantium*, quæ id quod *Catholici* celant palàm profitetur. Et scientia fidei *Catholicæ* est res huius seculi, sed scientia fidei *Protestantium* est res æternitatis. Hoc ergo profitetur Propheta *Davides*, quòd mensuram durationis utriusque generationis *Christi* recordari vellet juxta nomen Dei, & numeri ejus: ut neque *Catholici*, neque *Protestantes* in hoc seculo post illud tempus mansuri essent.

Psal. 102. 13. 13. Quartum ex Psalmo 102 petatur. *Dies mei sicut umbra declinans, & ego sanquam herba arescam, sed tu Domine in æternum sedebis, & memoriale tuum in generatione & generatione: Tu surges & miserebéris Sion, quia tempus miserendi illius veniet cùm venerit tempus statutum.* Quibus verbis significat Propheta, quòd tempus suum quatenus distinguitur à tempore Evangelij, instar umbræ declinaret in cultu legis, & instar herbæ aresceret: cùm principes synagogæ in adventu *Christi* subtraherent se à virore gratiæ *Christi*. *Christus* autem יהוה toto seculo persisteret in gemina generatione *Catholicorum* & *Protestantium*: et tunc surrecturus esset ad judicium

mundi,

& vindictam populi sui electi, quandò veniret tempus constitutum in ipso nomine Dei, (i.) anno 1652½. à Nativitate *Christi* verâ; qui incidit in postremum annum mundi 5600.

CAP. 14.

Confirmatio Numeri 5600. ex nomine ADAM, *& tempore* SAMSONIS.

NVmerus hic 5600. continetur sub nomine אדם 1000. ד cum virgulâ appositâ 4000. ם 600. ut sicut in illo homine omnes homines continebantur, qui nascituri erant ad finem mundi: ita in illius nomine totius generis humani summa præfigeretur. Ideò *David* in personâ viri spiritualis in *Christo*, quærentis numerum annorum mundi, dicit: *Doce me Domine terminum meum, & numerum dierum meorum quis sit, ut sciam quòd, vel quando erit seculum complacentiæ meæ. Ecce*, inquit, *palmares dedisti dies meos.* Palma continet quatuor digitos, constantes ex sexdecim articulis, ad formam Ecclesiæ *Christi*, quæ à morte ejus, ad finem seculi intellectualis, sexdecim centurias continebit, vel 1600. annos. Sequitur, *& seculum meum quasi nihil coram te:* Quæ verba ænigmaticè sonant, *& octava pars generationis meæ, quasi signum est* l. 700. coram te: quoniam octies 700. anni faciunt 5600. Sequitur, *verè universam vanitatem* Psal. 38. 5. & 6.

nitatem mensura אדם, statuta, vel effusa adæquat; (id est) mensura nominis *Adami* adæquat totum seculum vanitatis.

Medium annorum 5600. incidit in medium tempus judicaturæ *Samsonis*; qui judicavit *Israël* 20. annos. Annus enim mundi 2800. est undecimus annus *Samsonis*, & significat שמשון *Samson* summam annorum duplicandam. Et veritas hæc harmoniæ temporalis, quæ incidit in ætatem *Samsonis* aptè expressa est per historiam eius, leonem in medio dissindentis, & posteà mel in ore ipsius reperientis; quoniam divisio æræ mundanæ in ætate *Samsonis*, facit suavem consonantiam temporum. Vlteriùs declarata est veritas hæc chronologica, per ænigma illud, quod *Philistæis* proposuit, quod præter literalem historiam pondus suum habet, in analogiâ intelligibili computationis mundanæ: hoc est autem ænigma *Samsonis*, מראכל יצא מאכל ומעז יצא מתוק *Ex comedente exivit esca, & ex forti exivit dulce*, qui cortex est elegãtioris sapientiæ: si enim hoc modo, scribantur voces, מראכל יצא מאכל ומעז יצא מתוק (id est) Ex quinquies mille, & vigesies triginta, egreditur quid sit universum, & quadragesies septuaginta hoc, egreditur ex medio ejus: & quadragesies septuaginta, (id est) 2800. egrediuntur ex medio ejus, (id est) medium est totius summæ.

Iudic. 14. 6. & 8.

Iudic. 14. 14.

CAP. 15.

Confirmatio numeri annorum ante CHRISTVM, *& post* CHRISTVM *ex Psal: 90.*

PSalmus hic habet accuratam Chronologiam temporum antecedentium æram *Christi*, & totius mundi. Inscriptio Psalmi est, תפלה למשה איש האלהים Quod vulgò exponitur, *Oratio Moysis, viri Dei.* Debuit enim necessariò proponi exterior sensus rerum, qui oculos lectoris carnalis pasceret; ut deliciæ sapientiæ interioris, sub lance illâ saturâ reconderentur. Dictio enim תפלה etsi vulgò usurpetur pro *oratione*, significat tamen præterea *judicium.* Et nomen *Moysis* verti etiam potest ad *extrahendum, & eliciendum* Θεάνθρωπον, id est, ratio judicialis, ad eliciendum tempus *Christi* Dei & hominis, quando venturus sit primò & secundò.

Versu 4. *Mille anni in conspectu tuo sicut dies hesternus cùm transijt & vigilia in nocte.* Sed per æquivocationem vocis repetitæ, legitur: *Millia annorum duo in conspectu tuo, sicut dies vel tempus ipsius circumcisi cœtus Israel, transibit.* ב׳ est abbreviatio Rabbinica pro כהל ישראל *Cœtus Israel.* Duo enim millia annorum à nativitate *Abrahæ* ad nativitatem *Christi*, comprehendunt tempus Synagogæ *Iudaicæ.* Et similia sunt vigiliæ nocturnæ. Quoniam status Synagogæ umbram habebat divinorum in *Christo:* & in illâ tanquam in nocte tenebrosâ, viri spirituales vigilabant, intendentes in mysterium *Christi* quod sub illâ tegebatur; & expectantes exortum Solis Iustitiæ. Vnde & Prophetæ

1 Pet. 1. 10. Psal. 63. 1. Ezech. 3. 17. Malach. 4. 1.

phetæ vigiles & speculatores dicuntur, quia toto populo dormiente, & somniante reales actus justitiæ, in observatione legis; ipsi oculis mentis apertis, circumspiciebant in tenebris illis quid esset venturum.

Vers. 5. *Inundasti eos, somnium erunt, manè tanquam fœnum mutabitur:* Sed per æquivocationem dictionum significant, *Inundatio millium duorum annorum, erunt in matutino tanquam fœnum quod mutabitur.* Quia tempus illud 2000 annorũ decursum in statu Synagogæ, orto Sole justitiæ *Christo*, factum est instar herbæ arescentis, & iterum regerminantis: quoniam ab eadem radice typicæ naturæ, tàm religio *Catholica* quàm *Judaica* succrevit. Exaruit enim gramen *Judaicum*, quod gerebat memoriale rerum divinarum postquam *Christus* ab hominibus ingratis abstulit virorem gratiæ imputatæ, quâ priùs irrigabantur. חם quæ pars est dictionis ורמתם separanda est ab ea; & valet in numeris 1000. & שנה significat annos & duo. Hoc enim modo expositus Psalmus conducit ad tempus quo educetur è cœlis ἀναθρεμμος. Et hoc pro generali regulâ tenendum est, quòd quandocunque sensus quem ex *Hebræo* elicuisti, omnibus notus sit; alius magis genuinus tacitè sub textu lateat: Ad quem eliciendum *Agar* ancilla contumax *Saræ*, (i.) lectio punctorum serviliter ligata, locum lectioni solutæ & liberæ debeat concedere.

Agar & Sara, quid significent.

Vers. 6. *Manè florebit & mutabitur, vespere deficiet & arescet:* Et secundùm æquivocationem, *In investigatione florebit, & vicem geret, in applicatione ad alium sensum significabit, & confundetur.* Si enim

Mane & vespere quid.

doctrinam

doctrinam fidei *Catholicæ* consideres, tanquam arcanum, quod ex typis veteris Testamenti elicitur: sic floret & formam gerit oris divini. Sed cum ipsa in vespere mundi hujus incipiet obtenebrescere, & applicari ad alium sensum tacitè latentem, (quod in hoc libro factum est) tunc languescet, & immuet rem aliam: & confundetur sensu interno prodeunte.

Quia defecimus in irâ tuâ, conturbati sumus in furore tuo. Et per æquivocationem, *Quia perfecti sumus in facie personatâ tui, & in cautione tui festinavimus.* Quia religio *Iudaica*, non erat vera facies divinorum, sed personata, & devotio *Catholica*, cum toto zelo suo, festinat ad cavendum, ne gloria *Christi* foris elucesceret. Vers. 7.

Posuisti iniquitates nostras coràm te, occulta nostra in lumine faciei tuæ. Per æquivocationem, *Quia posuisti iniquitates nostras pro objecto tuo*, (id est) cultum justitiæ legalis inter *Iudæos*, verè iniquitas fuit in seipso, propositus est pro imagine *Christi* Ecclesiæ spiritualis. Et religio *Catholica* quæ mysterium est, & tegumentum gloriæ *Christi*, supposita est pro illuminatione faciei ejus in speculo legis. Vers. 8.

Quia omnes dies nostri, &c. Et per æquivocationem. *Quia omnes dies nostri respiciunt in transitum tuum: perfecti sunt anni nostri tanquam tela aranea.* Quia totum tempus mundi hujus, figuram gerit momenti illius, in quo *Christus* in plenitudine corporis sui, transibit à tempore in æternitatem. Mundus figura destructionis propriæ.

Sicut enim cultus legalis significabat transitum futurum à cultu legali, & religio *Catholica* transitum à fide *Catholicâ* ad *Protestantes*: ita & totum Dispositio annorum mundi in formam aranæ.

tempus

tempus mundi, significat momentum in quo transibitur à tempore in æternitatem.

Verba illa *sicut tela aranea*: significant dispositionem numerorum totius mundi, in formam 13. *Eipharü*. Est autem *Eipha* numerus 432. & הגה valet in numeris 13. Ter decies verò 432. faciunt 5616. Et instar telæ araneæ, per subalternos circulos disponendæ sunt in regno *Christi*; 16. autem numeri excrescentes suprà 5600. sunt recapitulationes 16. linearum quadri septenarij geminatarum, ut quæque linea contineat 350. (id est) bis numerum ætatis *Abrahami*.

10. *Dies annorum nostrorum in seipsis 70. anni, & si in potentatibus octoginta anni, & fortitudo eorum labor & vanitas.*

Numerus mundi est multiplicatio 70. super 80.

Per æquivocationem verò *Dies annorum nostrorum in seipsis* (id est) (*ut plurimùm*) *sunt 70. anni, & si per exuperantiam 80. fiat duplicatio: fortitudo, vel tumor*, (id est) *Summa eorum, labor est & vanitas.* Si anni septuaginta multiplicentur per 80. prodit numerus 1600. quem numerum annorum mundi supposuimus. In fine ergo illorum annorum expectandus est Adventus *Christi*. Tumor eorum est summa universalis, intumescens ex multiplicatione unius super alium, (id est) 5600. anni. quod si *Hebraicè* scribatur, erit חמש אלף שש מאות *Quinquies mille & sexcenti* per æquivocationem? *Accinctus & præparatio ad discendum, & gaudium ex signo.* Quoniam tota scientia hominis carnalis in hoc mundo nihil rectè intelligit; nisi cùm moritur, & scit hoc unum, se nihil scire: Et eo modo præparetur homo ad discendum, sicut docuit S. *Paulus.*

Qui

Qui vult esse sapiens in hoc mundo, stultus fiat ut sit sapiens: quia cùm perfecerit homo, tunc incipiet. Et tota gloria virtutis in vitâ activâ, est inane gaudium justitiæ per somnium apparentis, quæ merum signum est justitiæ alterius. 1. Corin. 3. 18. Eccli. 18. 6.

Quoniam præscinditur sensus, & defatigatur (id est) Toto tempore annorum horum 5600. vel aufertur sensus in morientibus; vel defatigatur dolore in viventibus: in his labor est, in illis vanitas. Et spiritualiter præscinditur sensus in eis, qui eò perveniunt, ut intelligant se non intelligere: & velatur in illis, qui sub justitiâ humanâ mimum agunt divinæ.

Quis novit potentiam iræ tuæ? & in timore tuo furorem tuum. Sed & aliter exponi possunt: Quis novit imperium facici tuæ personatæ, & transitum tuum in timore tuo? (id est) quàm diu status *Papæ*, qui est אף geminata durabit, & quando fiet transitus in religione tuâ à *Catholicâ* ad *Protestantes*, & à timore servili, ad timorem filialem.

Hâc formâ interrogationis utitur Scriptura, quando sententia difficilis intellectu præcedit, ut S. *Paulus*, Et quis ad hæc idoneus? & *Salomon*, Quis novit solutionem Verbi? Ita quis novit quando erit illud tempus quod occultè designatur in priori versu. 2. Cor. 2. 16. Eccli. 8. 3.

Vers. 12. *Numerum dierum meorum notum fac, ut apponam cor sapientiæ.* Quæ versio discrepat ab exemplari *Hebræo*. Et hæc est illa גבירה translatio quæ dereliquit ducem translationis suæ. Ita enim habetur in *Hebræo*: *Per numerum dierum nostrorum certò scietur, quando ingrediemur cor sapientiæ.* Nu- Prov. 2. 17.

merum annorum hominis prius declaraverat; ergo per illum sciri potest, quando sit futurus transitus ad seculum sapientiæ: scilicet quando numerus 70 multiplicabitur super 80. Hæc est corona anni bo-
Psal.65.12. nitatis divinæ, cui benedixit Deus, & ad quem terminum factæ revolutiones, distillant pinguedinem sensus.

Versu 13. *Revertere Domine quousque, &c.* Quæ verba imperfecta sunt. Sed ita verti possunt: *Revertere Domine ad Quando meum* (i.) ad tempus illud quod à me designatur, qui est annorum 5600, & solatium percipe super servos tuos (*Protestantes.*)

Cap. 16.

Expositio Prophetiæ Danielis,

Ad Annum Adventus Christi secundi.

Dan.9.24. *Septuaginta hebdomades abbreviatæ sunt, &c.*

Eadem verba etiam verti possunt: *Septenarij septenariorum divisi sunt super populū tuū* (i) Iudaicum, *& super civitatem tuam* (i.) Ecclesiam *Christianam*, ad quam pertinebant sancti veteris Testamenti.

Quomodo septenarij septenariorum pertinebant ad populum *Iudaicum* in denarijs numerorum

in

in primo *Christi* adventu superiùs dictum est. Nunc quo modo eadem mensura, ad secundum *Christi* adventum extendatur, ostendendum est. Septenarios septenariorum verto, secundum analogiam Grammaticorum, quæ omnem multitudinem rerum ejusdem, generis in numero plurali effert. Plures autem septenarij simplices non minùs respectum habent multitudinis ad 7 singulare, quàm septuagenarij numeri: licet usus vulgaris loquendi obtinuerit; ut multiplicatio septenarij in plurali numero, solis denarijs attribuatur. Cùm enim duos facio septenarios mutuò implicitos, septies septē, & septies septem: non possunt aliâ voce simpliciùs exprimi quàm שבעים. Numerus verò horum septenariorum dividi dicitur, quia computatio *Christi* venientis tàm in historiâ *Iudaicâ* quàm *Christianâ* per septenarios disposita est ab Angelo: quorum terminus definitur ad destruendam prævaricationem, et sigillandum peccata &c. quæ in priori expositione declarata sunt: et hoc in loco iterum repetenda sunt, quia officium *Christi* idem fuit in primo adventu, et secundo, ad abolendum peccata, et inducendum justitiam Dei.

Sequitur. Scito igitur (exteriùs) in historiâ *Iudaicâ*, et intellige (interiùs) in historiâ *Christianâ*, Quòd *ab exitu verbi ad faciendum conversionem*, (scilicet ad Deum & Christum) *& ædificandum* Dan. 9. 24. *Hierusalem*, (spiritualem) *ad Christum Ducem, & Christi præconem, septem hebdomadas & 62 hebdomadas applicabis.* Egressum est verbum, ad convertendum homines per pœnitentiam ad Deum: et ad ædificandum spiritualem *Hierusalem*, ipso die *Pen-*

tecostes; quando *Apostoli* repleti à Spiritu Sancto prædicabant renovationem cultus divini, et conversionem umbrarum legalium, in veritatem *Christi*: ut fieret novus *Indæus*, et nova circumcisio.

Hæc est Epocha, unde supputandus est adventus *Christi* in gloriâ. Dubitari autẽ potẽst de mensurâ harum hebdomadûm, qualis, et quæ sit: sed nodum illum dissolvit S. *Paulus* ad *Ephesios*, ubi dicit, *Christum ordinasse constantem formam ministerij sui ad consummationem, vel inarticulationem aliorum in opus ministerij: & ædificationem corporis Ecclesiæ Christianæ, donec occurramus omnes in unitatem Filij Dei, in virum perfectum, ad mensuram ætatis plenitudinis Christi.* Ergo ætas *Christi* pro mensurâ applicanda est longitudini harum hebdomadarum. Duplex verò est respectus ætatis *Christi*, alter Personæ ejus, alter ministerij, et quidem ætas Personæ, 32 annis et dimidio absoluta est: ætas verò in ministerio suo decursa, 3 annis cum dimidio. Quia *Christus* instituit stabilem ordinem ministerij sui quod nunquam occumberet, donec veniret tempus quo vindicta daretur Protestantibus; qui extra numerum salvandorum ponuntur à *Catholicis*. Et hoc est illud quod præfiguratum fuit per Solstitiũ quod ad *Iosue* imperium factum est: quoniam simili modo imperavit *Christus*, ne ordo Episcopalis Ecclesiæ deficeret. Et hic est liber ille *Iusti*, in quo scriptum est: Quòd *Sol staret in medio cæli, & non festinaret occumbere ad diem integrum*: (i.) quòd ministerium visibile esset in Ecclesiâ *Christianâ*, quod non desineret donec perficeretur dies unionis *Christi* fidelium.

Ephes. 4. 12.

Solstitium tempore Iosue figura fuit ministerii Christiani.

Ios. 10. 13.

Si

Si ergo hebdomades septem 49 $\frac{32}{5}$ numerentur à die *Pentecostes*, et apponantur ad illam, quæ præcessit ætatem, mensuræ simplicis 32 annorum, & dimidij, secundùm æram vulgarem: explicat se in anno Domini 1625. Qui annus etsi jam expletus sit, tamen per revolutionem cœlorum in idem punctum iterum venturus est, ut postea ostendetur. Sin autem alteram mensuram 62 hebdomadarum considerem us, assignando singulis septimanis septies 3 annos cum dimidio, secundùm ministerij *Christi* tempus: fiunt 24 anni et dimidium in singulis hebdomadis, & si super 62 multiplicemus 24 annos et dimidium, prodibit annus 1519, quo anno cœpit præco Dei *Lutherus*, non ut ante tentatoriè; sed ex professo fidem Ecclesiæ Reformatæ publicâ disputatione *Lypsij* habitâ defendere. Licèt enim anno 17 supra millesimum quingentesimum, caput suum, velut puer in lucem prodeuns, ostenderet; tamen retraxit se in exilium *Pathmicum* ad annum 1519, quo tempore perfectè planèque natus est: quando spiritum fortitudinis, & consilij & prudentiæ hausit, ut auderet, & posset, ex Secundinâ Ecclesiæ Romanæ erumpere. Mensura ergo ætatis *Christi* ad reditum personæ, mensura ministerij ejus ad reditū ministerij sui applicatur.

Atque hoc est tempus *Christi* revertentis in corpore ministerij sui, et magni illius justitiæ fidei præconis, quando impletum est, quod prædixerat *Esaias* de *Christo*: *Quando dies vindictæ in animo mihi fuit, & annus redemptionis meæ, venit: circumspexi, & non erat qui auxiliaretur, & consideravi desolatus, & nemo sustentabat, & auxiliatum est mihi* Esaias 63.

brachium meum, & indignatio mea, ipsa me sustentavit; *& conculcavi populos* (vel Catholicos) *in irâ meâ, & confregi eos in indignatione meâ; & detraxi ad terram robur eorum. Christus* enim cujus virtus in infirmitate perficitur, usus est indignatione *Lutheri*, conceptâ propter prædicationem indulgentiarum ordini suo præreptam, ut *Papam* oppugnaret.

Sequitur apud *Danielem, Et ædificabitur platea, & muri in angustiâ temporum.* Verba etiam præferunt hunc sensum, secundùm variam significationem simplicium dictionum. Et ædificabitur libertas, et diligentia, vel alacritas: sed in afflictione temporum. Quia fides Ecclesiæ Reformatæ, est doctrina libertatis, & consolationis in *Christo*: sed non absque alacri studio piæ vitæ, quam ædificavit in conscientijs hominum *Lutherus:* magnâ persecutionis sequente procellâ. *Et post tempus illud 62 hebdomadûm* (vel post annum Domini 1519) *excidetur Christus negativus, vel nihil virtutis in se habens*, id est, *Antichristus*, in conscientijs fidelium: *& civitatem*, Ecclesiæ *Romanæ, & sanctitatem ejus corrumpet Populus præconis illius sequuturus, & terminus ejus in diluvio*, vel *Alabastro:* ita enim *Syriacè* vox illa significat: *& usque ad illum terminum oppugnatio solicitè ordinabitur, cum desolationibus.* Quia modus ille quem hactenus tenuerunt *Protestantes* in oppugnandâ Ecclesiâ *Romanâ* non est factus sicut oportuit, cum unione verbi *Catholici*, & sensus fidei *Protestantium* ad salutem simplicium; sed cum desolatione veritatis *Catholicæ*, & condemnatione animarum Populi illius.

Cap. 17.

Supputatio ejusdem temporis adventus Christi *ex Prophetia Divi* Pauli.

CVm hâc Prophetiâ,& termino temporum expectandi *Christi* adventum, congruit illa Divi *Pauli* sententia: quam superiùs ex epistolâ ad *Ephesios* citavi, Quòd *Christus ordinariam ministerij formam in Ecclesiâ Catholicâ instituerit: quæ perseveraret per continuam successionis inarticulationem, donec occurramus omnes in unitatem fidei,& agnitionis Filij Dei, in virum perfectum; ad mensuram ætatis plenitudinis Christi.* Et hoc est illud tempus, in quo Ecclesia *Christi* priùs divisa in *Papistas*, & *Protestantes Papæ* oppositos, ostenditur in unitate fidei convenire. Quoniam verus est sermo fidei *Catholicæ*, si in mysterio consideretur: et vera est fides *Protestantium*, si in simplicitate suâ accipiatur, sine mysterio: sicut ad hunc diem, vera sunt quæcunque Deus locutus est per *Moysen*, si in sensu spirituali considerentur, non autem in carnali. Et vera erat doctrina fidei *Christianæ*, etiam durante Synagogâ, quoad simplicitatem rerum, non autem quoad formam loquendi publicam. Quoniam *Catholicus* sub Grypho, et Cruce verborum, idipsum loquitur, quod *Protestans* in nuditate rerum explicat. Ideo dixit S. *Paulus*, *Miror quòd tàm citò transferimini à gratiâ Dei in aliud Evangelium, quod non est aliud, nisi velint vos turbare,& pervertere Evangelium.* Hæc est prima nota extremi temporis Ecclesiæ *Christianæ*, unio fidei inter utramque Ecclesiam Eph. 4. 12. Gal. 1. 6.

cleſiam demonſtratâ: de quâ prædixît *Sybilla*:

——————ἀπ' ἀλλήλων πλευρῶν δύο γεννηθέντε
ἔσεται, ἄρχα γαῖα χαρήσεται ἐλπίδι παιδός.

Id eſt, *Chriſtus caput Eccleſiæ oſtendetur in duabus Eccleſijs unus eſſe: quando expectabitur regeneratio fidelium in novam vitam per adventum Chriſti.*

Altera nota, eſt finis hujus reconciliationis, & unionis prædicatæ: εἰς ἐπίγνωσιν υἱοῦ Θεοῦ, εἰς ἄνδρα τέλειον. Homo hic perfectus eſt *Chriſtus*, ex Corpore *Catholico*, & Animâ *Proteſtantis* rationali conſtans; in myſticâ corporis computatione. De quâ unione intellexit S. *Iohannes*, quòd *quicunque ſolveret Ieſum, ex Deo non eſſet: ſed quicunque ſpiritualia ſapiens, confiteretur Chriſtum veniſſe in carne, ex Deo eſſet.* Venit *Chriſtus* in carne in fide *Catholicæ* Eccleſiæ, venit in animâ, in fide *Proteſtantis*. Qui ergo de rebus ſpiritualibus loquitur, & tamen carnem *Chriſti* non violat, ex Deo eſt. Quicunque verò ita externam *Catholicam* fidem tuetur, ut neget interiorem à quâ animatur; vel ita animam fidei *Chriſti* defendit, ut omnes ſuperiori ſeculi mortuos in fide *Catholicâ* condemnet, non eſt à Deo. Ἐπιγνώσις υἱοῦ Θεοῦ eſt ſuperior cognitio Filij Dei: ſuper hanc humanitatis *Chriſti* myſticam unionem. Quoniam eò deſtinatur tota prædicatio mea, ut omnes Theologiam profeſſi enitantur ſummo ſtudio & meditatione, inveſtigare quod ſit illud prototypon in corpore Eccleſiæ ſuæ. Εἰς μέτρον ἡλικίας πληρώματος χριστοῦ. Verba hæc duplicem habent ſenſum; primum externum, in ratione temporis computandâ,

1 Ioh. 4. 3.

computandâ, juxta mensuram ætatis *Christi*: idque secundum plenitudinem mensuræ: Maxima autem mensura temporis, & plenissima mysterij, est septenarius septenariorum, & Iubilæus: qui est complementum reliquorum, ex mensurâ, & mensurali compositore. Ergo ad annum 1625. qui est quinquagesies 32. cum dimidio, defigimur per superius *Danielis*, & præsens vaticinium. Alter sensus oritur ex ambiguitate vocis hujus ἡλικίας: quæ significat etiam quantitatem. Itáque hic sensus est, quod annitendum sit cuivis Theologiam profesſo, ut ascendat in superiorem notitiam Filij Dei, quæ correspondeat *Christo*, juxta mensuram æqualis plenitudinis; & quomodò *Protestantem* in *Catholico*, & *Christum* in unione utriusque videt completum: ita in Filio Dei simile complementum investiget interius.

CAP. 18.

Supputatio temporum à numero vitæ ADAMI, *& distantia ad Diluvium.*

NVmerus vitæ *Adami* dicitur fuisse 930. annorum; qui est instar distantiæ centri à circumferentiâ chronologiæ humanæ, in statu scientiæ corruptibilis. Sexies enim multiplicatus, fit 5580. qui ab anno Creationis exclusivè, incidit in annum præsentem exclusivè; in quo ratio scientiæ

paradisi revelatur, à quâ cecidit *Adamus*. Præterea à primo anno *Adami*, primi hominis, exclusivè, ad diluvium, totsunt anni, quot à primo anno vitæ *Christi* secundi hominis, juxta æram veram, ad finem mundi, inclusivè. (scilicet) 1654.

Cap. 19.

Ratio per quam diversæ æræ numerorum mundi finientis, ad unum annum, & diem reducuntur.

SEd quæres (neque immeritò) quomodò *Angelus* terminum reditus *Christi* in anno 1625. defixerit; annus autem ille, præterquàm quòd elapsus jam sit, septennio: deficiat etiam 25. annis à periodo illâ 5600. annorũ, quam mundo superiùs attribui; ut neutrobi constare mihi ipsi videar. Scias ergo quòd verè ille sit annus, in quo redibit *Christus*; & ut magis mireris, omnes anni ab illo anno 1625. usq; ad annum Domini 1638 evoluti, in unum illum annum, & diem ejus coincident. Quoniam in revelatione gloriosâ *Christi*, cœli revolventur sicut liber involutus; ergo ad aliquem terminum revolventur; & quem potiùs quàm illum, qui ab *Angelo*, & D. *Paulo* designatur? Præterea dicitur, quòd ροιζηδὸν παρελεύσονται, *transibunt in modum aquæ*, quæ fluctuatim agitatur, nunc in hanc partem, nunc in illam: quo significatur, quòd intra spatium horum, quos dixi annorum, transitio fiet cœlorum: partim explicando se raptim ad terminum anni 1638. complendum: partim involvẽdo se raptim, ad annũ 1625 in uno die, & horâ.

2. Pet. 3. 10.

Tempus

Tempus 6 annorum designo, quoniam ab hoc anno 1633 inchoante, desunt tantùm 19 anni, ad faciendum quadrum geminum septenarij 5600 annorum: quòd si ulteriùs procederent, tempus non posset revolvi ad punctum anni 1625, ut integritas numeri constaret. Essent enim plures anni quàm viginti. Significatum est hoc in 11 sago tabernaculi, quod instar aquæ fluctuantis implicitum est in posteriori parte tabernaculi, in figurâ similis implicationis undulatæ, in fine temporis futuræ. Declaratum est etiã pulcherrimo, & clarissimo exemplo in transitu *Iordanis* facto per populum *Israelis*, quando *ad primum attactum pedum sacerdotum, arcam ferentium, aquæ Iordanis subitò in duas partes discesserunt, superiores steterunt in cumulo, usque ad* אדם *Adam civitatem.* Nomen *Adami* continet 5600, qui est numerus harmonicus mundi redacti in obsequium *Christi*, et in formam civitatis Dei. Contextus autem horum nominum propriorum *Hebraicè* hunc sensum reddunt: *Steterunt in cumulo in civitate* אדם, vel 5600, *congruo ordine locato, in figurâ glorioſâ.* Ergo anni priùs evoluti revolventur ad cumulum, usque ad civitatem אדם (i.) mundum in quadro septenario duplicato, 5600, ordinatum in civitate Dei. *Aquæ autem inferiores ceciderunt in mare Sodomæ*, (i.) anni sequuturi post hos decurrent actu in seculo damnato igni, & sulphuri. Et in intermedio horum annorum spacio, qui est dies judicij, transibunt omnes electi in Patriam cœlestem.

Iosue 3. 13.

Iosue 3. 16.

Cap. 20.

Supputatio temporis Christi, *per tempus servitutis* Ivdaicæ.

HVnc fore annum conversionis totius gentis *Iudaicæ* ad *Christum*, significatur primo capite *Lamentationum* versu 7. Vbi ita legitur secundùm æquivocam vocum significationem. *Recordatur Hierusalem dies afflictionis, & amaritudinis suæ. Omnes destructiones ejus, quæ fuerunt olim cùm caderet populus ejus in manus inimicorum: (nomine auxiliante) respiciunt eam affligentes, & rident super reversionem ejus.* Quoniam Deo constitutum est, ut secundùm numerum verborum, quæ reperiuntur in libro *Lamentationum*, numerum parem decurrant in captivitate & miseriâ. Itaque dicitur, quòd *omnes afflictiones ejus*, quæ acciderunt tempore *Babylonicæ* vastationis; & in vocibus *Lamentationum* expressæ sunt, iterum reducentur in actum, et arridebunt miseriæ ejus, sub simili vastitate templi secundi. Est autem numerus dictionum absolutarum in *Lamentationum* capitibus 1555. Quòd si numeres tempus à destructione finali *Hierosolymæ* sub *Vespasiano*, quæ incidit in annum Domini 70 secundùm æram vulgarem, ad annum 1625 sunt anni 1555, ut tandem solatium expectare possint miseri homines, si ad *Christum* convertantur.

CAP. 21.

Supputatio durationis Ecclesiæ Romanæ, *juxta proportionem Judicij Dei in* Babylone Chaldæorum.

HÆc est supputatio temporum ad annũ mundi totius terminalem. Est & alia ratio Prophetica temporum, quæ mundi *Babylonij* exitum in anno 1632 defigit.

Et primò à typo ejus exordiar, qui in imperio *Babylonis* præcessit. Fuisse autem *Babylonem Chaldæorum* figuram *Babylonis Romanæ*, in sequentibus pleniùs probabitur.

Primò, nomen בבל retro lectum significat cor, amorem, & affectum: et nomen *Romæ* retro lectum amorem producit. Est enim tota devotio Ecclesiæ *Romanæ* præposterus amor, & zelus Dei, sed non secundùm scientiam. *In signum enim ejus statuitur, cui contradicit.* Et sub figurâ *Babylonis* à Prophetis designatur. Quoniam hæc est, quæ ad exemplum prioris, dicet in corde suo: *Ego sum* vera Dei Ecclesia, *& præter me non est alia: & non videbo viduitatem.* Et hæc est *Babylon* aliquando Deo dilecta: sed post duplicem Apostasiam suam, *Cecidit, cecidit, & facta est habitatio dæmoniorum, & custodia omnis spiritus immundi, & custodia omnis volucris immundi, & non audietur in eâ ulteriùs vox sponsi, & vox sponsæ.* Ergo priùs audita est in eâ vox *Christi*, & Ecclesiæ ejus: & monentur omnes fideles excedere ex eâ, ergo priùs cum licentiâ Dei fuerant in eâ.

Luc. 2. 35.

Isa. 47. 8.

Apoc. 18. 2.

Redeo igitur ad historiam judicij Dei, demonstrati super *Babylonem*, in illo convivio *Balthasar*. Dicitur autem, quòd *cùm induxisset vasa sacra, quæ*
Daniel. 5. 4. *capta fuerunt in urbis illius excidio, & in illis libasset dijs suis, auri, argenti, æris, ferri, ligni, & lapidis, tunc apparuerunt digiti manus scribentis contra candela-*
Vers. 25. *brum, in superficie parietis aulæ regiæ: Mene tekel upharsin*, in quo fatalis summa Imperij *Babylonis* continebatur, 1677. Ab initio enim regni *Babylonici*, ad casum *Sardinapali*, numerantur anni à *Diodoro Siculo* 1360, inde ad *Babylonem* captam ab *Alexandro* 543 completi, vel 544 inchoati: totus numerus est 1904. Deme numerum imperij *Persarum* & *Medorum* à *Dario Medo*, ad victam *Babylonem* 227 integros, vel 228 inchoatos, & restabunt anni 1677. Quod convenit cum relatione *Callisthenis*, qui scripsit ad *Aristotelem*, reperisse se in Archivis *Babylonis*, numerum annorum ab initio regni ejus, ad finem fuisse 1903, id est, completos.

Sicut autem *Babylon Romæ* figura fuit, ita exitus hic regni *Babylonici*, exitum Ecclesiæ *Romanæ* designat. Nomen *Balthasar* significat eum, qui nullum æstimat thesaurum vel arcanum reconditum: & *Papa* hodiernus, secundùm decretum *Pauli quinti*, nullum mysterium cogitat subesse fidei, & cultui Catholico. Rex *Babylonis* in vasis sacris templi *Hierosolymitani*, libavit dijs suis & idolis. Similiter *Papa*, in omnibus signis veteris testamenti, & novi, sensum eorum intimum offert idolis imaginationis carnalis, & scientiæ publicæ. Dij aurei sunt sensus rerum spiritualium; argentei, rationis discursu acquisiti,

Imperium Babylonis imperii Romani & Papalis figuram gessit.

quisiti: ærei, allegorici: ferrei, sensus negativi: lignei, sensus vulgares Scripturæ; lapidei, figurati. Dum Rex convivium suum celebrat, apparent digiti hominis scribentis in superficie parietis, aulæ regiæ, ex opposito candelabri, et luminarium. Et dum *Pontifex Romanus* expositionem mysticam celebrat veteris testamenti, apparent digiti mei numeraliter computantis numerum ecclesiæ *Romanæ*. Aula *Pontificis*, vetus est testamentum, in quo inhabitat per allegoricas expositiones. Superficies parietis est ipsa literalis, et historica narratio convivij *Balthasaris*. Oppositus respectus ad luminaria, est intelligentia opposita omnibus expositionibus Theologorũ in ecclesiâ *Catholicâ*: qui sunt luminaria veteris testamentũ illustrantia. Scribo autẽ in pariete et superficie illius historiæ, et verborũ: *Deus numeravit regnum tuũ, ô Papa Romane*, et complevit illud, hoc anno 1632, qui est 1677 ab initio imperij *Iulij Cæsaris*, omniũ hostiũ suorũ victoris, exclusivè. Secundò, Regnũ tuũ habet formam regni Dei analogicam, et ἀντιπρόσωπον, sed in sensu privativo et oppositio. Tertiò, Regnum tuum datum est *Protestantibus*, qui veram habent מדה formam divinorum in specie rerum et sensu: et qui à te vocantur *Persæ*, id est, schismatici et sectarij. Et hæc est scriptura per manum hominis ad septentrionalem partem mundi scripta: ad significandum ejusmodi proportionale judicium datum Principi mundi hujus sensibilis.

מנא

מנא Summa.

ן	ם	ר	ם	ף	ו	ל	ק	ת	א	נ	מ
700	10	60	200	80	6	30	100	400	1	50	40
			1056				530			91	

Summa 1677.

מנא תוקף
אל רסין תקל
ופרסין Numeri 40 determinatio, decidit in refrænationem.

Qui numerus eſt annorum à primo anno abſoluti imperij *Julij Cæſaris*, poſt omnes hoſtes ſuperatos, excluſivè, ad annum 1632, in quo lethalem plagam ſuſcepit imperium *Romanum*. Exceſſit enim æra imperij perfectè ſtabiliti, æram *Chriſti* vulgarem 46 annis: qui numeri ſimul conjuncti faciunt 1677. Sed & eadem verba, *Mene Tekel Vpharſin*, ſi deorſum legantur, ſignificant 40 annos demendos eſſe è totâ ſummâ, quo facto, fit Prophetia de *Babylone Romanâ*, & attinget ultimum annum Eccleſiæ *Chriſtianæ* in hoc mundo.

Et hæc eſt etiam imperij *Romani* æqualis ſupputatio, quòd ad ſimilitudinem aquilæ mundum
4 Eſdr. 11. adminiſtravit: ſemperque Dei electos perſequutum eſt, maximè noviſſimis his temporibus. Sed jam ad finem ſuum pervenit. Dabitur enim regnum totius mundi hujus, *Proteſtantibus* Dei electis,
Dan. 7. 18. qui regnum in æternum obtinebunt, non eo modo infirmitatis, & confuſionis, ſicut hactenus inter homines factum eſt: ſed quemadmodum ab Angelis

admini-

administrabitur. *Non enim subjecit mundum venturum Angelis*, sed hominibus: *Ad faciendum vindictam in Catholicos, correctiones in Papistas, ad ligandum reges eorum in compedibus, & glorioſos eorum in manicis ferreis, ad faciendum in eis judicium Scripturæ, Hic honor erit omnium ſanctorum ejus.* Simulque cum magna hâc arbore corruet hedera *Romanæ* Eccleſiæ, quæ illi coaluit, virtutem ejus extinguens & in ſe trahens. Eſt enim hic annus finalis Eccleſiæ *Romanæ*, poſt quem omnis virtus ab eâ auferetur, & in captivitatem *Proteſtantibus* traditur. Quoniam poſt libri hujus promulgationem, nemo ſalvari poterit, qui ab Eccleſiâ *Romanâ* ad unionem *Proteſtantium* non recedit.

Hebr. 2. 5. Pſal. 149. 7.

Vox proprie ſonat adhærentes Papæ.

CAP. 22.

Supputatio durationis Eccleſiæ Romanæ *juxta proportionem Atrij exterioris.*

DVratio Eccleſiæ *Romanæ* in tranquillâ totius terræ poſſeſſione, uſque ad ingreſſum Eccleſiæ *Proteſtantium*, poſt 15 centurias annorum præfigurabatur in compoſitione Atrij exterioris; quod propriè ad *Catholicos* pertinet. Habebat Atrium illud in ambitu tentoria cubitorum 200 in longitudine, utrinque 100, & in latitudine utrinque 50, & quinque in altitudine, in ſummâ 1500 cubitos; qui reſpondent totidem centurijs annorum. Et textum eſt Atrium hoc ex byſſo retortâ: quod *Hebraicè* ſignificat gaudium retortum. Sapientia enim

Exod. 27. 9. Verſ. 18.

tota illius Ecclesiæ, & gaudij naturalis & libertatis Evangelicæ repressio, & violenta retorsio. Sed in ipso ingressu Atrij, erant tentoria 20 cubitorum, Vers. 16. sine mentione latitudinis: eaque facta sunt ex byssо & hyacintho, & purpura, & cocco bis tincto: ex eâdem (scilicet) materiâ, ex quâ cortinæ tabernaculi contextæ erant. Quoniam per 20 annos duravit vera forma cultus *Christiani*, in Ecclesiâ, prout in beneplacito Dei ordinata fuerat: & sicut hoc novissimo tempore in *Protestantibus* ostensa est. Hæc autem erat forma cultus illius, ut esset externa facies mortificationis & austeritatis in populo *Christiano:* sed simul monerentur fideles, esse aliam veritatem & justitiam *Christi* internam, ad cujus 2 Cor. 5. 11. revelationem, possent & deberent niti; quicunque Eph. 3. 12. haberent sensus exercitatos ad discretionem boni 1 Cor. 2. 7. & mali: cæteros verò *Christianos* qui illâ ingenij perspicaciâ destituerentur; non debere animum studio secretorum divinorum occupare, ne fortè in errores inciderent; sed suffecturam illis gratiam *Christi*, absque necessitate contemplandi altiora. Hebr. 5. 13. Quia *qui particeps est lactis, expers est cibi justitiæ*: et infirmus in fide suscipiendus est non ad discretionem intelligentiarum. Sicut dicitur, quòd Rom. 14. 1. 15. 1. *illis qui profunda Satanæ ignorarent, non esset Christus impositurus onus aliud: tantùm ut tenerent id quod habebant, donec veniret,* (i.) ut secundùm conscientiam suam piè viverent. Hoc præfiguratum est in Apoc. 2. 14. eremo: cùm populus accessurus ad legem ex ore Dei suscipiendam, certis limitibus coercereiur, ne sub pœnâ mortis montem attingerent. Significat autem mons generalem doctrinæ symbolicæ scriptu- Exod. 19. 12. ram,

pturam, & dicitur *Latinis* à monendo, tanquam monitoriũ altioris intelligentiæ. *Hebraicè* הר conceptus gravidæ, (i.) quando sensus unus alium parturit. *Græcis* ὄρος tanquam visibilia, (i.) historiæ rerum visibilium, sub quibus arcana *Christi* cælantur: & res contemplationis generalis, unde prospectus datur circumquaque. Videbat ergò populus montem, sed non poterat tangere illum: & nube caliginosâ cinctum cernebat, & fornacem flammantem in medio ejus, & sonitum tubæ plenum tremoris: sed Dei serenam faciem sub illâ loquentis non videbant. Et hæc erat parabola & exemplum primitivæ Ecclesiæ *Christianorum*, ut testatur D. *Paulus*, Qui postquam ex servitute legis typicæ educti sunt, & accesserunt ad montem *Sinai*, (i.) generalem sermonem canonicæ doctrinæ tradendæ, ut inde legem *Christi* susciperent. Primò, intelligebant ex doctrinâ Apostoli, legem *Christi* montem altum esse, (i.) doctrinam symbolicam maximæ altitudinis: plenum caligine, (i.) obscuritate signorum: igne ardentem, instar fornacis, (i.) judicium Dei requirere exactum scrutinium omnium cogitationum, verborum, operum. Tonitru sonabat mons, (i.) comminatione divinâ, & indignatione in peccatores: & vox tubæ in longius protrahebatur: (i.) explicatio justitiæ legalis factæ per *Christum*, videbatur majorem solicitudinem & curiositatem operum requirere, quàm factum sit sub lege. Sed sub hac tàm ingenti formâ timoris, Apostoli mysterium fidei solius justificantis intelligebant: & illis qui capaces erant revelabant: sicut dicitur, *Hominibus timorem Dei*

Exod. 20. 1.
Hebr. 12. 21.
Hebr. 9. 9.
1 Cor. 10. 7.
Rom. 7. 14.
Col. 1. 3.
2 Cor. 4. 3.
1 Cor. 3. 13.
Rom. 4. 15.
Matth. 5. 23.

Christi suave jugum sub onere legis intellectum.

2 Cor. 5. 11.

suademus, Deo autem manifesti sumus, (i.) suadere non timorem sed fiduciam. Triplex enim erat conditio *Christianorum*: Prima, eorũ qui vivebant in misericordia, quibus cum discretione, gratia hæc communicata erat. Secunda, eorum qui vivebant sub statu timoris, (i.) Christianum vulgus. Tertia, eorum qui separabant se à communi formâ vitæ piæ ad aliam rigidiorem, sub specie vitæ spiritualis, quos Apostoli condemnabant. Et hic erat status Ecclesiæ per 20 annos a morte *Christi*: ut intelligerent esse aliud secretum sub religione, & ad quod homines idonei ascenderent: & ex altera parte viri spirituales doctrinam *Protestantium* non apertè & nudè proponebant, sed ut arcanum à scientiâ populi servabant; & ità cum populo conversabantur publicè; ut tamen aliam Ecclesiam agnoscerent in secreto. Ideoque viginti tabernacula simul contracta sunt cum viginti cubitis cortinarum interiùs.

Iud. 23.

Col. 2. 1.

Post viginti verò annos cepit illa rebellio totius multitudinis contra Apostolos: quo tempore providentia divina disposuit ut turbæ *Ephesi* fierent circa cultum *Dianæ*: erat enim, ut posthac declarabitur, pulcherrima figura seditionis totius multitudinis *Catholicæ* & apostasiæ à simplicitate Evangelij: quando decretũ factum est communi populi consensu, ne sermo publicè haberetur de aliâ ratione secretâ justificandi, quàm per austeritatem operũ fidei conjunctã. Et sic rigida illa justificationis forma pro unico spirituali cultu Dei suscepta est publicè, ut postea declarabitur. Accidit hoc post viginti annos à morte *Christi*, quod per viginti tem-

toria significabatur, quæ interiùs erant in ipso ingressu Atrij, & ex eadem materiâ fiebant, ex quâ cortinæ in tabernaculo interiori contextæ sunt: Cocco bis tincto תולעת שני Scripturæ linguæ canonicæ: purpurâ, ארגמן interpretatione benevolâ: hyacintho תכלת fiduciâ justificationis: & byssо retortâ שש משור gaudio implicito, (i.) moderatâ formâ disciplinæ & severitatis. Quod si addas hos viginti annos ad numerum 1500 cubitorum totius Atrij cortinarum, fiunt 1520 anni à nativitate verâ *Christi* ad annum vulgarem 1519, exclusivè; quæ Epoche est religionis *Protestantium* perfectè renovatæ in hoc mundo. Hoc est ergò in quo utraque Ecclesia *Andabatarum* more conflixerunt, & amici se ut inimicos oppugnant. Quia *Catholici* fidem *Protestantium* oppugnarunt, ignorantes illam esse potentiam Dei ad salutem, quæ toti pietati *Catholicæ* imputabatur. Et *Protestantes* fidem *Catholicorum* condemnarunt, nescientes illam esse μόρφωσιν εὐσεβείας, & decorum vestimentum gloriæ, quo fides sua vestienda sit.

Sustentabantur Atrij hujus tentoria à columnis: quibus significatur firmitas, principiorum fidei *Catholicæ*, juxta analogiam Divinorum constituta.

Vers. 10. *Habebant columnæ bases ex ære, capita ex argento.*

Vt intelligatur quid per *æs* & *argentum* significetur, operæ pretium erit breviter omnium metallorum rationem spiritualem demonstrare. Significat metallum subalternos gradus intelligentiæ rerum divinarum in animâ. Infimum omnium est *Plumbum*, quod significat etymologicè opinionem

Metallorum ratio.

Plumbum.

quâ *plures imbuuntur*, (i.) opinionem & sensum popularem. *Græcè* dicitur, μολυβδὸς ὡς ἀπὸ μόλεως ὑποπτώσεως ἢ ὑπὸ δέους. Quod incedit cum suspicione & sub sensu timoris: sicut dicitur, *Hominibus Dei timorem suademus, Deo autem manifesti sumus: spero etiam manifestari in conscientijs vestris: quòd non timorem, sed amorem, & fiduciam unionis Christi suademus.* 2 Cor. 5. 11. *Hebraicè* עפרת tanquam terrena & vulgaris opinio, quæ per indulgentiam Dei, boni consulitur. Et ex naturâ suâ Plumbum aptum est ad tegendum templa & ædificia. Sicut sensus timoris experimentum est sensus fidei & amoris. Proximum

Ferrum. est *Ferrum*, *Hebraicè* ברזל Purificatio sordium, (i.) scientia negativa rerum; ut quòd Deus sit immortalis, infinitus, invisibilis, &c. quod non exprimit naturam Dei, neque positivam scientiam ejus, sed quid non sit. *Græcè* dicitur σίδηρος, quasi δῆρις τῆς σίων, quod contendit de rebus divinis. Et *Latinis Ferrum*, quòd à vero eruitur, (i.) à ratione

Stannum. veritatis. Deinde, *Stannum* dictum, quòd stet ad nutum rei alterius; hoc est, sensus qui per analogiam & proportionem rerum producitur. *Græcè* κασσίτερος, quasi κάσις ἑτέρου, sensus qui habet affinitatem & conspirationem proportionis, cum re alterâ. *Hebraicè* בדיל dicitur, in signo & indicio rei alterius, (i.) in proportione demonstratum. Et hic est lapis Stanni in manu ventilantis *Babylonis* paleas, à tritico *Protestantium*: quod pro exemplo analogico, similis plenitudinis in divinitate *Christi* ostendo.

Æs. Æs *Hebraicè* נחשת conjectura rerum per signa & similitudines; cujusmodi est tota doctrina

& expositio Allegoricorum. *Græcè* χαλκὸς dicitur à χαλάω & κοέω, (sc.) scientia reserata & revelata sub re aliquâ, sub quâ typicè continebatur. *Argentum*, arguendo genitum, conclusio logica per ratiocinium Syllogismi probatum. Et *Græcè* ἄργυρος ab ἄρα ergò, & γύρος gyrus: quia per dictionem ergò, rota Syllogismi ad conclusionem trahitur. *Hebraicè* כסף quasi כם סף supputatum finaliter, vel supputatione logicâ finitum & concluſum. Et *argentum vivum* significat scientiam rationalem, non affirmativè determinatam, sed simplici apprehensione conceptam; quæ etiam per ignem non potest inaniri, ut non ad naturam suam postea revertatur. Vltimò, *Aurum*, χρυσὸς, à χρὴ & σοφία, essentia vel sensus rerum qui per oraculum verbi Dei traditur. *Hebr:* זהב dicitur à זהא illustrare, & הב Spiritus, tanquam res per Spiritum Dei illustrata & revelata: & Aurum Latinis tanquam veritas auræ vel spiritus, (i.) veritas revelata quæ per Spiritum Dei confirmatur.

Argentum.

Argentum vivum.

Aurum.

Habebant ergò columnæ, bases ex ære, capita ex argento: Quoniam fundamenta Ecclesiæ *Catholicæ* deviantis à simplicitate Evangelij, in hoc posita sunt. Quòd vita piè acta in formâ rigoris *Catholici*, reputaretur à *Christo* speciem gerere veræ pietatis, quæ consistit in solâ fide justificante, & ita per gratiam Dei exponeretur. Quemadmodum Diabolus *Evæ* persuasit, quòd comedendo de arbore sciendi bonum & malum, acquireret similitudinem Dei. Capita autem columnarum fidei *Catholicæ* tecta sunt argento, quia magnâ cum probabilitate

babilitate rationis, dogmata fidei suæ contra omnes defendunt.

Vers. 13, 14, 15, 16, *Ad latus orientale erant Cortinæ* 50 *cubitorum distinctæ in tres partes: ab utroque latere erant* 15 *cubiti, & in medio* 20. Sed medietas illa habebat velum interiùs appositum æquæ latitudinis, sed ex diversâ materiâ: scilicet ex eâdem, ex quâ Cortinæ tabernaculi ipsius conficiebantur. Hoc autem factum est ad significandum, quòd è summâ totius temporis à nativitate *Christi* ad restaurationem Evangelij sub *Luthero*, viginti anni subtrahendi essent, qui non pertinerent ad Atriũ exterius, sed ad ipsum tabernaculum & tempus religionis *Protestantium*. Etiamsi in ipsum principium Atrij *Catholici*, & primum quinquagenorum annorum incidissent: scilicet viginti anni primi post mortem *Christi*, quibus stetit in integritate suâ Ecclesia *Christiana*, sicut primò instituta est: donec 54 anno à verâ *Christi* nativitate, mutata est ratio Ecclesiæ *Christianæ*, ad formam doctrinæ vitæ *Pharisaicæ*. *Cortinæ* 15 *ex utraque parte veli distinctæ*. Significant etiam compendiosè, rationem geminæ Ecclesiæ, *Iudæorum* ad lævam, & *Catholicorum* ad dexteram, quæ ex 15 centurijs annorum constabant. Nam à nativitate *Christi* verâ, ad complementum anni primi, quo cœpit *Lutherus* Evangelium prædicare, sunt anni 1520. Exorsus est enim *Lutherus*, mense Octobri anno vulgari 1517, & vero 1519: ita ut finis anni in proximum Autumnum se extenderet. Similiter retrò tempora relegendo, à nativitate *Christi*, ad exitum populi ex *Egypto*, sunt 15 centuriæ, 5 annis minùs, sed propter rationem conformitatis in alio respectu,

respectu integer ponitur numerus 15 cubitorũ tanquã centuriarum. In medio utriusq; Ecclesiæ commune velud illum prætensum intercurrit, (*i*) tempus Ecclesiæ *Protestantium* 20 annorum, in exemplum futuræ historiæ propositum: et ad ostendendum quòd fides Ecclesiæ *Protestantium* corpus ipsũ iusticiæ haberet, quòd utrique alæ *Iudaicæ & Catholicæ* significationẽ, et imputationem applicabat. Non differebat inter se cortinæ utriusque lateris 15 cubitorum, quia eadem est ratio ecclesiæ *Catholicæ*, & *Iudaicæ*. Ita enim scribit sanctus *Augustinus*. *Multi sunt qui in nouo testamento viuunt animales qui sũt proficere nolunt, ad intelligenda ea ad quæ Spiritus sanctus eos hortatur, ad vetus testamentum perueniunt.*

Cortinæ atrij dicuntur τὰ ὑφάσματα, quod significat cortinas imaginibus textas. Quoniàm tàm synagoga, quàm ecclesia *Catholica*, signa et imagines gerebant Ecclesiæ *Protestantium*.

Ingressus tabernaculi, et exitus angustior erat, sed media latera duplo longiora, ad significandum quòd Ecclesia *Romana* in principio suo minoris authoritatis erat, sed medio tempore totum pene orbem in obedientiam, et obsequium suum traxit, et in fine magnam partem amisit. Per respectum septentrionis, id est operationem in mysterio, & austri, id est æstimationem rei sacræ subintellectæ. Quoniàm ut ait *Paulus efficaria erroris sub mysterio iniquitatis operatur, donec de medio fiat, ne turpitudo meretricis Babylonicæ reuelaretur*. Atque hoc est illud atrium exterius, cuius, in monte Sion templi Dei, et adorantium in eo, nulla est habenda ratio in fine seculi, sed remittendum est gentibus *Catholicis*, qui

civitatem sanctam conculcarunt μῆνας τεσσαράκοντα δύο, id est μηνὸς τεσσαράκοντα δύο, signi-
cantes tessaras inuoluntarij, et doloris

CAP. 23.

Suppuratio templarum ex cubitis tabularum Tabernaculi.

Apoc.21.3. Luc.16.9. Fuisse tabernaculum figuram Ecclesiæ *Christi* apparet ex usu nominis quod attribuitur Ecclesiæ *Christi* renovatæ in gloriâ. Dicitur enim *tabernaculum Dei fore cum hominibus, in seculo altero.* Et locum statumque primi gradus beatitudinis, appellat Dominus tabernacula æterna. Est enim tabernaculum σκηνὴ, umbraculum rerum diuinarum à communi notitiâ: Tabernaculum hoc est, interioris, est Ecclesia *Protestantium* sicut posterius ostendam: quemadmodum exterius pertinet ad gentes (*i*) *Catholicos* qui ab uniuersali multitudine denominantur. Sustentabatur tabernaculum 20 tabulis stantibus ad septentrionem, & totidem ad Austrum. Et habebat extremitas eius ad occidentem 4 tabulas. Quarum prima quæ erat angularis geminata erat a capite ad basim: sic ut ex duabus tabulis una fieret. Præterea innuebat geminari primarum tabularum angularium ex utroque latere, quod etiam reliquæ sex tabulæ intelligendæ essent geminari, in ratione mysterij. Erant ergo simpliciter 48 tabulæ: sed per distinctionem angularium conformiter factarum, 50: & per analogiam 56. Tres enim isti respectus in rebus sacris aduertendi sunt: naturæ, figuræ, gloriæ. Per tabulas stantes quibus sustentabantur cortinæ tabernaculi necessariò intelligendus est primò, mundus

Exod.26.25.

Rerum omnium triplex respectus.

Tabulæ stantes quid significent.

sensibilis,

sensibilis, quo Ecclesia *Christi* quadruplex innititur: & quem necessariò præsupponit. Viginti quatuor tabulæ versus septentrionem, significant 24. distinctiones linearum meridianarum, per 15. gradus horarios. Et similitèr 24. tabulæ ad Austrum significant cœli, terræq; distinctionem per 24. sectiones meridianas, ex illo latere; sed quia luna non perfectè 15. gradus singulis diebus absolvit: sed etiam 4. dies in totâ revolutione suâ excutit: ideò 4. tabulæ ex utroque latere implicitæ, & geminatæ intelliguntur. Quoniam tabernaculum ipsum propriè habebat rationem Lunæ, ut apparet in cortinis 28. cubitorum. Et ratio tabernaculi in umbraculum divinorum servientis, lumini lunæ non solis similis est. Quinque vectes significant quinque zonas, quæ cœlum, terramque cingunt. Duæ bases sub singulis tabulis, respondent duobus polis, qui utrinque velut sulchra motus cœlestis supponuntur: Arcticus mundi, & Arcticus zodiaci, ab uno latere: & polus Antarcticus zodiaci, & mundi, ab alio: ad quos, velut ad bases terminantur lineæ ductæ per æquatorem, & Zodiacum, quæ in eisdem angulis concurrunt.

Tabernaculum rationem habuit Lunæ.

5. Vectes quid sint.

Secunda similitudo tabularũ est chronologicæ rationis: & hoc respectu 56 numerantur: sex tabulis geminatis, iuxta anaiogiam tabularum angularium ad occidentem; & respondent 56. centurijs, ex quibus computatio tabularum Chronologicarum explicatur. Singulæ enim tabulæ habebant 10. cubitos altitudinis, super duas bases, tanquàm geminatos in vicenarium; qui iterum per 5. vectes traiecti, multiplicantur in centenarium. Et quia

baſes ad occidentem, ſunt iuxta analogiam tabularum angularium, fiunt 5600. cubiti compendiosè intelligibiles, ad ſimilitudinem totidem annorum, ex quibus revolutio mundani temporis conſtat. Compendiosè enim contractæ ſunt centuriæ in menſurâ tabularum, tanquàm umbræ pyramidum, quæ ſolem habent verticalem. Tertia ratio quâ numerus 25. tabularum ex utroque latere definitur, & in toto 50. ſignificat Iubilæos mundi totius 112. quibus diſtinguitur temporum ratio.

Numerus verò 112. Iubilæorum, innuitur ſub duabus baſibus, quæ ſingulis tabulis ſubijciuntur: & ſecundum computationem quinquaginta ſex tabularum, fiunt centum, & duodecim Iubilæi ab initio mundi, ad perfectum complementum totius Chronologiæ.

Et hoc reſpondet numero annorum, quibus duravit Eccleſia *Proteſtantium*, in ſtatu infirmitatis, et ignominiæ, in hoc mundo: uſque ad annum 1632. in quo liber iſte typis tradi cœpit, qui Eccleſiam *Proteſtantiũ* in gloriâ Dei, & virtute *Chriſti* revelat. Nam cùm duo ſint principia æræ *Proteſtantium*; alterum inchoatum, anno 1517. deſinente; quandò Eccleſia noſtra capite exerto, vagire cœpit, in primâ prædicatione *Lutheri*; & ſtatim ſe retraxit in ſilentiũ duorum annorũ; alterum perfectum, quod incidit in annũ 1519. qui ab *Angelo* apud *Danielẽ* ponitur Epocha Eccleſiæ *Proteſtantium*; quandò diſputatione publicè habitâ *Lipſiæ*, fides noſtra palam, & cõſtantèr defenſa eſt, nec poſteà in ſilentium abſorpta; ita duplex eſt computatio Eccleſiæ *Proteſtantium*, quæ à priori numero annorũ 1517.

excluſivè

exclusiuè, ad annum superiorem 1632 exclusiuè, numerat annos 114: sed ab anno finiente 1519 ad eundem annum, computat 112 annos. Quia totidem Iubilei perfecti 50 annorum, fuerunt ab orbe condito ad annum 5600 venturum: sed Iubileos imperfectos 49 annorum, ab initio mundi ad finem habet 114.

Iubilæi quid significent

Erat autem Iubileus tempus a Deo constitutum in quo omnes servi ad libertatem redibant: & omnes fundi ad possessores suos. Et significabat Iubileum *Evangelicæ* sinceræque fidei, quod a *Protestantibus* prædicatum est, his superioribus annis: ad redimendum eos qui captivi sub servitute religionis pontificiæ tenebantur: & ad iudicandum fundos, id est loca sacra scripturæ possessoribus suis *Protestantibus*; quæ *Catholicis* per condescensum *Christi* oppignorati sunt. Est enim religio *Protestantium* præconium libertatis, quod singulis Iubileis imperfectis totius mundi, constantibus ex 49 annis, indulget annum, ad efficiendum Iubileum perfectum. Quod significavit Dominus, cum turbis per centurias, & quinquagenarios ordines dispositis, panes mirificè dilatatos hordei (*i*) timoris Dei per manus discipulorum distribuit. Quoniam fides nostra omnibus qui unquam piè in timore Dei vixerunt, imputata est ad iustitiam. Ideo ordinavit Deus, ut duo anni Iubilei numerarentur 49 & 50. Quia beneficium fidei iustificantis per imputationem, datum est omnibus mundi temporibus, tanquam Iubileis 49 annorum. Sed in ipsis *Protestantibus* realiter, non per imputationem defigitur ut 50. Quoad vero rationem altioris libertatis, quo *Protestantes*

Fides Protestantium Iubileus annus est mundi.

testantes sunt deducendi ad mensuram analogicæ plenitudinis *Christi*, & ipsi etiam sub ratione imperfecti Iubilei censentur.

Videte decoram certitudinem sapientiæ Divinæ explicitæ: quæ ita dispensavit temporum rationem, in gloriam *Protestantium*, & rationem studiorum meorum, in occursum temporum; ut ante hunc annum, non essem satis paratus ad publicè prodeundum: & ante hunc annum non esset perfecta tota ratio *Protestantium*: sed eodem tempore
Luc.2.32. concurreret finis studiorum meorum; & complementum temporis Ecclesiæ *Catholicæ* revelandæ, & Ecclesiæ *Protestantium* glorificandæ. Et ex con-
Latitudo tabularum, 175. sensu utriusque, ductus sum ad intelligendum mysteria totius tabernaculi, & chronologiæ. Singulæ tabulæ habebant cubitum, et dimidium cubiti, in latitudine: Sic ergo computando duas tabulas angulares explicitè: tota longitudo tabularum erat 75 cubitorum, et altitudo 100 cubitorum implicitè intellectorum: qui faciunt numerum 175. Quæ
Gen.35.29. exemplaris est mensura tabernaculi totius, et respondet numero 175 annorum *Abrahami*, et basi quadri septenarij. Et sicut laudata est ætas *Abrahami*, quod illum numerum absoluisset: ita opificium tabernaculi meruit eadem de causâ inter cæteras commendari. Quam pulchra sunt tabernacula
Ium.24.5. tua *Iacob* tentoria tua *Israel*! Sicut enim ad pulchritudinem corporis humani concurrit plenitudo omnium partium, 2 apta proportio, 3 coloris decora temperatura, 4 venustas. Ita habuit tabernaculum hoc plenitudinem perfectam numeri septenarij, et proportionem ad annos Ecclesiæ, et mundi

tolius

totius: et colorem lucis intelligibilis, sub umbra legali velatum, et gratiam Dei quâ imputabatur cultui Iudaico, cultus Christianorum.

Et quemadmodum latitudo omnium tabularum per 175 mensuratur: ita duratio temporis *Protestantium* ratione primorum et posteriorum temporum integrè subductâ, continet 175 annos. Nam primi 33 anni vitæ *Christi*, utrique Ecclesiæ communes sunt: si ergo annos 53 primitivæ Ecclesiæ, qui pertinent ad *Protestantem*, 33 dico, & 20 sequentes, coniungas cum annis 122 *Protestantium* ab anno 1517, ad annum quem statutum revoluendo mundo suppositi, 1638; sunt anni 175. Licet enim Ecclesia *Protestantium* quoad statum figuratum, sub quo liberè vixit, terminetur primis 53 annis: & quoad statum nudæ et ingloriæ propositionis, ab anno 1517, ad annum 1632 perseveravit: tamen quoad initium gloriæ venturæ, 6 alios annos numerabit ad finem temporis evoluti 1638, qui faciunt 175 annos.

Totum tempus Protestantium 175.

Incastraturæ quid significent.

Singulæ tabulæ duabus incastraturis sursum & deorsum iungebantur: ad significandum duplicem ordinationem chronologicæ rationis, ad primum *Christi* adventum, & secundum. Hæ sunt enim duæ epochæ, ad quas terminantur omnes series temporum in hoc libro.

Vectes quid.

Vectes a vehendo dicti, significant breves conclusiones, quæ per totam orationem inducuntur: & in quibus summa totius libri, vel sermonis, apprehenditur. *Hebraicè* בדחי"ם quasi בר רוח"ם doctrinæ respirantes, quæ ex toto opere rationabiliter consequuntur. Quinque autem sunt ejusmodi conclusiones

Conclusiones per totum libruum confirmatæ.

clusiones quæ ex toto hoc libro educuntur. Primò determinatio temporis adventus Christi iam instantis. Secundò Quòd *Paulus* 4. condemnando doctrinam à me propositam de cultu Dei spirituali, *Catholicis* incognito, et de verbi lectione secretâ, Mark 6, v. 40. finalem apostasiam fecerit a *Christo* λόγῳ ἐν διαθέσει. Tertiò, quòd sola ratio quâ Ecclesia *Catholica* salvetur, sit imputatio fidei & pietatis Ecclesiæ *Protestantium* priori seculo, facta per misericordiam *Christi*: & in præsenti tempore per confessionem publicam fidei nostræ, & unionem visibilem cum Ecclesiâ nostrâ, sine quâ impossibile est eos, qui hodiè supersunt, salvari. Quartò, quòd Ecclesia *Protestantium* sit Ecclesia *Christi* electa, quæ sub omnibus naturæ corporeæ, Synagogæ Iudaicæ, & Ecclesiæ *Catholicæ* typis, & symbolis glorificatur. Quintò, Quòd iuxta proportionem unionis huius, duarum Ecclesiarum, & complementum fidei *Protestantium* in *Catholicis*, expectanda sit ab omnibus, & investiganda a Theologis, æqualis plenitudo sapientiæ arcanæ in *Christo*. Et quinque hæ conclusiones in seipsis, sunt sensus historici rerum gestarum, & gerendarum.

Tabulæ sanctuarij erant ex lignis Sittim. Duo sunt quæ è terrâ oriuntur, & crescunt; et duo sunt quæ e sacrâ scripturâ oriuntur: significationes verborum, et sensus rerum: *Herbæ* עשב quasi עשׂב quod efficitur per conversionem (ע) significatio & interpretatio verborum: & *herbæ* quasi verba Hebræa: *Arbores* vero quasi res verborum: *Hebraicè* עץ a verbo consulendi: consilia & sensus qui eliciuntur ex S. scriptura & לאכל טוב ועץ חמד Id quod

Herbæ

Arbores

oporte

oportet fieri, in consilio traditum: & ὁ ἐνεργὸς πρὸς τὸ δεῖν δρᾶν qui facit opus aliquod necessarium Præcepta (sc.) vivendi, et qui vivit secundum præcepta. Et *lignum*, lectionis nutus vel id quod lectio innuit: et qui ligat nutum voluntatis ad operandum. Dicuntur ligna Sittim a שטה quod significat scripturam, et stylum loquendi (i) sensum historicum scripturæ. Sic tabulæ 56 Compendiosè intellectæ, sunt totidem sensus rerum historicarum, et series Chronologicæ, significatæ sub scriptura veteri, quæ hoc in libro eriguntur ad inducendum computationem seculi, et ad sustinendum cortinas Ecclesiæ Protestantiũ et Catholicæ. Bases harum tabularum sunt ex argento (i) ex rationali collectione duplici, astructiuâ, et destructivâ, quæ ab aliis ante me calculatæ sunt, et ratione confirmatæ. Sed ipsæ tabulæ auro operiũtur, quia quod ab illis productum est ut probabile: a me confirmatur per testimonium verbi Dei. Sicut enim æs significat sensum spiritualem, qui elicitur per coniecturam signorum: ita aurum significat sensum spiritualem qui ex ipso verbo Dei producitur.

Cap. 24.

Supputatio temporum ex Cortinis Tabernaculi.

SEd pergamus porro ad explicationem cortinarum tabernaculi, ut ex conspiratione omniũ signorum, veritas hæc chronologica magis elucescat: ut appareat Hierusalem doctrinam pacis et concordiæ ædificatã esse sicut civitas cujus participatio est in idipsum (i) ex omnium partium

veritatis ad unum centrum respectu. Tabernaculum
Operimenta 4. Tabernaculi. ex quatuor operimentis constabat: Primum erat
taxorum; secũdum ex pellibus arietum rubricatis:
Ecclesiæ Christi. tertium ex pellibus caprarum: quartum ex purpurâ et cocco, hyacintho et byssò bis tortâ. Quibus significantur 4 generales Ecclesiæ quæ fuerunt ab initio mundi. Prima Gentilium qui secundùm dictamen propriæ conscientiæ vivebant: quibus deus testimonium perhibuit sui ipsius, benefaciendo, et maturando fructus terræ, ad implendum cor humanum lætitiâ Significat vocabulum תחש taxus palpationem: quia religio gentium erat palpabilis, ad dignoscendum Deum ex beneficiis suis; si fortè possint palpare Deum. Secunda Ecclesia erat Iudæorum, et respondet pellibus arietum rubricatis in sanguine sacrificiorum. Tertia Ecclesia est ex pellibus caprarum, significat verò vox ש Capra rigorem, est enim religio illa summi rigoris præ cæteris, et sub specie libertatis Evangelicæ. præponderavit iugo legis. quorum pili (i.) cogitationes externæ veluti per pectinem canonum Ecclesiæ, ad unam formam ordinantur: ne possint liberè more ovillorum implicari: et in victu eligendo non contenti locis planis et campis patentibus S. scripturæ, et parabili alimento fidei solius iustificantis, per ardua montium, et aspera rupium cibum venantur, in austeritate vitæ religiosæ. Quarta Ecclesia est Protestantium. Et cum 4 sint generalia capita ad quæ omnes controversiæ religionis reducuntur: primum de regula fidei et iudice controversiarum: secundum de ratione exponendi scripturas et de sensu eorum: tertium de modo

iustificandi apud Deum, quartum de formâ vitæ religiosæ exterius. Ecclesia Protestantium tuetur scripturam Canonicam pro regula fidei. Significat autem vox Hebraica תולעת שני Coccus bis tinctus per æquivocationem vocis scripturæ linguam canonicam. Secundò tenent Protestantes illam rationem exponendi scripturam quæ cum sensu benevolentiæ et misericordiæ divinæ magis conspirat: ut ex lectione scripturarum consolationē hauriant. Significat verò ארגמן Purpura רגם אן Interpretationem benevolentiæ. אן enim et אנה mentem significat et εὐδοκίαν. Tertiò credunt Protestantes se sola fide iustitiæ *Christi* imputandæ iustificari. Et significat תכלת fiduciā vel perfectionem ex fide. Quartò amplectitur Protestans formam vitæ civilis cum voluptate moderatâ, et significat שש משור byssus retorta moderationem et temperaturam voluptatis cum bono aliorum. Manifestum hinc est quòd intimum velamen Cortinarum repræsentat *Protestantes*, quorum religio ex quadruplici illâ materiâ contexitur, in forma *Cherubim (i)* similitudine contradictionis. Quoniam videtur fides *Protestantium* contradicere fidei *Catholicæ*, cùm revera cum illâ consentiat. Sicut viscerum forma tortuosa, circulari ventris formæ repugnat: sed sub illo tamen consentaneè latet. Ita fides suauitatis, et benevolentiæ *Christi*, sine operibus iustificantis, sunt viscera misericordiæ in quibus Deus fideles respicit ex alto, vel ex *Roma*, est enim רומה altitudo.

Et factæ sunt cortinæ ex opere חשב Imputationis, quoniam non ex operibus ab homine factis, sed

(i) Luc. 2. 34.
Gal. 2. 6.
Luc. 1. 78.

a *Christo* imputatis dependet iustitia tota *Protestantium* apud Deum.

Ex hac materiâ 10 erant cortinæ: quarum singulæ constabant ex 4 cubitis in latitudine et 28 in longitudine. Habebant ergo singulæ cortinæ (112 cubitos. Dictio יריעה Cortina significat prædicationem rerum divinarum publicè factam, sed in velo, et analogiâ æqualis plenitudinis *Christi*. Centum et duodecim cubiti, significant numerum annorum quibus durauit Ecclesia *Protestantium* ab anno 1519 exclusiue ad annum 1632 exclusive: quando fundamenta glorificandi religionem *Protestantium* iacta sunt in libri huius impressione: Ita ut intelligatur complementum anni 1519 incidisse in 20: finis vero annorum 112 desinere A.D. 1631 Nam annus 1632 indifferentér se habet ad statum humilitatis, et gloriæ, eiusdem Ecclesiæ: quemadmodum principium ædificij in fundamentorum collocatione ponitur, sed facies eius non videtur, donec super terram erigatur Et principium generationis humanæ ad annum præcedentem pertinet, licet non ante 10 menses se evidenter ostendat. Toto autem tempore superiori, prædicatio *Protestantium* ex quadruplici illo argumento composita, instar columnæ nubis, fulgorem solis iustitiæ alterius seculi, ita cohibebat: ut lucem rebus fidei agnoscendis sufficeret: neque tamen fulgorem Solis gloriosum videndum permiteret. Et nomine isto Cortinarum appellatur prædicatio *Protestantium* et *Catholicorum*. Quemadmodū enim doctrina *Catholica*, per totum orbem terrarū personabat, cū declamatione contra superstitionem gentium: ita doctri-

Eph, 4. 13.

Exod. 13. 21.

na

na *Protestantium*, per orbem cyclicæ ecclesiæ, vociferata est, contra errores *Papæ*. *Iudæorum* vero fides in angulo tantum Palæstinæ audiebatur; neque ulterius se extendebat, quoniam institutа non erat in rationem salutis omnium gentium, sed tantum *Hebræorum*. Decem cortinarum numerus, significat primò 10 cœlos, seu sphæras cœlestes, qui super tabulas 24 linearum meridianarum moventur. Præterea divisio cortinarum in quinque et quinque seorsim distinctas, significat duplicem formam prædicationis doctrinæ *Protestantium*, alteram in veritatis clarâ demonstratione: alteram in imputatione fidei et pietatis *Protestantium* Catholicis; sub quorum doctrinâ in speciem contraria *Christus* intellexit veritatem suam δι' ἐναντίας prædicari. Ita isti sunt verè fideles sub mysterio: alteri verò in simplicitate. Et propterea facta sunt cortinæ *opere Cherubim* (i) speciei contradictionis. Quinque Cortinæ secundum numerorum intellectualem significationem, continent totidem distinctos respectus quibus a Deo et spiritualibus viris consideratur fides *Protestantium*. Significat enim 1 Simpliciter apprehensum: 2 mutuò relatum; 3 Rationabiliter adæquatum: 4 Suspense statutum: 5 Singulariter inductum. Ita religio *protestantium* primo modo cõsideratur simpliciter, ut in naturâ suâ. Secundò quatenus refertur ad religionem Catholicorum, et sub illâ adumbratur. 3 quatenus per gratiam *Christi* spirituali analogiâ adæquatur, et imputatur. 4 quatenus habet mensuram æqualis plenitudinis *Christi*, in supereminenti scientiâ, et ad eam anagogicè eleuatur. 5 quatenus per distinctam

Psal. 114. 2.

1 Philip. 21.

notitiam in eam inducitur. Neque cogites quòd hanc numerorum rationem, tantùm per hanc occasionem accomodo: quia in omni loco scripturæ et rebus omnibus, perpetuò et constantèr significationes istæ numerorum observantur.

Singulæ cortinæ connectebantur invicem: 50 fibulis & totidem laqueis. Fibulæ קרסים significant incurvationes, & contritiones, & per divisionem vocis קרא רסוים. Prædicationes contritæ, significant doctrinam & pietatem Ecclesiæ *Protestantium* quæ partim per לולאות laqueos ænigmatum partem per לילות noctes symbolorum, in totâ doctrinâ *Catholicâ* cõtexebatur & dissolvebatur. Et in hac ratione 5 illi respectus Ecclesiæ *Protestantium* inter se consentiunt: et conjunguntur. Inductio enim fibularũ sub laqueis, aptè repræsentat inductionem doctrinæ *Protestantium*, sub ænigmatibus et Symbolis *Catholicorum* cum contritione & dissolutione. Sunt enim dogmata *Catholicorum* quatenus doctrinæ *Protestantium* opponuntur, laquei sermonis de quibus dicitur, *pluet super eos laqueos*: et licet forma verborũ, quâ utuntur, sit forma pietatis tamen sensus qui sub illis verbis se palam ostendit, est απάτη ἀδικίας & ἐνέργεια πλάνης, ἐν τοῖς ἀπολλυμένοις: in illis qui libertatem Evangelij destruunt, ex occasione sensus carnalis. Licet enim sint πᾶσα alicujus momenti & dignitatis quatenus habent λόγου σοφίας; tamen nullius pretij sunt, si secundum sensũ carnalem impleantur.

Præterea numerus 50 fibularũ, appositus ad cortinas singulas constantes ex 112 cubitis, significat multiplicationem numeri annorum Ecclesiæ *Protestantium*

testantium per 50, quæ facit 5600 annos, mundi durationi destinatos. Vt singulis imperfectis Iubileis, donent annum perfectæ remissionis peccatorum, per imputationem gratiosam *Christi*. Quoniam secundùm numerum spiritualis *Israel* Dei, posuit Deus terminũ populorum totius terræ. Hic est inquam numerus *Protestantium* ad annum 1632 exclusivè ab anno 1519 exclusive, quando publicâ disputatione *Lipsij* habitâ *Lutherus* palàm defendit libertatem Evangelij, cujus vagitum capite primùm exerto, & nondum plenè natus, ediderat anno 1517. Quando ut dicitur ab *Ezechiâ*, infantes venerunt ad partum: & non potuerunt egredi. Et sol in ortu suo se retraxit. Totidem autem sunt Iubilei ab orbe condito, ad finem ejus, qui iam penè evoluti sunt. Quoniam 5600 anni ab orbe condito implendi habent 112 Iubileos 50 annorum: ut singulis hebdomadibus hebdomadum annorum, hujus seculi, Ecclesia *Protestantium* nudè proposita & sinè gloriâ, annum Iubileum remissionis peccatorum communicet. Quoniam omnibus seculis piè secundùm conscientiam viventibus imputata est ad iustitiam lux illa quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Cuius figuram pulchrè expressit *Christus* cum populo in eremo per centenarias, & quinquagenarias series dispositio, in gramine (i) in memoriali divinorum; iussit discipulos suos panem hordij (i) timoris Dei dividere. Sicut enim in oculo humano multi sunt circuli, sed sensus visionis tantum in pupillâ perficitur. Ita multæ sunt religionum formæ in corpore *Christi*: sed in sola pupilla *Protestantium* vera

Isai 26.15.
Isai 13.10.

Fides Protestantium salus mundi.

vera *Christi* visio completur.

Quemadmodùm enim in oculo hominis, sunt primo palpebræ, cilijs inspicatæ: ita in Ecclesiâ *Christi* præcessit religio *Philosophorum* et hominum secundum dictamen rationis naturalis viventium: qui quasi palpebræ sunt, veritatem Dei palpantes in scrutinio sensus et intellectus: vt ait *S Paulus*: sed non habent partem in oculo triplicis Ecclesiæ *Iudæorum*, *Catholicorum*, et *Protestantium*. Quoniam non habuit religio illa naturalium, rationem conformitatis ad divina, sed difformitatis. Vnde Apostolus scribit Ethnicis ad fidem conversis quod fuerãt ἄθεοι ἐν κόσμῳ, quia secundum analogiam rerũ divinarũ quæ κοσμος dicitur, religio gentium figurabat aversionem a Deo, et negationem unitatis eius: licet per gryphum sermonis, et opticum verbi respectum, sensus ipsorum ad Deum reduceretur.

Similitudo 4. Ecclesiarum in oculo.

prius.

Eph. 2. 12.

Act. 17 30'

Secundo successit Ecclesia *Iudaica*, quæ se habet ἐν λόγῳ θείων, ut albumen oculi pinguis crassique sensus, in figurâ pupillæ, lucis candore illustratæ.

Rom. 3. 2.

חלבן

Tertio sequitur *Catholica*, velut iris oculi, habens in se multas lineas et figuras, cum quadam specie vacuitatis, et transparentiæ: in figura et similitudine pupillæ *protestantium* quæ vacua est omni specie congenitâ, sed capit in se omnium rerum figuras. Sicut *Esau* primogenitus, natus est totus pilosus et hispidus: frater autem eius *Iacob*, ad imaginem pupillæ, planus, et glaber pilorum. Quarto subest reliquis orbibus pupilla, quæ est mera specierum congenitarum vacuitas: sicut fides *Protestantium*

Gen. 25. 25.

est

est evacuatio sui ipsius, et omnis sapientiæ, bonitatis, iustitiæ, vt sit capax speciei *Christi* infundendæ. In hac pupillâ sedem habet *Christus*, qui seipsum appellat virunculum pupillæ oculi divini. Psal.17.8.
Nam sicut pupilla vacua omnibus speciebus, apta est ad suscipiendum lucem & speciem in eâ visibilem: ita anima *Protestantis* inanita bonitate propriâ, & omni inhærente iustitiâ, apta est hospitium *Christo* præbere, et iustitiæ eius. Cui etiam ita vnitur: vt sicut species visibilis per totam pupillam dimanat, et omnes partes eius: ità iustitia *Christi* fide appræhensa, tota est in animâ verè fidelis, eique perfectè unitur. Et hæc non solum per aptam similitudinis conformitatem consistunt: verum etiam per necessariam rationis demonstrationem. Si enim *Christus* sit species visibilis quæ oculũ irrigat: & Ecclesia vera Dei se habet vt pupilla oculi, sicut dicitur qui tangit vos tangit pupillã oculi mei; Zach.2.8.
sequitur necessariò ut duæ reliquæ quæ præcesserunt Ecclesiæ, se habeant vt duo orbes iridis, & albuminis, & tertia ut operculum palpebrarum.

Cap. 25.

Computatio temporum iuxta proportionem tabernaculi Sagorum.

Alia est computatio annorum ex sagis tabernaculi, propria Ecclesiæ *Romanæ*, quatenus opponitur simplicitati Euangelij & fidei *Protestantium*: Eaque cœpit 20 annis post mortem *Christi* (i) anno æræ Christianæ 54. Quando ex præsum- Gal.1.6.

tione humanæ prudentiæ, pseudapostoli seuerita-
tem legalis iustitiæ in Ecclesiam pro essentiali in-
duxerunt,& omnem relationem ad superiorem De-
1 Ioan.2.18. cultum amputauerunt. De quo testatur *S. Iohannes*
quòd suo tempore Antichristus in mundo fuerit,
non quidem certus homo, sed ratio illa Pharisaicæ
iustitiæ, in quam Ecclesia concreuerat a primâ pu-
ritate suâ: quæ etiam dicitur homo peccati. Cuius
veritatis claram demonstrationem ad sequentia
reijcio.

Hoc in tabernaculo præfiguratum, est in quo
post duo opercula, pellium taxorum, quod signi-
ficat sensibilem palpationem veritatis in statu natu-
ræ & philosophorum: & post pelles arietum ru-
bricatas, religionis *Iudaicæ* successit indumentum
ex pellibus caprarum constans. Quo significabā-
tur rigida disciplina magistrorum *Romæ* caperatā-
tum frontem, qui merum operculū fuerunt contra-
rum 10 *Protestantium* ut posteà dicetur. Constabat
autem ex vndecem sagis: quæ singula habebant
triginta cubitos longitudinis, & 4 latitudinis, qui
faciunt 120. Est verò numerus ille, summa anno-
rum præfixa ad pœnitentiam mundo originali. Est
etiam numerus iste ænigmatica expressio numeri
totius Ecclesiæ *Romanæ* a 53 anno post *Christum*
secundum æram vulgarem, ad annum præsentem
1633 eiusdem æræ. Quoniam respectum habet ad
voces Hebræas, unde illa summa annorum pœni-
tentialium producta est. Verba verò Hebræa in
quibus facta est duplex prophetia de fine mundi
originalis & *Catholici* per diluuium aquarum, et
scientiæ, hæc sunt. מאה עשרים שנה Centum viginti
anni:

anni: Continent enim hæ literæ consonæ 1581:
46
1180
355.
qui si apponantur ad 53 annos & dimidium æræ Christianæ vulgaris, incidunt in annum præsentem, 1633. Quando aliud diluvium intellectuale doctrinæ *Protestantium*, inundantis fidem *Catholicam*, in Ecclesiam *Romanam* inducitur. Sicut dicitur, Plena erit tota terra sciētiâ Dei tanquam aquâ maris operientis. Placuit enim sapientiæ divinæ quæ cum simplicibus simpliciter graditur, cum perversis perverse agit; numerum annorum *Protestantium* simpliciter proponere: quoniam simplex est fides eorum; ita significans sicut sonat: sed numerum annorum *Catholicorum* ænigmaticè exprimere non secundùm sensum verborum simplicem: Quoniam veritas Ecclesiæ illius, non in sensu evidenti, sed in arcano fundamentum habet, unde & supra frontem suam scribit Mysterium. Saga hæc habebant 4 cubitos in latitudine, ad significandum quadruplicem materiam fidei, oppositam materiæ cortinarum. Quia Catholici in oppositum Ecclesiæ *Protestantium*: Primo Regulam fidei non verbum Dei scriptum, sed traditum & a *Papa* definiendum credunt. Secundo Modum interpretandi S. scripturas tuentur per sensum timoris & rigoris. Tertio Iustificari se credunt apud Deum, non per solam fidem iustitiæ *Christi* imputatæ, sed per opera legalis iustitiæ fidei connexa. Quarto parvi æstimant formam vitæ civilis, & naturalis cum ratione temperatam: nisi omnem libertatem natu-

Isai. 11. 9.

Psal. 18. 27.

ræ amputet, et omnem humanitatis suavitatem abhorreat. Saga hæc in bis quina divisa sunt, sicut & cortinæ: ad significandum: quod forma pietatis secundum decorem mundi, in ipsis realiter insit, alijs vero religionibus piorum imputata sit. Quoniam incircumcisio(i)defectus formæ legalis iustitiæ, custodiens legem(i)intentionem legis, pro circumcisione (i) formali iustitiâ reputatur. Quinquaginta fibulis & laquejs, similiter inter se coniunguntur. Quoniam sicut fides Ecclesiæ *Protestantium* velata est & violata sub fide *Catholicâ*, ita decor pietatis *Catholicæ* sub Ænigmatibus religionis naturalis et sub symbolis Synagogæ *Iudaicæ* adumbratus est & corruptus. Nam velamen faciei *Moysis* figurat vetus testamentum, sub cuius figuris, forma religionis et historiæ *Catholicæ* recondita. Ipsa vero fides *Catholica* facies est *Moysi* glorificata: sed religio *Protestantium* est superior gloria: ad quam a priori transitus fit per illuminationem S. Spiritus. Quoniam *Christus* in fide *Protestantium* mirificabitur(i) fiet secretum plenũ stuporis & admirationis, & simul glorificabitur: quoniam fideles spiritu illuminati, verba fidei *Christianæ* publicæ credebant, & intelligebant in sensu fidei *Protestantium*. Quinquagenarius fibularum & laqueorum, super longitudinem sagi multiplicatus 30 Cubitorum, reddit numerum proprium Ecclesiæ *Catholicæ* 1500. Et multiplicatio quinquagenarij super totius sagi cubitos 120, facit 6000: qui videtur esse numerus completus Hexameri mundani, secundum rationem simplicem. Sed Deus aliam ob causam (ut posteà dicetur) abbreviavit tempora.

Rom. 2. 18.

2 Cor. 3. 10.

2 Thess. 1. 10.

Cap.

Cap. 26.

De tempore, occasione, & modo Apostasiæ, Ecclesiæ Catholicæ a simplicitate Evangelij in ipso initio Primitivæ Ecclesiæ.

Ridebit hic Sardonium, *Baronius* aliquis, qui omnes temporum annales pervoluit: & rogabit ex quo situ? ex quo pulvere? monumentum hoc eruerim: certum habens quemcunq; laudavero authorem, vel obeliſco configere ut ὑπερβολιμαῖον; vel in partes suas obtorto iugulo traducere. Ego vero S. *Lucam* authorem cito, de quo non dubites: & expositionem verborum æquabilem, cum omnibus rerum circumstantijs convenientem explicabo, contra quam frustrà litiges. Numquid enim duo inter se gradientur simul per totam viam, nisi inter se convenerint? Aut potest contextus totius historiæ ad certum & naturalem verborum sensum defigi: nisi per stylum Spiritus Sancti prius compunctus fuerit. Mendax est gratia similitudinis Allegoricæ in respectu particulari: & vana est pulchritudo analogiæ: expositio vero literalis quæ complacentiam verbi interni respicit, ipsa laudabitur. De *Christo* enim mundi iudice dicitur. Quod non audietur vox ejus oris: neque secundum auditum aurium audiet (*i.*) significationem contextus externam: neque secundum visum oculorum iudicabit. Et tamen per verbum Dei scriptum iudicabitur mundus in Die *Christi*. Alia ergo est lectio verborum

Amos 3.3.

Prov. 31.27.

Isai 11.3.

Ioan 7.24.
Ioan 12. 48.

rum præter usitatam, quam ordinavit Deus ut mundum refractarium convinceret. Et alia sunt vincula præter leges Grammaticorum, quibus *Petrus Romanus* vinciendus sit & ducendus illuc quo nolet, ut Deum morte sua glorificet.

Hoc verò sit fundamentum totius ædificij hujus. Quod necesse sit ut Ecclesia *Catholica* in ipsis Apostolorum temporibus à sinceritate fidei Christianæ defecerit. Quoniam Ecclesia Iudaica *Moyse* adhuc vivente, imò in ipso primo anno, vnanimi consensu à vero Dei cultu defecerit. Fuit verò historia illa populi *Israelis* in Eremum ingredientis, exemplum Ecclesiæ *Catholicæ* sub tempore Apostolorum. Ergo vel negent se esse Ecclesiam antitypam Synagogæ: vel simul de lapsu communi fateantur.

Primum autem quod admiserunt peccatum erat cultus Divinus Vitulo aureo ascriptus: significat verò *Vitulus* עגלה Circulum vel orbiculum, *aurum* doctrinam Spiritualem: hoc est, venerationem doctrinæ spiritualis, secundum iudicium Ecclesiæ cyclicæ, œcomenicæ, *Catholicæ*, Nescimus inquiunt quid sit factum de *Moyse*, qui eduxit nos è terrâ Ægypti, propterea fac nobis Deos, qui præcedant nos. Ita Ecclesia *Catholica* dixit, Nescimus, quid sit factum de ratione conformitatis & analogiæ salutis (i.) *Christo Iesu*, per quam adducti sumus è jugo legis Iudaicæ; fac nobis visibilem formam pietatis, quam semper pro divina sequamur: tam in judicio veritatis quàm in declaratione vitæ piæ et omnium operum bonorum. Quia periculum est, ne quisquam privatæ meditationi, & imaginationi nitens, in

Exod. 32. 4.

in errores fidei piæque vitæ incidat. Et dixit *Aaron*, Date mihi monilia aurium vestrarum & armillas manuum. Significat autem *Aaron*, eum qui predicat res divinas, sub formâ doloris & asperitatis (per verbi divisionem) *Moyses* verò eum, qui elicit ipsa mysteria Dei, per meditationem animæ. Sic ergo sacerdotes primitivæ Ecclesiæ (i.) veri spirituales, qui mysteria Dei sub signis visibilibus intelligebant, & populo proponebant: monebãt fideles visibile signũ pietatis, in cultu divino postulãtes; ut in omni materia fidei divinæ, & sacrorũ operum, que sunt monilia & signa rerum arcanarum Dei: sequerentur illam formam loquendi & credendi, & illam formam pietatis activæ quam tota Ecclesia *Catholica* agnosceret & approbaret. Et hi sunt duo vituli quos postea *Hieroboam* erexit: alterum in *Dan*, *Indicio* veritatis fidei, alterum in *Bëersheba* declaratione plenitudinis omnium bonorum. Dicitur enim μόσχος *Vitulus* quasi ὁμῶς ἔχων Qui apprehendit & credit iuxta communem multitudinem: Et Vitulus qui vitat voluntatem propriam, & innititur communi. Vnde etiam boves & vaccæ habent in capite cornua circularia. Quod significat Christianos, quatenus in animo semper considerant traditionem *Catholicæ* Ecclesiæ in rebus credendis & faciendis, neque judicio, vel voluntati propriæ confidunt. Vnde dignum est observatu, quòd Apostoli ipsi nunquam nominis *Catholici* meminerint in omnibus scriptis suis: Indignum enim fuisset ut illi cultum hunc vitulorum tanquam authores eius approbarent, etsi semel cœptum sustinuerint: sed sub nomine πάντος nomen *Catholici* sæpe adumbrãt.

Exod. 35. 22.

Oppro-

Opprobrium enim est homini sapienti conformare se iudicio multitudinis. Ideo dicitur quod *Aaron* nudasset congregationem populi, illo facto, & derisioni hostium subdidisset : sicut probabile est quod etiam Philosophi illorum temporum, similem reprehensionis ansam arripuerint : quia in omnibus templis & sacris, usitatum fuit illud ἐκὰς ἐκὰς ἔστε βέβηλοι Et odi profanum vulgus & arceo. Sed postquam usu recepta est opinio et appellatio hæc : per Dei permissionem ordinatum est nomen *Catholici* ad distructionem Ecclesiæ illius quæ veram habebat formam externam pietatis, ab Hæreticis qui speciem distortam præseferunt. Ad quod exemplum Deus disposuit arcum cælestem in testimonium, quod orbis terrarum non esset novo diluvio mergendus. Fuerat enim prius figura illa Iridis multoties in nubes impressa, sed in pactū stabilitatis, non est prius suscepta. Ita *Christus* characterem illum permisit in testimonium veritatis stabiliri : ut intelligerent *Christiani*, Ecclesiam *Christianam* non esse novâ doctrinâ vniversaliter perfundendam, donec veniret novissimum hoc diluvium, fidei *Protestantium* inducendum super summos montes symbolorum *Catholicorum*. Multa enim sunt quæ fieri non debent, sed facta valent. Sicut malè factum est a *Iudæis* cum terram promissionis ingredi deberent, quod detrectaverint : sed postquam hoc semel admisissent ; in posterum interdictum est a Deo, ne id facerent, quòd prius debuerant. Ita stultè fecit mundus Romanus, quod *Christum* in sapientiâ per sapientiam nollent intelligere : sed postquam eò perventum est, placuit Deo

per

per stultitiam (i) crassam intelligentiam verborum fidei *Catholicæ* salvare credentes.

Accedo nunc ad historiam S. *Lucæ*, in qua prima seditio Ecclesiæ *Catholicæ* contrà *Christum*, et Apostolos suscitata est.

Proposuerat *Paulus*, cum transijsset *Macedoniam*, & *Achaiam*, iter facere ad *Hierosolymam*: dicens, Quia cum illic fuero, oportet me *Romam* quoque videre. Act. 19.36

S. *Paulus* electus est a *Christo* Apostolus ad præcedentem numerum bis senorum Apostolorum: tanquam qui sabbatum adduceret duobus Hexameris operationis iustitiæ, in mundo *Iudaico*, & mundo externo *Christianorum*: vnde etiam, nomen sortitus est, quod *Hebraicè* operationem, *Græcè* quietem, *Latinè* modicum, et exiguum significat: tanquam ab operibus quiescens, in re minimi operis. Est enim verum sabbatum spiritus, quies animæ ab omni operatione legalis iustitiæ, in sola apprehensione iustitiæ *Christi* per fidem communicatæ. Etiamsi enim omnia opera iustitiæ humanæ, facienda sint in Hexamero mundi huius, (i) in rebus pertinentibus ad mundum & respectus iustitiæ secularis: tamen cum ad illum diem (id est) notitiam et considerationem peruenitur: quæ sit essentialiter definienda iustitia illa, in qua animæ perpetuò subsistendum sit, et quiescendam: in illum respectum, nullum opus hominis inducendum est, ut partem habeat cum iustitiâ divinâ Quoniam opera genita ex ancillâ iustitiæ legalis & servilis, non habebunt hæreditatem cum opere Dei (i) fide, quæ genita est ab animâ per gratiam Dei solutâ, & liberatâ a iugo legis. Gen. 21.10. Gal. 4.30.

Nomen Paul unde dictum.

Sabbatum quid Isai 31.17.

Transitus per Macedoniam quid sit. Hierusalem quid.

Proposuerat *Paulus* hoc modo animatus, transire quidem primò per *Macedoniam*, μακεδονίαν doctrinam abstinendi a voluptate corporeâ, & per ἀχαΐαν doctrinam lorum & pœnitentiæ coporeæ, auditum, (i) formam prædicandi hominibus timorem Dei, & mortificationem corporis: proficisci *Hierosolymam* (i) doctrinam concordem & perfectam visionem pacis et reconciliationis animæ cum Deo per solam fidem iuxta doctrinam *Protestantium*. Hunc autem finem proposuerat, ut gradum ad perfectionem, & quietem altiorem, quæ fit per anagogiam ad Charitatem Dei & supereminentem scientiam *Christi* in Deo. Significat enim *Roma Hebraicè* altitudinem Et hoc est compendium sapientiæ *Christianæ*, & dispensationis mysterij eius. Quoniam licet hominibus timorem Dei suaderet, tamen a Deo & viris spiritualibus intelligebatur, non timorem intendere, qui velum est amoris divini: sed securitatem animæ, & fiduciam & amorem Dei:

Ephe. 3 19.

2 Cor. 5, 11,

Isai 31. 17.

Quod autem hic sit scopus verborũ horum, ab ipso *Paulo* seipsum exponente ostenditur. Quia cum significasset velle se per *Macedoniam* proficisci, neque tamen hoc præstitisset ad literam, & propterea levitatis argueretur, ut significaret se non intendisse hodopoiam corpoream, sed spiritualem; numquid inquit quæ cogito, secundum carnem cogito? ut apud me sit Est, Est: & non, non: (i) numquid hæc secundũ communem verborum significationẽ cogitavi: accipiendo *Macedoniam* pro provinciâ *Macedoniæ*, sicut accipitur Est significare Est, & non significare non: Ex hoc loco disce quisquis hoc prius ignorabas, quid per carnem intelligatur in sacris literis.

2 Cor. 1. 16.

Mittens

Mittens ergo in *Macedoniam* duos e ministris suis, *Timotheum*, & *Erastum*: ipse substitit ad tempus in *Asia*.

Timotheus significat eum qui Deum honorat, *Erastus* amabilem. Duplicem hanc intentionem, & subintelligentiam verborum timoris, & prædicationis de mortificatione corporeâ, immisit in *Macedoniam* (i) doctrinam de abstinendo ab omni voluptate corporea: quod Deus in illo actu honorandus esset, idque sub ratione rei amandæ, non timendæ. Per nomen enim Dei יהוה intelligitur pater misericordiarum & omnis consolationis. Qui ergo Deum timet, ostendit se nondum perfectum esse in cultu divino: quoniam perfectus amor foras pellit timorem; qui enim timet pœnam habet. Gustate, inquit *Dauid*, & videte quam suavis sit Dominus? et quam bonus Deus his qui rectum habent sensum. Et hoc est quod ait idem Apostolus, Operamini salutem in timore & tremore. Id est, sub doctrinâ quæ videtur suadere timorem & horrorem, nolite operari sensum carnalem timoris, & tremoris; (moram faciendo in *Macedoniâ*): sed transite ad *Hierusalem* visionem pacis, (i) efficite sensum fiduciæ, & libertatis Evangelicæ; per quam omnis voluptas naturalis, quæ cum honestate percipi potest, gustatur. Quoniam in illis verbis, quæ sonant rem timoris, & mortificationis corporeæ, Deus intendit ut cogitemus, velimus, & operemur opera εὐπροσώπως quæ vnâ cum consensu rationis rectæ, cum naturâ humana etiam conueniunt.

Timotheus Et Erastus quid.

Nomen יהוה

2 Cor 1.3.
1 Ioan 4.18.

Psal.34.9.
Psal 73.1.

Phil.2.10.

Interim vero dum *Timotheus* & *Erastus* in *Macedoniam* mittuntur, *Paulus* substitit ad tempus in *Asia*. Et

Tres orbes partes quid significat.

tribus orbis partibus olim cognitis, *Africa* ἀφρὶς significat spumam similitudinis (i) decoram formam deuotionis mundanæ, in Ecclesiâ *Romanâ*: quæ tanto zeli humani æstu, perpetuò pulsatur: ut usus naturalis germina illic raro crescant. Ἀσία *Asia* vero significat complacentiam vocis, (i) simplicem intelligentiam omnium verborum, quæ in fide *Christianâ* audiuntur de modo vitæ actiuæ, & iustitiâ diuinâ: Εὐρώπη *Europa* significat inclinationem rationis in iudicio boni & mali, secundum dictamen tenebrosæ rationis humanæ. Et hæc sunt tria castra hostium spiritualium, quæ ciuitatem Dei, et animam fidelem, perpetuò obsident: Prima castra sunt pompæ & decoris mundani: secunda, concupiscentiæ carnalis: tertia Diaboli. Quia quicquid est in mundo, vel est superbia vitæ, in austeritate & curiositate externâ: vel concupiscentia carnis in crassâ intelligentiâ verborum Dei: vel concupiscentia oculorum in naturali impetu rationis humanæ, a Diabolo obtenebratæ.

1 Ioan 2.16.

Paulus igitur immittens subintelligentiam illam spiritualem in doctrinam mortificationis: ipse interim in *Asia* (i) complacentiâ vocis externæ, & prædicatione mortificationis & tremoris, persistit quoad tempus (i) quoad mundum. Quemadmodum cum apud *Felicem* differeret de iustitia & castitate & iudicio Dei futuro, adeo ut *Felix* tremeret: ipse quidem visus est substitisse quoad opinionē eius in *Asiâ* (i) simplici intelligentiâ verborum: nihilominus quoad internum animi propositum, misit illùc *Timotheum* et *Erastum*: Subintelligendo cultum Dei in amore, et suavitate cordis reconciliati Deo

Act. 24. 25.

per

per fidem, et possidendis libertatem Evangelicam sub formâ timoris. Sequitur: *factus est autem illo tempore tumultus haud modicus de via hac*, (i) de ratione hac colendi Deum, quæ per viginti annos in Ecclesiâ Primitivâ duraverat. Illo enim tempore per dispensationem providentiæ divinæ, accidit tumultus iste *Ephesi*: quo adumbratur tumultus alter populi *Catholici*, qui eodem tempore evenit: Certum enim est quod historia populi *Iudaici* in eremo degentis, figura fuerit et parabola Ecclesiæ *Christianæ*. Quemadmodum ergo populus *Israel*, et generalis multitudo apostasiam fecit a Deo in principio, postquam ex *Ægypto* liberati sunt: ita similiter generalis multitudo *Christianorũ*, à simplicitate fidei Evangelicæ defecit in aliud Evangelium: et in corde suo conversa est in *Ægyptum* iustitiæ legalis: postquam indè per *Christum* liberati sunt. Alioqui excidit *scriptura, neque parabola fuit temporis Christiani*. Nunc ad narrationem apostasiæ ipsius accedo, et occasionem ex qua accidit. Gal.4.6. Heb.9.9.

Demetrius enim quidam nomine, argentarius, qui faciebat templa argentea Dianæ, lucrum non exiguum præbebat artificibus, quos cum convocasset, reliquosque ejusdem opificij, dixit.

Δημήτριος *Demetrius* ad verbum significat eum qui terram matrem habeat (i) hominem terrenum et carnalem, spiritualium rerum expertem, qui sapit ea quæ sunt super terram, et non ea quæ sunt Dei: neque potest concipere: quoniam spirituali ratione intelligenda sunt verba Dei, non carnali et terreno. Hic ergò talis fortasse nomine, sed certè talis 1 Cor.2.14.

lis re, faciebat argentea templa *Dianæ*. *Artemis Diana* dicitur παρὰ τὸ πάντ' ἄρον τέμειν, quod omnem convenientiam voluptatis naturalis amputet: innuba enim fuit. Et significat formam vitæ austeræ, præcisam ab omni voluptatis naturalis etiam honestæ usu; quæ speciem pre se fert pietatis et cultus divini perfecti. Cuius templa argentea sunt homines quotquot secundum rationem verisimilem et probabilē, se ad illam formam componunt. Quid enim glorioſius secundum rationem carnalē cogitari? potest quàm summam vitæ severitatem profiteri, et separationem ab usu voluptatis corporeæ? Videntur enim hujusmodi homines angelicam naturam induisse; et ita reliquis hominibus
Num. 13. 34. eminere; sicut eminent homines locustis et cicadis. Hic ergo *Demetrius* homo terrenus, et pseudoapostolus, et lupus sub ovis indumento, non exiguum lucrum et sibi, et id genus hominibus faciebat in primitivâ Ecclesiâ: quoniam a multitudine *Christianâ* honorabantur et ditabantur: Quemadmodum scribit *Ammianus Marcellinus* homo paganus, quod incredibile sit in quanto honore fuerint cœlibes *Romæ*. Hic ergo convocatis alijs ejus
1 Cor. 2. 1. factionæ, vel potius furfuris doctoribus: qui probè sciebant suasibili sapientiæ humanæ sermone, populum ad ejusmodi vitæ rigorem incendere: et conformare hominem externum ad omnem vitæ religiosæ speciem: hujusmodi orationem habuit.

Viri scitis quod ex hoc opificio quæstus nobis est, Et videtis & auditis, quod Paulus iste non solum Ephesi sed penè per totam Asiam, suadendo pervertit magnam multitudinem: dicens quod non sint Dij, qui per

manus

manus hominum fiant. Et non solum periclitatur, &c.

Ephesus ἔφεσος a desiderando dicitur, et civitas *Ephesi* congregatio et societas eorum qui appetitum naturalem corporis moderantur, et subiugant: in quâ, regulâ vitæ austeræ quæ, omnem corporis voluptatem præscindit, pro divinâ habetur. Scitis, inquit, quod ex prædicatione disciplinæ austeræ de subiugatione corporis, et mortificatione appetitus naturalis, totus noster quæstus dignitatis, et divitiarum consistit. Et videtis experientiâ: et auditis per aliorum relationem, quòd *Paulus* iste minimus Apostolorum, non solùm in hâc peculiari materiâ appetitus domandi, verum etiam penè per totam materiam doctrinæ *Christianæ*, et verbi divini exponendi, depravavit et pervertit magnam *Christianorum* multitudinem: dicens quòd neque opera quæ secundum literam legis et imaginationem humanam fiunt, habeant aliquid justitiæ divinæ in se: neq; intelligentia simplex legis divinæ sit illa quam Deus in sapientiâ suâ concipit: ex quo periculum est ut non solum nos ipsi qui doctrinæ hujus ministri et præcones sumus, in contemptum veniamus, verum etiam forma vitæ sanctæ, quæ consistit in intẽso studio et meditatione carnis subjugandæ sub ratione operationis Divinæ, contemnatur: et magna dignitas illa vitæ austeræ insuper auferatur: quæ publico sermone omnium celebratur, et in communi sensu et opinione *Catholicæ* Ecclesiæ venerabilis videtur.

Audientes verò & indignatione pleni, clamaverunt dicentes, Magna est Diana Ephesiorum. *Et implcta*

pleta est tota Civitas confusione. Quo audito, reliqui Pseudoapostoli, & carnales verbi præcones: indignatione pleni, in publicis sermonibus quos habebant ad populum *Christianum*, extollebant formam vitæ austeræ pro re divina, cum contentione et taxatione S. *Pauli*, prædicantes verbum fidei *Christianæ*, non sincero illo sensu, quem sancti Apostoli sapiebant; sed ut omni sermoni qui ab Apostolo dicebatur et scribebatur de mortificatione corporis, et asperitate vitæ (sub quibus veluti vinculis doctrina libertatis *Christianæ* in speciem interdicta tenebatur) afflictionis carnalis actum apponerent. Et impleta est tota Ecclesia cõfusione, alijs *Paulum* defendentibus, alijs accusantibus tanquam subversum iret dignitatem vitæ religiosæ. *Et concurrerunt omnes uno consensu in theatrum, rapientes secum Gaium et Aristarchum Macedonas comites Pauli in peregrinatione suâ.* Significat Theatrum locum in quo solebant *Christiani* convenire ad res sacras, & publicam notitiam, & sensum *Christianorum*: ad quem permittebantur homines carnales & paruuli in *Christo* ingredi, in intelligentiâ prædicationis Apostolicæ, de carnis mortificatione, quamdiu non poterat illis loqui ut spiritualibus. Necesse enim erat ut aliquis sensus permitteretur *Christianis* simplicibus in sermonibus illis de castigando corpore, & subiugando in obsequium spiritus; & etiam forma vitæ piæ, secundum doctrinam illam observandæ; alioqui inanis & irrationalis videretur prædicatio Evangelij, si non secundum sensum usitatum, & receptum verborum, concessum fuisset populo simplici vivere.

Comites

Comites peregrinationis *Pauli* extra patriam suam *Hierusalem* (i) doctrinam concordem gratuitæ reconciliationis hominum cum Deo per solam fidem sine operibus, fuerunt *Gaius* & *Aristarchus*. *Gaius* γάϊος significat hominem terrenum (i) modum loquendi secundum rationẽ & intelligentiam terrenam, & omnibus notam. *Aristarchus* ἀρίσταρχος qui res optimas incipit & adgreditur; hos enim duos comites habebat secum S. *Paulus* in omni sermone quem de vitâ piâ habebat. Primò loquebatur ea, quæ secundum iudicium et captum hominis terreni videntur bona et sancta, sicut dicitur, *Sumus bonus odor Christi Deo, omnibus hominibus* (i) *Christianis tam his qui pereunt* (i) doctrinam ἀπωλείας in destructionem libertatis naturalis sequũtur: *quàm his qui salvantur*. Secundo monebat *Christianos* τὰ ἄρχεσθαι sequi meliora; *Zelari spiritualia, exuere veterem hominem, renovari spiritu mentis*, et *quæcunque vera decora, iusta, casta, amabilia, gloriosa, &c.* hæc cogitare et facere. Hæc et huiusmodi testimonia ab Apostolo audita, rapiebant secum in publici sensus auditorium, vel commune vulgus *Christianorum*: ut probarent formam hanc vitæ austeræ ab ipso Apostolo approbatam fuisse, et præceptam discipulis; ut non sine summa dissimulatione, et prævaricatione propriæ doctrinæ, contrarium docere inciperet: et iustitiæ humanæ zelum et dignitatem convellere. Et etiam *Gaium* et *Aristarchum Pauli* comites et discipulos, in Ecclesiam traxerunt: tanquam desultores qui palam vitæ severitatem profiterentur et prædicarent: clam vero discipulis suis contrariunt insinuarent. Duo autem hi *Macedo-*

2 Cor. 2. 15.
1 Cor. 14. 1.
Coloss. 3. 9.
Ephes. 4. 23.
Phil. 4. 8.

pleta est tota Civitas confusione. Quo audito, reliqui Pseudoapostoli, & carnales verbi præcones: indignatione pleni, in publicis sermonibus quos habebant ad populum *Christianum*, extollebant formam vitæ austeræ pro re divina, cum contentione et taxatione S. *Pauli*, prædicantes verbum fidei *Christianæ*, non sincero illo sensu, quem sancti Apostoli sapiebant; sed ut omni sermoni qui ab Apostolo dicebatur et scribebatur de mortificatione corporis, et asperitate vitæ (sub quibus veluti vinculis doctrina libertatis *Christianæ* in speciem interdicta tenebatur) afflictionis carnalis actum apponerent. Et impleta est tota Ecclesia cõfusione, alijs *Paulum* defendentibus, alijs accusantibus tanquam subversum iret dignitatem vitæ religiosæ. *Et concurrerunt omnes uno consensu in theatrum, rapientes secum Gaium et Aristarchum Macedonas comites Pauli in peregrinatione suâ.* Significat Theatrum locum in quo solebant *Christiani* convenire ad res sacras, & publicam notitiam, & sensum *Christianorum*: ad quem permittebantur homines carnales & paruuli in *Christo* ingredi, in intelligentiâ prædicationis Apostolicæ, de carnis mortificatione, quamdiu non poterat illis loqui ut spiritualibus. Necesse enim erat ut aliquis sensus permitteretur *Christianis* simplicibus in sermonibus illis de castigando corpore, & subiugando in obsequium Spiritus; & etiam forma vitæ piæ, secundum doctrinam illam observandæ; alioqui inanis & irrationalis videretur prædicatio Evangelij, si non secundum sensum usitatum, & receptum verborum, concessum fuisset populo simplici vivere.

Comites

Comites peregrinationis *Pauli* extra patriam suam *Hierusalem* (i) doctrinam concordem gratuitæ reconciliationis hominum cum Deo per solam fidem sine operibus, fuerunt *Gaius* & *Aristarchus*. *Gaius* γάϊος significat hominem terrenum (i) modum loquendi secundum rationẽ & intelligentiam terrenam, & omnibus notam. *Aristarchus* ἀρίσταρχος qui res optimas incipit & adgreditur; hos enim duos comites habebat secum S. *Paulus* in omni sermone quem de vitâ piâ habebat. Primò loquebatur ea, quæ secundum iudicium et captum hominis terreni videntur bona et sancta, sicut dicitur, *sumus bonus odor Christi Deo, omnibus hominibus* (i) *Christianis tam his qui pereunt* (i) doctrinam ἀπωλείας in destructionem libertatis naturalis sequũtur: *quàm his qui salvantur*. Secundo monebat *Christianos* τὰ ἄνω ἄρχεσθαι sequi meliora; *Zelari spiritualia, exuere veterem hominem, renovari spiritu mentis*, et *quæcunque vera decora, iusta, casta, amabilia, gloriosa, &c.* hæc cogitare et facere. Hæc et huiusmodi testimonia ab Apostolo audita, rapiebant secum in publici sensus auditorium, vel commune vulgus *Christianorum*: ut probarent formam hanc vitæ austeræ ab ipso Apostolo approbatam fuisse, et præceptam discipulis; ut non sine summa dissimulatione, et prævaricatione propriæ doctrinæ, contrarium docere inciperet: et iustitiæ humanæ zelum et dignitatem conuellere. Et etiam *Gaium* et *Aristarchum* *Pauli* comites et discipulos, in Ecclesiam traxerunt: tanquam desultores qui palam vitæ severitatem profiterentur et prædicarent: clam vero discipulis suis contrariunt insinuarent. Duo autem hi *Macedo-*

2 Cor. 2. 15.
1 Cor. 14. 1.
Coloss. 3. 9.
Ephes. 4. 23.
Phil. 4. 8.

nes erant, (i) utraque hæc forma loquendi tendeba
ad confirmandam auſteritatem vitæ, et omnis vo
luptatis corporeæ ſeparationem, præter eam ſine
quâ vita et propagatio humani generis conſiſter
non poteſt.

ver. 30. *Cum autem Paulus vellet ingredi ad populum, non pe
miſerunt diſcipuli; quidam etiam principes Aſiæ am
eius miſerunt ad eum, hortantes ne in theatrum ſe dare*

Id eſt, Cum S. Apoſtolus vellet apud populum e
plicare ſe et defendere doctrinam illam ſpiritualem
quam docuiſſet, eſſe (ſc.) myſterium in fide chriſti
ana, et diſtinctionem carnalium a ſpiritualibus, q
non ex forma vivendi, ſed ratione intelligendi ſpiri
tuales dicerentur: Et contendendum eſſe his quor
ſenſus exercitati eſſent ad diſcretionem boni et ma
ut pervenirent ad revelationem *Chriſti*, et reſurrec
onem ſpiritualem ex mortuis; non permiſerunt e
diſcipuli eius: qui ſacra myſteria veritatis *Chriſti*
næ intelligebant: exiſtimantes periculum fore ne
Apoſtolus opinionem ſuam aperuiſſet et iuſtitia
alteram popularem actius increpaſſet, totus popu
lus apoſtaſiam faceret a *Chriſto*. Quemadmodum
Iudæi olim volebant ducem eligere & redire ad *Æ
gyptum*, & *Moyſem* & *Aaronem* renitentes lapida
re cogitabant. Quinetiam quidam ex ipſis principi
bus verbi, (i) ex numero illorum qui facultatem
habebant concionandi ad populum in forma do
ctrinæ ſuaſibilis, etſi non intelligerent myſterium
crucis, tamen ſuaſerunt *Paulo* ne illo tempore in
publicum prodiret ad faciendam apologiam.

v. 31. *Alius vero aliud clamabat, erat enim Eccleſia con
fuſa, & major pars neſciebat cujus cauſa convenerat.*

Diverſæ

Diversæ vero fuerunt *Christiani* vulgi opiniones & sermonos hac de re : major vero pars *Christianorum* ignorabat cujus rei causâ conventus hi passim fierent a *Christianis* de hac quæstione. Id est, ignorabant statum quæstionis quæ agitabatur.

Quidam vero è turba propulerunt Alexandrum, *Judæis urgentibus :* Alexander *vero manu innuens volebat apologiam facere populo : cum autem intelligerent quod Judæus esset, vox una facta est omnium tanquam per duas horas vociferantium, Magna est Diana Ephesiorum.* vers. 32.

Judæus spiritualiter significat eum qui clare res divinas prædicat non sub velo & ænigmate. Et hic est *Protestans*, utcunque nomen illud primis temporibus agnitum non fuerit. Et distinguitur perpetuo in Prophetis ab *Israel* qui idem est realitèr, sed sub diversâ formâ loquendi. Notus est enim in *Judæâ* Deus (i.) virtus Dei in religione *Protestantium :* sed magnum est nomen ejus in *Israel Catholico.* Fuerunt itaque in primitivâ Ecclesiâ, qui cum intelligerent doctrinam fidei iustificantis, & reconciliationis cum Deo, sine curiositate operum legalium : non continuerunt se intra tabernaculum suum : sed foris ruentes, in contradictionem linguarum inciderunt, neque iugum infirmorum sustinuerunt, sed scandalum illis dederunt. Huiusmodi fuit *Alexander* iste qui zizania eruere gestiebat ex agro Domini, cum damno tritici, ante tempus messis. Significat *Alexander* salvatorem hominum, sub quo nomine intelligitur is qui palam profitetur iustificari hominem per solam fidem *Christi*, & superfluam esse omnem curiositatem operum & disci-

plinæ rigidæ. Quæ doctrina etsi vera sit, tamen primis temporibus illicitum fuit publicè prædicari & ante novissima tempora, quando revelanda erat ex velo Doctrinæ *Catholicæ*: non simpliciter tantùm & nudè proponenda. Licet enim *Protestantes* existiment doctrinam suam palam sine ullo velo & dubitatione propositam, non fit hoc ex euidentiâ rerum, sed gratiâ Dei illuminante. Aliter enim sentiunt *Catholici*, neque minorem bonitatem odoris hauriunt ex sensu mortis quàm nos ex sensu vitæ. Requirebatur enim a servis Domini ut sinerent zizania vitæ asperæ, crescere usque ad messem & ut circumferrent ad populum mortificationem *Christi* quem intus viventem honorabant: & ut consepelirentur in mortem *Christi* in vitâ fidei externæ; donec veniret tempus resurrectionis spiritualis fidelium, quod in nostra tempora incidit. Et hic est ille *Alexander* qui dixit *resurrectionem transisse & subvertit fidem quorundam.* Neque enim possibile est ut senserit resurrectionem corporum ad vitam, illo tempore transisse. Sed intellexit non esse ulterius permittendum, ut clara veritas *Christi* mortificaretur & sepeliretur sub symbolis *Catholicorum*, postquam semel fides *Christiana* e typis mortuæ literæ suscitata esset. Tanquam non esset alia mortificatio *Christi* permittenda in mundo, præter illam quæ sub literâ mortuâ veteris testamenti facta est. Quo sensu S. *Paulus* nondum dixit se assequutum resurrectionem e mortuis (i.) intelligentiam totius mysterij *Christi*, sed conari ut assequatur. Quandoquidem ergo non custodivit fidem *Catholicam* quæ, est ὑπόστασις ἐλπιζομένων, &

1 Tim. 1. 20.

Mat. 13. 13.

Rom. 6. 4.

1 Tim. 1. 20.

Philip. 3. 10.

ὑπο-

ὑποκρισις & μόρφωσις εὐσεβείας, non ipsa fides ἀνυπόκριτος, neque illa salus quæ revelanda esset novissimis temporibus : neque custodivit συνείδησιν ἀγαθὴν (i.) scientiam arcanam fidei cum vnitate fidei *Catholicæ*, dicitur naufragium fecisse : quia merces veræ fidei sub naue fidei *Catholicæ* non custodivit. Propterea traditus est *Satanæ* (i) condemnatus tanquã loquẽs perversa, ut disceret corrigere formam loquendi, et veritatem Dei arcanam sub canonicâ forma sermonis custodire: propterea enim Euangelium veritatis permisit Deus prædicari in mundo per homines a mundo damnatos et *Satanæ* traditos, ut condemnarentur in carnali intelligentiâ ab hominibus: sed viverent in spirituali Deo. Quia verba *Protestantium* prædicata palam in Ecclesiâ *Romanâ*, tanquam doctrina carnalis, a Deo improbantur: non sunt enim ad eum usum comparata, sed prædicata sub ratione spirituali approbantur. Et conviva ille regis sub veste nuptiali honorificè exceptus esset, sed absque illâ iectus est foras. Sicut S *Augustinus* retrectavit quod alibi dixerat, posse Deum in hac vita videri. Quod inquit non dixissem si Canonicam formam loquendi sciviſſem. Et tamen alibi dicit esse aliam vitam in hac vitâ, in qua possit videri. Solidũ enim fundamentum Dei hoc signaculo dignoscitur : Vir spiritualis qui intelligit mysterium Dei, soli Deo & spiritualibus innotescat : mundo vero ne manifestet seipsum. Qui autem nomen Dei in fide *Catholicâ* invocat : relinquat sensum iniustum verborum, & quærat virtutem pietatis illius assequi cuius formam gerit. 1 Pet. 4. 6.

Alexander vero manu innuens volebat apologiam

facere fidei suæ ad populum. Quem cum intelligeret multitudo *Catholica*, esse ex numero eorum qui fidem sine respectu operum defendebãt, non sustinuerunt loquentem, sed per duas horas (i) duos respectus rerum clamabant, & sententiam suam profitebantur, primo, Omnia quæ dicũtur de severitate disciplinæ *Christianæ* esse intelligenda κατὰ πνεῦμα. Secundò, non esse alium cultum magis spiritualem somniandum, ad quem vita externa pietatis referenda esset. Et hæc est exclamatio illa: Magni æstimãda est præcisio voluptatũ ab appetitu naturali: & homonymiæ amputatio a forma loquendi; vtraque enim ἄρρεμος est.

Scriba autem publicus cum compescuisset turbam: dixit, viri Ephesij, quis est hominũ qui ignorat civitatem Ephesinam cultricem esse Dianæ, & statuæ quæ a Iove decidit? Cum hæc ergo non possint negari, oportet vos compositos esse, & nihil temere facere.

Exposi: Episcopus autem *Ephesi* qui literæ Evangelicæ ministrum se præferebat, cum turbam authoritate suâ composuisset, dixit, viri *Ephesij* qui deum timetis & literam *Evangelij* amplectimini: Quis est qui ignorat Ecclesiam vestram disciplinæ religiosæ studiosam esse: & eam formam piæ vitæ sequi, quæ cælitùs ad nos delapsa est?

Quæ cum non possint negari, oportet vos modestè agere, & nihil temerè facere.

Adduxistis enim hos viros in judicium, qui neque verbum fidei ad profanum sensum detorquent (mysterium profitentes inesse religioni *Christianæ*) neque contra formam vitæ religiosæ quam profitemini, aliquid ignominiosum dicunt.

Si

Si ergo *Demetrius* cæterique, quorum officium est Ecclesiâ congregatâ populum ad pietatem vitæ hortari, habent in quo quemquam accusent: sunt statuta tempora in quibus Ecclesia convenit, quando quæstio hæc agitari poterit: & sunt Episcopi vice *Christi* constituti ad iudicandum: coram illis se mutuo accusent.

Quod si non sit quæstio de factis, sed controversia aliqua oriatur circa fidem: poterit in legitimo cõcilio definiri. Merito etenim accusari poterimus levitatis a cæteris Ecclesijs, propter turbas hodiernas: cum nulla supersit causa, quam reddere possimus tumultus huius. Et his dictis Ecclesiam dissoluit.

Cum vero quievisset tumultus hic: Paulò post Paulus conuocans discipulos in Ecclesiam, & salutans eos (i) ostendens quod amplecteretur zelum illorum et pietatem, *Egressus* est (inter dicendum) ut *per Macedoniam proficisceretur*, (i) ut per materiam mortificationis et sententias de vitæ rigore pergeret. Cum vero transijsset materiam illam per partes distinctas, et adhortatus eos esset populari sermone ad mortificationem veteris hominis, venit in ἑλλάδα mysteriorum concentum enarrandum; et cum tres menses fecisset: μῆνας (i) μυήσεις significationes (i) triplicem esse sensum docuisset verborum illorum: Cum *insidiarentur ei Iudæi* volenti *ascendere ad Syriam*, (i) cum intelligeret eos qui palam doctrinam solius fidei profitebantur, sine ullo mysterij respectu, insidiosè observare sermonem quem facturus esset, in anagogia rerum illarum ad progressum hominis ad beatitudinem: consultur

sultum visum est, reverti per *Macedoniam* (i) primum verborum sensum exponere significatione simplici mortificationis et abstinentiæ a voluptate corporeâ.

Cap.10.v.4. Συνέπνιγον. Dicebatur vero ab eo inter cætera quoad sermonem usitatum: Quod pater salutis vel *Christus Iesus* saluaturus esset eos, qui בראה visibiliter dispositionem vel inclinationem, passionũ et seculi superassent: tam eos qui optimam vitæ piæ formam adgrederentur: quàm eos qui in secundis subsisterent: et gauderet in eis qui puerilia et juvenilia desideria exuerẽt ut Deum honorarent. Vulgus vero auditorũ qui ad primam intelligentiam horum pervenerant similitudine rerum nutriebantur: et expectabãt nos tanquã in eodem sensu, et consensu timoris, et tremoris venturos: homini enim timorem suadebat; Deo autem et spiritualibus aliudsonabat; Nos vero ab *amore* et *devotione analogicâ* allegoriam facientes cum intelligentiã verborum abstractâ a præiudicato doctrinæ sensu, venimus ad materiam et argumentum illud tremoris & ad singularem inductionẽ omnium sententiarum illarum, et particulares expositiones earum ibidemque mansimus, donec sabbatum fidei iustificantis sine operibus legis, feciſſemus in intelligentiâ doctrinæ illius timoris.

v.6.

(i) Nos vero qui spirituales eramus, de verbis Devotionis analogicæ a S. *Paulo* dictis, allegoriam facientes, idque cum sensu non præiudicato, accessimus ad singulas partes orationis S. Apostoli, et ibidem meditando mansimus, donec sub omnibus illis sententijs intelleximus doctrinam gratuitæ

justific-

iustificationis significari, in qua animus apud Deum quiesceret.

Ex quibus apparet primò quæ fuerit forma prædicationis Apostolicæ apud populum (1) per doctrinam timoris et tremoris, tendens ad mortificationem carnis. 2 Quod simul innuebat Apostolus esse arcanam intelligentiam totius doctrinæ de mortificatione, & austerâ vivendi disciplinâ.

3 Quod nihilominus *Christus* gratioſè acceptaret devotionem populi *Catholici*, tam ordinariam omnium piorum: quam singularem curã adhibitam in ratione vjvendi etiamsi ulterius non pertenderent. 4 Quod populus qui nihil ultrà simplicem intelligentiam verborum Apostoli sapiebat: tamen benevolè accipiebat quod dicebatur, & æstimabat viros spirituales eadem secum sentire: sicut dicitur Sumus bonus odor *Christi* Deo omnibus hominibus: tam his qui pereunt, quàm his qui saluantur; & tamen vulgus *Catholicorum* bonum percipiebat odorem in sensu mortificandi, libertatem Euangelicam: spirituales vero in libertate Evangelicâ tuendâ. 5 Quod spirituales quæcunque inter dicendum ab Apostolo proferebantur de doctrinâ timoris, secundum alium sensum spiritualem meditando investigabant. 2 Cor. 2. 15.

Sequitur narratio *Eutychi*, qui cum conveniſſet inter cæteros ad fractionẽ panis (1) Eucharistiam sumẽdum, cecidit ad terram & sublatus est mortuus; quæ historia est spiritualis cuiusdam, qui cum ad supremum gradum scientiæ *Christi* iam paratus esset ascendere: & in ipsâ fenestrâ luminis divini suscipiendi expectaret; cum audiret S. *Paulum* protrahentem

trahentem sermonem suum ad medium noctis, (id est) communem materiam figuratam de qua agebatur, & propter quam conuenerant (i) de fractione panis, & abstinentiâ, deceptus specie carnalis iustitiæ (qui somnus est animæ) cecidit ab altitudine illâ scientiæ, ad popularem opinionem, & affectũ ieiunij rigidi, de necessitate obseruandi: quem S *Paulus* virtute verbi sui suscitauit συμπαραλάβων (i) ostendens se utrumque amplecti, & formam viuendi seueram exterius, & libertatem Euangelij interius.

Dicitur descendisse *Paulus* (i) ab altitudine sermonis sui, ut more hominum loqueretur propter infirmitatem hominis carnalis: Deinde iterum ascendit. *Et cum fregisset panem, & gustasset, & satis piosè locutus esset usque ad lucem, sic egressus est.* (i) eodem modo quo egerat in historiâ hâc sensibili, fecit per omnia in spirituali. Ascendit iterum ad formam sermonis alti, & parabolici: & doctrinam legis exposuit per analysim verborum Etymologicam, & produxit inde sensum suauem libertatis Euangelicæ, non literæ acerbum: & sufficienter loquutus est, ad illuminandum mentes auditorum.

Summa huius historiæ spiritualis, expressa est per sapientiam diuinam in proxima nauigatione. Est autem nauigatio ductus rationalis intellectus per mare similitudinis Allegoricæ, ab unâ re in aliam, & a signo ad rem signatam. Dicitur enim nauis πλοῖον ἀπὸ τοῦ πλεῖν οἷον ab existentiâ in statu similitudinis.

Nos vero præcedentes in navem solvimus ad Assum susce-

susceptur illic Paulum, sic enim proposuerat, cum vellet ipse pedestre iter facere. Vt autem occurrit nobis ad Assum, suscipientes eum venimus ad Mitylenam: & inde nauigantes proximo die accessimus aduersus Coum Die vero altero accessimus ad Samum. & manentes in Trogyllio, die proximo venimus ad Miletũ. Decreverat enim Paulus præter nauigare Ephesum, ne moram faceret in Asiâ. studebat enim si posset, in die Pentecostes esse Hierosolymis.

Significat ἄσσον *propè* & per latitudinem significationis, *propinquum* & *parallelum* μιτυλήνη μίτα τῆς ὑλης ἰνίαν fila vel contextũ materiæ refrænare. χίος monadem, et à voce χέω effusionem, Σάμος fastigiũ, et à voce σημαίνειν signum. πρωγύλλιον derivatura πρώγειν edere & ὑλλέω leges promulgare μίλητος a μία & λητὸς vnitatem publicam.

Per unum orationis filum ita incedit narratio. *Cum propinquâ & parallelâ ratione, vel modo, Paulus contextum materiæ (i) corporis saginandi refrænasset Quidam effunditur a fastigio signorum, ad leges edendi promulgatas cum consensu publico vel Catholico.*

Huius sententiæ ordinandæ ratio in verbis historiæ externæ significatur. Apnd *Assum* (i) post lectionẽ dictionis Ἄσσον quæ significat *Propè & propinquum* assumitur *Paulus*, (i) nomen *Pauli* in contextum orationis: illuc enim venerat pedes, non per nauem (id est) non per rationem similitudinis rerum vel verborum, sed iuxta naturalem ordinem historiæ, & necessitatem intelligentiæ occurrit, & assumitur in textum sententiæ: inde ad *Mitylenæ*,

vocem venitur *Contextũ materiæ (i) saginationẽ carnis refrænandam*; & hic brevis pausa est orationis & colon: unde iterũ solvit navis lectionis allegoricæ. *Quidam sc. Eutychus effusus est.* Hìc veniunt adversus *Chium*, quia a sensu sub illa voce significato (i) excidendi ab altitudine intelligentiæ spiritualis, *Paulus* & quicum eo erant, viri sancti abhorrebant. Die proximo (i) intelligentiâ, συνέβαλον, collationem vel comparationẽ fecerunt in voce *Samo*, quæ significat Signum et fastigium (i) rem sub signo adumbratam. Est enim mutua relatio signi ad signatum : Et omnis figura exposita, similitudinem habet pyramidis erectæ super basim suam. Deinde manent in voce *Trogyllio*, quia per trium verborum spacium, illic moratur contextus orationis, *legu promulgatas de manducando* : proximè venitur ad *Miletum*, vnitatem & consensum *Catholicum*. Et hic terminatur sententia.

Sequitur ἔκρινε, iudicauit vel intellexit *Paulus* per sermonem quem de ieiunio habuerat, præternauigandam esse *Ephesum* (i) transeundum a desiderio corporis carnali, in meditationem sensus allegorici : & spiritualis. *Ne mora fieret in Asia* (i) ne in vulgari verborum significatione studiosus hæreret. Hæc erat intentio orationis quam habuerat *Paulus* de ieiunio & maceratione carnis, ut a vulgari verborum significatione abstinerent homines contemplationi dediti. Significat enim *Caro* simplicem & literalem intelligentiam verborum, cui quisquis deditus est, inidoneus fit auditor sapientiæ divinæ. *Vt in die Pentecostes si posset fieri, Hierosolimis esset.* Dies Pentecostes significat generalem inductionem

ctionem omnium particularium obſervationum intelligentiæ acquiſitæ ex verbi divini meditatione. In illo die deſiderabat eſſe *Hieroſolymis* (i) ut auditores ſui meditantes ſapientiam arcanam verbi, inductione omnium notionum factâ intelligerent ſenſum correſpondentem in materiâ pacis cum Deo, et naturalis deſiderij honeſtate.

Oratio S. Pauli ad Preſbyteros Epheſi paraphraſticè expoſita.

VOs noſtis a primo die ex quo ingreſſus ſum ad [a] prædicationem Euangelij popularem, & publicam: quomodo converſatus ſim inter vos toto tempore ſcænici huius actus: non faciens ea quæ liberè vellem, ſed propter *Chriſtum* Dominum formam iugi legalis ſuſcipiens, tanquam eſſem ſub lege, cum non ſim ſub lege: cum [b] profundâ rerum & verborum intelligentiâ, & [c] multiplici reiectione notionum quæ prima faciê veriſimiles vidêtur: et cum varijs eâ de cauſâ tentationibus, quæ acciderunt mihi ex inſidijs eorum [d] qui ſpiritualem fidei doctrinam ſine velo glorioſo verborũ nudè prædicant. Et quod nihil quod utile eſſet ſubtraxerim, quo minùs indicarem vobis & docerem, publicè & privatim, teſtificans tam [e] illis qui palam myſterium Dei enunciant, quam [f] eis qui ſub myſterio loquuntur, [g] mutationem ſenſus rerum divinarum, & fidem in Dominum noſtrum, & quoad [h] virtutem ſaluificam, & quoad [i] formam pietatis externam.

a In Aſiam.
b Humilitate.
c Lachrimis.
d Iudæorum.
x v. 20.
v. 21.
e Iudæis.
f Græcis
g pœnitentiam
h Ieſum
i Chriſtum

vocem venitur *Contextũ materiæ (i) ſaginationẽ carnis refrænandam*; & hic brevis pauſa eſt orationis & colon: unde iterũ ſolvit navis lectionis allegoricæ. *Quidam ſc. Eutychus effuſus eſt.* Hìc veniunt adverſus *Chium*, quia a ſenſu ſub illa voce ſignificato (i) excidendi ab altitudine intelligentiæ ſpiritualis, *Paulus* & quicum eo erant, viri ſancti abhorrebant. Die proximo (i) intelligentiâ, συνέβαλον, collationem vel comparationẽ fecerunt in voce *Samo*, quæ ſignificat Signum et faſtigium (i) rem ſub ſigno adumbratam. Eſt enim mutua relatio ſigni ad ſignatum : Et omnis figura expoſita, ſimilitudinem habet pyramidis erectæ ſuper baſim ſuam. Deinde manent in voce *Trogyllio*, quia per trium verborum ſpacium, illic moratur contextus orationis, *legis promulgatas de manducando* : proximè venitur ad *Miletum*, vnitatem & conſenſum *Catholicum*. Et hic terminatur ſententia.

Sequitur ἔκρινε, iudicauit vel intellexit *Paulus* per ſermonem quem de ieiunio habuerat, præternauigandam eſſe *Epheſum* (i) tranſeundum a deſiderio corporis carnali, in meditationem ſenſus allegorici: & ſpiritualis. *Ne mora fieret in Aſia* (i) ne in vulgari verborum ſignificatione ſtudioſus hæreret. Hæc erat intentio orationis quam habuerat *Paulus* de ieiunio & maceratione carnis, ut a vulgari verborum ſignificatione abſtinerent homines contemplationi dediti. Significat enim *Caro* ſimplicem & literalem intelligentiam verborum, cui quiſquis deditus eſt, inidoneus fit auditor ſapientiæ divinæ. *Vt in die Penteceſtes ſi poſſet fieri, Hieroſolimis eſſet.* Dies Pentecoſtes ſignificat generalem inductionem

ctionem omnium particularium obſervationum intelligentiæ acquiſitæ ex verbi divini meditatione. In illo die deſiderabat eſſe *Hieroſolymis (i)* ut auditores ſui meditantes ſapientiam arcanam verbi, inductione omnium notionum factâ intelligerent ſenſum correſpondentem in materiâ pacis cum Deo, et naturalis deſiderij honeſtate.

Oratio S. Pauli ad Preſbyteros Epheſi paraphraſticè expoſita.

VOs noſtis a primo die ex quo ingreſſus ſum ad [*a*] prædicationem Euangelij popularem, & publicam: quomodo converſatus ſim inter vos toto tempore ſcænici huius actus: non faciens ea quæ liberè vellem, ſed propter *Chriſtum* Dominum formam iugi legalis ſuſcipiens, tanquam eſſem ſub lege, cum non ſim ſub lege: cum [*b*] profundâ rerum & verborum intelligentiâ, & [*c*] multiplici reiectione notionum quæ prima faciê veriſimiles vidêtur: et cum varijs eâ de cauſâ tentationibus, quæ acciderunt mihi ex inſidijs eorum [*d*] qui ſpiritualem fidei doctrinam ſine velo glorioſo verborũ nudè prædicant. Et quod nihil quod utile eſſet ſubtraxerim, quo minùs indicarem vobis & docerem, publicè & privatim, teſtificans tam [*e*] illis qui palam myſterium Dei enunciant, quam [*f*] eis qui ſub myſterio loquuntur, [*g*] mutationem ſenſus rerum divinarum, & fidem in Dominum noſtrum, & quoad [*h*] virtutem ſaluificam, & quoad [*i*] formam pietatis externam.

a In Aſiam.
b Humilitate.
c Lachrimis.
d Iudæorum.
x v. 20.
v. 21.
e Iudæis.
f Græcis
g pœnitentiam
h Ieſum
i Chriſtum

v. 22. Et nunc ecce ego proficiſcor *Hieroſolymam* terrenam, obligatus ad demonſtrandum ſimilem hiſtoriam rerum gerendarum in prædicatione doctrinæ correſpondentis (i) *Hieroſolymâ* cæleſti: quæ illic eventura ſunt ex concurſu hoc duplici rerum ignoro: præterquam quod ſpiritus ſanctus in ſingulis Eccleſijs teſtatur, quod vincula et afflictiones
v. 23. me expectant. Quoniã per omnes ubique *k* Eccleſias, video quod communi conſenſu vulgus *Chriſtianorum* libertatem reſtringat loquendi publicè de ſenſu alio arcano, qui correſpondeat intelligentiæ fidei *Chriſtianæ* vulgari. Quod pro exemplari propoſitum eſt vinculorum & afflictionum quas in corpore ſuſtenturus ſum.

k Civi tatem.

v. 24. Sed nihili hæc æſtimo, neque vitam meam pretioſam habeo: Vt perficiam curſum vitæ meæ cum fruitione boni deſiderati: & miniſterium quod ſuſcepi a Domino ſalvatore, teſtificando Euangelium gratiæ divinæ. (i) Quod totus actus pietatis externæ rationem gerat alterius internæ, & cæleſtis, quæ ei imputatur.

l Gaudio

v. 25. Et nunc ecce cognoui quod vos omnes per quos tranſivi, prædicans regnum Dei ſpirituale, quod per obſervationem ſenſus non dignoſcitur, non ſitis amplius viſuri [*m*] formam prædicationis meæ quam inter vos tenui:

m Faciem

n Hodie. v. 26. Propterea proteſtor vobis in (*n*) intelligentiâ verborum omnibus obviâ: quod purus ego ſim a ſenſu & æſtimatione rerum *Catholicâ*, vel totius multitudinis: Neque enim ſubtraxi me quo minus
v. 27. indicarem vobis totam voluntatem Dei bonam, (i) in formâ pietatis *Catholicæ*; bene placitam in ſenſu

su vere fidelium, et perfectam in supereminenti scientiâ claritatis *Christi*.

Attendite ergo vobis, & toti gregi, in quo spiritus sanctus vos posuit Episcopos, o) ad determinandũ sensum & intelligentiam totius Ecclesiæ fidelium simplicium; quã per *p)* proprij sensus & intentionis effusionem & neglectum, acquisiuit ubique. Dicitur enim πόιμην. Pastor ὁ ποιῶν μένσιν qui determinat sensum populi simplicis. v. 28. o Pascere p Sanguinem

Ego enim novi quod post discessum meum, ingredientur inter vos *Episcopi* & Doctores, qui simplicem vitam agentibus juxta libertatem *Christianam* non parcent, etiamsi sinè offensione publicâ fiat. Et etiam ex vobis ipsis exurgent homines, qui verba fidei publicæ pervertent, ut familiam sectariorum ducant. v. 29. Lupi v. 30.

Propterea vigilate ne falsâ specie rerum decipiamini ut neque veritatem Dei in iniusto sensu possideatis: neque iustitiam Dei in perversâ formâ verborum enuncietis. Et recogitate quomodo per trienniũ, tam in formâ loquendi *(q)* Parabolicâ, quam *(r)* simplici, & nudâ, non cessaverim sensum spiritualem vobis miscere, cum *(s)* rejectione notionis rerum in specie verisimilum. v. 31. q Noctes. r Dies. s Lachrimis

Et nunc fratres commendo vos Deo, internæ rerum essentiæ *(t)* & verbo eius correspondenti: qui potest super fundamentum fidei *Catholicæ*, superedificare vos in cõignationem intelligentiæ superiorem: et dare vobis hæreditatem in *(u)* totâ *Catholicâ* sanctitate. v. 32. t Gratiæ u Omnibus sanctis

Ego enim in hac ædificatione animæ ad subordinatos gradus altioris sapientiæ, opus non habui v. 33.

ut

ut a quoquam (x) conclusionem aliquam ratiocinio deductam, (y) vel observationem aliquam ex verbo Dei susciperem. Nemo enim inter principes Apostolorum mihi aliquid apposuit, neque [z] formam loquendi & vestiendi notiones mentis meæ a quoquam accipere desideravi: vos enim scitis, quod ad meos usus & meorum, [a] propria rationis meæ potentia suppeditaverit. Omnia vobis ostendi in exemplo meo, quod ita studendo & meditando, oportet fratres infirmos in fide *Christi* sincerâ & internâ, apprehendere: & concipere pro spiritualibus, & perfectis. Et recordari dicti Domini *Iesu*. Quod beatius multo sit [b] imputare aliis gratiam veræ pietatis: quam opus habere ut imputetur. Hæc est interpretatio lucida concionis Apostolicæ, cuius partem sub sensibili nauigationis sequentis historiâ prouidentia divina expressit. Quod enim dixit Apostolus se spiritu ligatum *Hierosolymam* tendere, (i) obligatum ad repræsentandum in actu corporeo passionum venturarũ in *Hierosolyma* terrenâ, afflictionem quam sensisset in prædicatione doctrinæ concordis, quæ cœlestis *Solima* est: directe significatum est in historiâ navigationis proximæ per locorum nomina per quæ transiebant Significat enim Κῶι intelligentem, ῥόδος ἔρωτος ὁδὸν amoris viam. *Hebraicè*, חבצלת adumbratio amoris πάλαιος πάλος ἀρᾶς via maledictionis, φοινίκη ἐφ' ὅσον νικᾶ in similitudine vincit Κυθρον Κύσιν παρῆσαν generationẽ præsentẽ συρία *Hebraicè* אשר progressus directus ad fælicitatẽ τύρος *Hebraicè* צור afflictionẽ Contexe verba in unam orationis telã, & ita se habebunt *Paulus*

[x] Argentum
[y] Aurum
[z] Vestimentum
[a] Manus
[b] Dare quam accipere.

bit: *Paulus* intelligens viã amoris sub via execrationis & odij, similiter vincet in generatione præsenti, progressum directum ad fælicitatem, per afflictiones, (i) quemadmodum *Paulus* prohibitus a populo loqui de sensu correspondenti fidei *Catholicæ*, tamen sub formâ verborum contradictoriâ subintellexit & prædicavit sensum *Christi* correspondentem vulgari. Eodem modo in hoc seculo potietur viâ fælicitatis sub afflictionibus.

In *Tyro* navis exoneratura erat merces suas: Quia nauis Allegoricæ expositionis, in illo nomine perfectam factura erat sententiam, sine relatione ad plura verba sequentia. In duabus autem navibus vecti sunt successiuè, a *Myleto* ad *Tyrum*: quia duæ sunt partes sententiæ allegoricæ huius. Prima: Quemadmodum *Paulus* intellexit viam amoris sub via execrationis: secunda est ἀπόδοσις; Eodem modo vincet in seculo præsenti viam ad beatitudinem per tribulationes corporeas.

Dicuntur ἐυθυδρομήσαντες venisse ad Co. Quia in recto casu incedit ductus sententiæ. Dicuntur ἀναφάναντες Κύπρον (i) proportionabiliter declarãtes: quia interpretatio nominis illius pro generatione præsenti, allúdit ad similitudinem nominis Κύπρις Veneris, quæ significat generationẽ carnis. Et dereliquerũt eam ad lævam, non ad dextram: quoniam in contextu orationis in obliquo casu, non in recto ponenda est dictio significata.

Illic, id est, in materiâ afflictionis & mortificationis religiosæ invenerunt discipulos: & manserunt illic 7 dies (i) donec sabbatum intelligentiæ festæ & spiritualis solatij perfeciſſent Quoniam dixe-

runt ad *Paulũ* in ſpiritu ne aſcenderet *Hieroſolymam*. Quod non poteſt intelligi ad literam, tunc enim inobediens fuiſſet *Paulus* voluntati divinæ; ſed in ſpiritu (i) ſpirituali ſenſu monuerunt S. *Paulũ*, ne in orationis ſuæ curſu, tenderet ad alium ſenſum arcanum correſpondentem communi, ſicut prius fecerat. Et hoc eſt aliud exemplum apoſtaſiæ *Catholicæ* illo tempore exordientis. De quâ ut iam ubique perfectâ, ad *Timotheũ* ſcribit Omnes qui ſunt in *Aſia* dereliquerunt me. Quod non intelligitur ad literam: quia *Oneſiphorus Aſianus* requiſiuit *Paulum Romæ* et inuenit: Sed omnes qui ſunt in *Aſia* ſignificat, omnes qui in vulgari verborum *Catholicorum* ſenſu ſubſiſtunt, neque poſſunt ad altiorem eorum intelligentiam pertingere. In quorum numero ſunt *Phygellus* & *Hermogenes*: φυγελλος qui fugit mutum (i) myſterium tacitum verborum quod foris non auditur Et Ερμογενης interpres naturalis. Quæ duo nomina clarè exponunt quid per *Aſiam* et *Aſianos* intelligatur, nempe ij qui ſimpliciter accipiunt verba *Catholicæ* et popularis doctrinæ, ſecundum naturalem ſignificationem verborum, ſine myſterio. Cum autem Apoſtolus ἡμίεργας ἐξηρτισε (i) intelligentias rerum veras inarticulaſſet (i) rectè & ſubordinatè ſtatuiſſet, et auditores carnales ſub obedientiâ ſpiritus redegiſſet: Egredientes iterum ad naues tendebãt cum comitatu omnium civitatis illius *Chriſtianorum*: Et ponentes genua ſuper arenam precati ſunt. *Ingeniculatio* ſignificat ſubordinationem intentionis animæ ſive in intellectu, ſive in voluntate: Arena vero ſignificat conſenſum *Catholicæ* multitudinis, ſuper quam do-

2 Tim. 1. 15. 16.

Ingeniculatio

Arena

mus Ecclesiæ *Romanæ* ædificata, nunc fluctibus similitudinum, et flatibus spiritualium rationũ pulsata, et imbribus novæ verbi doctrinæ cælitus venientis, oppressa corruit. Ergò Apostolus super *Catholicam* multitudinem statuens subordinationẽ intentionis suæ ad Deum, eosdem in charitate amplectitur: Ipsi vero post discessum Apostoli regressi sunt ad sua (i) ad opinionem carnalem quam prius susceperant, sicut et universus orbis Ecclesiæ *Catholicæ*. Nah. 1. 2.

Continuatâ hac interpretationis serie, historias istas exposui: vt ostenderem quæ sit prima fidei *Christianæ* simplicitas, & quod de facto Ecclesia *Catholica* ad aliud Evangelium conversa sit, & ex qua occasione, & quo tempore id acciderit. Mora enim *Iudæorum* in eremo per 40 annos, & migratio a mansione ad mansionem implicita, significabat statum Ecclesiæ *Christianæ*, quæ intermedio tempore a primo *Christi* adventu ad secundum, per quadragesies quadraginta annos duraret usque ad præsentem annum 1633. secundum computationem *Catholicam*. Singulis ergo annis peregrinationis in eremo respondent 40 anni *Christianorum*. Et sicut illa prima Apostasia *Iudæorum* in adoratione vitulorum, intra medium annum facta est ab egressu *Ægypti*: ita similis Apostasia *Christianorum* ab obedientiâ verbi Dei et Apostolorum, accidit sub fine primi vicenarij annorum æræ *Christianæ*. Sicut spiritualiter dicitur a Deo de Ecclesiâ *quadraginta annis proximus fui generationi huic* (i) quadragesies 40. parallelè accessi ad operationem eorum per gratiæ societatem, non imputans eis Psal. 95. 10.

peccata sua, sed iustitiam meam: ipsi verò erra-
runt a me in sensu suo, & non cognoverunt vias
meas. Tempora enim Ecclesiæ *Catholicæ* sunt dies
Luc. 17. 22. illi, in quibus verè fideles, desiderarent videre u-
num diem filij hominis: (i) vnam propositionem
veritatis fidei *Protestantium*, & non viderent. Sed
diceretur omnibus quærentibus quæ sit veritas
germana & sincera *Christi Iesu*: Ecce hic, & ecce
illic (i). Hæc est veritas fidei quæ omni in loco, &
omni tempore inter *Catholicos* prædicatur.

Iohan 16. 2. Et hi sunt dies in quibus omnes qui occidunt
discipulos *Christi*, putabunt se Deo obsequium præ-
bere. Quæ phrasis loquendi non potest applicari
Paganis persequutoribus, qui Dijs non Deo unico
cultum se deferre æstimabant. Neque dicitur Deus
gentium Demonium est: sed Dij Gentium. Et
quandocunque nomen Dei nominatur in scriptu-
râ sine restrictione aliquâ, qua distinguitur a vero
Deo, ad eum pertinet. Et hæ sunt gentes atrij exte-
Apoc. 11. 2. rioris, qui civitatem sanctam calcabunt: Quod non
potest intelligi de *Paganis*, qui nullam partem τῆς
Rom. 3. 2. λογίων τοῦ θεοῦ (i) proportionabilitatũ Dei habebant.
Erat enim illa dignitas *Iudæorum* super omnes na-
tiones. Et in atrio exteriore communis cultus Dei,
exercebatur in sacrificijs: quod non potest accom-
modaari cultui *Paganorũ*, quæ enim gentes offere-
bant sacrificia, præstabant demonijs, non Deo:
quæ autem fiebant in Atrio exteriori, Deo vero fi-
ebant. Et hi sunt illi qui in novissimo tempore
2 Tim. 3. 5. habituri erant formam pietatis: sed virtutem ejus
negarent. Per scelera vero illa quæ enumerat Apo-
stolus, non intelliguntur vitia contra bonos mores,

sed

sed spirituales nequitiæ in rebus cœlestibus. Alioqui quisquis ea flagitia faceret, non haberet formam pietatis, est enim manifesta forma impietatis. Spiritualiter itaque intellecta verba illa, ad *Catholicos* pertinent.

Et hoc est illud tempus in quo impleta est spiritualis prædictio *Christi* de destructione *Hierosolymæ*; Cum videritis circundari ab exercitibus *Hierusalem*, scitote quod appropinquat desolatio ejus. (i) Cum videritis omnes Ecclesias *Christianas* oppugnare doctrinam sensus spiritualis concordantis cum carnali, & iustificationis per solã fidẽ: tempus illud est in quo vastabitur & anathema fiet spiritualis Dei Ecclesia. Nam ante id tempus per nubẽ doctrinæ typicæ & symbolicæ, fulgura interioris sensus reconditi emicabant: postea vero obturata est lux cælestis, ne stricturas sui publicè ederet. Tunc qui sunt in Iudeâ fugiant ad montes (i) Tunc qui credunt doctrinæ gratuitæ remissionis peccatorum per solam fidem sine operibus, fugiant ad formam eloquendi sensum illum sub symbolis. Montes enim dicuntur quasi monentes (i) symbolicæ loquutiones altæ, & supra captum vulgi; qui in plano sensu scripturæ libentiùs sine labore versantur. *Et qui sunt in medio eius excedant.* Et qui conuersantur cum huiusmodi Christianis, derelinquant eorum societatem. Et qui sunt in confinibus eius ne ingrediantur in eam. (i) Qui prope adducti sunt per contemplationem & vim rationis, ut in eam opinionem concedant; ut palam veritatem illam profiteantur, ne id faciant; *Quia dies vindictæ illæ sunt: ut impleantur omnia quæ scripta sunt.* (i) Tunc Luc. 21. 20.

enim illa tempora ἐκ δικαίου iustificationis externæ ἐξωτέρας δικαιοσύνης: ut secundum literalem legis sensum omnia observentur, sine relatione ad mysterium cultus Dei spiritualis:

Væ autem prægnantibus & lactantibus in diebus illis, (i) Multa erit miseria & afflictio, hominibus qui iuxta illam doctrinam studeant alios ad vitæ sanctæ regenerationem suscitare: & qui hac catechismi, alijs vitam austeram ingredientibus instillant: Necesse enim est, ut se ad omnem vitæ rigorem conforment, et libertati naturæ et Evangelij renuncient: ut dignitatem apud populum tueantur.

Luc.6.26. Sicut dicitur, væ vobis cum laudaverint vos homines, et omne bonum de vobis dixerint. Quia hoc quod bonum a vulgo carnali dicitur, non aliud est quam commendatio hominis de studio ἀπωλείας. Erit enim necessitas magna super terram [i] dependentia magna de *Catholica* ecclesia, et ira in populo hoc. [i] indignatio in eos qui clarè doctrinam fidei profitentur sine velo verborum. Et cadent in ore gladij [i] condemnabuntur et deijcientur a statu et opinione iustitiæ, per formam loquendi directè contrariam. Est enim μάχαιρα dicta παρὰ τὸ μαχομένα ἐν ἑαυτοῖς αἴρειν Quod res inter se repugnantes et male coniunctas dividat per distinctionem sensuum. Talis gladius est iste. Iustificamur per fidem sine operibus præcedentibus: sed non consequentibus. Et, Iustificamur per fidem *Christianam* sine operibus legis ceremonialis: sed non per meram fiduciam iustitiæ *Christi* imputatæ nobis. Et captivi ducentur in-

ter omnes gentes (i) ab omnibus *Catholicis* vinculo anathematis ligabuntur. Et *Hierusalem* conculcabitur à gẽtibus, donec impleantur tempora gentium (i) donec *Catholicorum* tempora finiantur. Non quod *Hierosolyma* terrena restituenda sit post tempus illud, sed *Hierosolyma* spiritualis. *Hierosolyma* enim terrena figuram gessit alterius civitatis spiritualis, ut ait *Apostolus*: Igitur necesse est, ut talis calamitas in illam incideret, & ut longo tempore à gentibus cõculcaretur. In omnibus enim operibus Dei invenies unum cõtra unũ, & nihil fecit deesse. Gal. 4. 16. Eccli. 33. 15.

CAP. 27.

Demonstratio numeri annorum Ecclesiæ Catholicæ, *à principio apostasiæ eius, ad tempus Evangelij restaurati, sub* Luthero.

IN tertio cap. *Genes.* cùm Deus numerum annorum definivisset, quo exacto *Christus* nasceretur; qui contriturus erat caput Diaboli: addidit alteram prophetiam de invidiâ Diaboli, qui, seminando zizania in agro Domini, contriturus esset calcaneum eius, in Ecclesiâ verâ fidelium. Et simul, in ipsis literis numeralibus dictionum, expressit præcisè tempus, quo duraret contritio illa. Est verò tempus contritionis, totum illud spatium annorum, à primo anno apostasiæ *Catholicæ*, usque ad prædicationem *Lutheri*; et lucem Evangelij revelatam: in quo, vera *Christi*, & ἀνυπόκριτος Ecclesia, adeò contrita est, ut non possit *Christus* erigere se, & visibilitèr in mundo incedere. Matth. 13. 25. Gen. 3. 15.

Et tu conteres calcaneum ejus.

א ת ח ת ש ו פ נ ו ע ק ב

2. 102. 71. 11. 50. 87. 11. 305. 410. 5. 405. 7.

Et hæc est perfecta summa temporis, quo permittebantur à *Christo* crescere zizania. Nam si addas 53. annos ab ærâ verâ *Christi*, quandò cœpit conteri caput Diaboli, ad numerum 1466. incidit in annum Domini 1517. vel si ab ærâ *Catholicâ* ordinaris, in 1519. Et lectio à principio, et fine dictionum, docet nihil esse addendum, vel demendum de totâ summâ. אתּ עיהוב *Ipsam speciem da*, vel *Ipsa species floret*. Totum ergo tempus intermedium, à 53. Anno *Christi*, ad Evangelij prædicationem, continet 1466. annos.

CAP. 28.

Demonstratio temporis præfiniti Ecclesiæ Catholicæ, *& Ecclesiæ* Protestantium *ex mensura duarum columnarum* Salomonis.

VEnio ad alium typum veteris Testamenti, qui non magis retiaculo linearum, quàm obscuritatum, in literali historiâ perplexus est: ut non loquar de cõplemento eius in *Christo*: quod ita excessit captum omnium cõmentatorum, ut mensuram eius, non nisi in spumâ generalis similitudinis auderent attingere. *Et formavit duas colũnas ex ære* 18. *cubitorũ erat altitudo columnæ unius, & filum* 12. *cubitorum ambiebat columnã utramque*. Ex quo colligitur totum numerũ cubitorum fuisse 216. Quod verò 2. Paral. 3. dicitur lõgitudo columnarũ fuisse cubitorum 35. est implicita computatio altitudinis 18. et ambitus 12. inter se multiplicandi. et prætereà 5. cubitorum Epistylij apponendorum.

2. Reg. 7. 14.

2. Reg. 7. 15. *Et duo capitella fecit, ut ponerentur supra capita columnarũ, ex ære fuso: 5. cubitorum erat altitudo capitelli unius: & 5. cubitorum altitudo capitelli alterius.*

Er-

Erat altitudo capitelli 5 cubitorum. Latitudo vero posterius significatur fuisse 4 cubitorum a centro medio columnæ. Erant ergo 24 cubiti in circuitu, qui multiplicati per 5 cubitos altitudinis, faciunt 120 cubitos. Quod verò alibi dicitur Epistylium habuisse 3 cubitos altitudinis, significat distinctionem fuisse factam 2 cubitorum inferiorum a tribus sequentibus, quia angustioris ambitus erant tribus altioribus.

Implicationes faciens retiaculi, & magnificationes vel incrementa faciens radicaliũ respectuum vel relationum, ad capitellum quod erat supra caput columnarum: septenorum ad capitellum vnum, & septenorum ad capitellum aliud. v. 17.

Dictionem מעשה accipio pro verbo, non pro verbali, libera lectione punctorum. Significat capitellum quod factum erat opere reticulato per linearum ductus transuersos in forma quadri septenarij geminati et mutuo impliciti, inferius relatum esse ad columnam: tanquam figuram illi correspondentem: et similiter cancellos reticulatos columnæ per signum multiplicationis septenariæ relationem habuisse ad numerum cubitorum in epistylio. Et præterea æquivocatio dictionis ירכה significantis capitellum vel circulum, etiam ad basim circularem columnarum pertinet. Quia supra basim illam quæ unitatis loco habetur, facta est multiplicatio 217 cubitorum columnæ utriusque per 7.

Et hinc intelligendum quod secundo Paralipomenon dicitur; Et fecit catenulas in oraculo: & posuit eas super capita columnarum. Dictio דביר & oraculum & gubernaculum significat: & con-

venit capitello quod instar regiminis est columnæ subiectæ. Ratio multiplicationis per septenarium definitur: non quod ipsa magnitudo columnæ septies excederet capitellum: sed quod in cancellis columnarũ, per lineas transuersas distinctis, continneretur nota hieroglyphica malogranati, super basim positi: quod representat literam ז significantem septem: quemadmodum in capitellis, lilia similem usum habebant characteris numeralis, ut postea dicetur.

v. 18. *Et fecit columnas, ita ut duo ordines vel duo boves essent super cancellum unumquemque, ad numerandum ambitum qui erat super capita malogranatorum: & sic faciebat capitello alteri* [ ] *cum respectu ad capitellum alterum*: vox כסות quæ vertitur ad operiendum, significat etiam ad supputandum, & numerandum: vox vero בתרת & שבכת tam de columnâ quam de epistylio usurpantur Erat enim utraque columna facta opere reticulato, quia cubiti distinguebantur altitudinis, per lineas circulares, & ambitus similiter per lineas arrectarias.

Cancelli facti in forma ם, duos ordines habebant (i) numerorum: simplicem unitatum, et hieroglyphicum septenarij, in formâ malogranati. Et etiam habebant singuli duos boues: ad significandum numerum qui per voces illas exprimitur שורים 825.

v. 19. *Epistylium vero quod erat supra capita columnarum, erat opus liliorum super vestibulum 4 cubitorum.*

Per vestibulũ intelligitur area superna columnæ, cui Epistylium insidebat. quæ 4 cubitos habebat latitudinis, sicut dictum est: et 12 in circuitu iuxta

rationem

rationem circuli, qui cõtinet ter diametrum suum. Ver. 20.

Et capitellum quod erat supra duas columnas, etiam deorsùm socialitèr sè habebat ad ventrem qui oppositus erat retiaculo:

Id est, capitelli medium per incastraturam dimittebatur in concavitatem columnæ, quæ etiam vocatur vestibulum cubitorum 4. Epistylij.

Et malogranata ducentorum ordinum undique erant Ver. 21.
juxta capitellum utrumque: pro quo in libro paralipomenon dicitur, quòd essent centum malogranata cùm essent ducenta, in duos ordines divisa: tanquàm paria malogranatorum 100. Distinguuntur Hier. 52. 23.
malogranata hæc apud *Hieremiam* prophetam, ut 96. seorsìm ponerentur, quæ dicuntur רוחה respirationis: quia corticem apertum habebant: 4. verò intelliguntur fuisse aperta, sed iterum obturata: centum verò reliqua perpetuò clausa.

Et erexit columnas in vestibulo templi: & erexit Ver. 22.
columnam dextram, & vocavit nomen ejus Iacin.
Et erexit columnam sinistram, & vocavit nomen ejus Booz.

Et super caput columnarum erat opus lilij adæqua- Ver. 23.
tio annùt, quo perfectum sit opus columnarum.

Id est, in summitate uti iusque columnæ, formabatur lilium ex opere statuario: quod designabat hieroglyphicè annum à diluvio quandò *Hiramus* absolvit opus hoc columnarum.

Alioqui manifesta tautologia est, & insubida repetitio, nisi hoc modo exponatur. שושנה lilium per divisionem significat similitudinem anni, sicut S. *Paulus* bis legit verba illa *Geneseos*. *Et factus est homo*, &c.

Sicut verò *Malogranatum* appositum est ad exprimẽdum numerum septenarium: sic hoc in loco *Lilium* adhibitum est, ad significandum annum à diluvio, in quo opus columnarum perfectum est.

Illa enim erat Epocha communis *Salomoni Iudæo*, & *Hieramo Gentili*: observantur verò in *Lilio* sex folia, similia literæ ך: & sex lingulæ similes literæ י: & striaturæ, vel sulci 6. similes ן in fundo *Lilij*, super quos similitudo columnæ cum epistylio suo erigitur. Sex autem figuræ ך continent 1200, & sex י 42. & sex ן, 36. Qui numeri simul additi fiunt 1278. Qui numerus est annorum à diluvio, ad secundum annum operis Templi *Salomonij*, quandò fusæ sunt columnæ.

Hæc est curiosissimi operis, & perplexæ descriptionis summa. Exurgant nunc 4. venti cœli, & mare hoc typicum columnarum vexent: & in omnem partem notiones rerum intelligibilium exagitent, ut spumam similitudinis ebulliant: & tamen nihil præstabunt, quod minimam verisimilitudinis speciem exhibeat. Ego verò verbo Dei duce, & sancto Spiritu eius, animabo statuas has æneas, & expositionem suavem duro cortici infundam; ut cuivis etiam malevolo si non confessionem exprimat, agnitionem tamen imprimat.

Et formavit duas columnas ex ære, octodecim cubitorum altitudo columnæ unius: & filum 12. cubitorum ambiebat columnam utramque. Sicut priùs per mare designabatur tota materia typica Synagogæ *Iudaicæ*, à tempore *Abrahami*, ad Nativitatem *Christi*: & per boves suppositos, *Christianorum* doctores, investigantes omnimodam ejus

potentiam

potentiam: ita per has columnas significatur stabilitas Ecclesiæ *Christianæ* investigantis mysteria *Christi* ex nube similitudinis & ductu verisimili sensuum; ità ut a canone fidei *Catholicæ* non aberrarent. Dictio enim מעמד Columna, significat stabilitatem, ministerium, & baptizatum, id est stabile ministerium *Christianorum* qui per baptismum *Christo* initiantur, & per nomen baptizatorum distinguuntur a cæteris, sicut Iudæi per nomen circumcisionis.

Et hæc est columna gemina *Catholicæ* Ecclesiæ quæ super ὑπόδειγμα veritatis typicæ *Iudæorum* erigitur, & Epistylio Ecclesiæ *Protestantium* redimitur: in qua *Christus* constantem ordinem ministerij successiui instituit: ne circumferrentur *Christiani* omni vento doctrinæ secundum impostu-ram hæreticorum quævis phantasmata in similitudinem veritatis miro artificio coeinnantium: Sed providentiâ suâ ita fluidam nubem imaginationis humanæ defixit, ut exterior forma veritatis in fide *Catholica* constanter perseveraret: Et authoritas etiam pastorum & doctorum eius stabilis esset, donec per ministerium meum fieret utriusque fidei vnio: & Ecclesiarum communio.

Cogitate ex hoc exemplo columnarum quanta confusio hactenus inter *Christianos* fuerit: dum columna *Catholicâ* societatem epistylij sui non patitur, et epistylium *Protestantium* subruere nititur columnam suam cui imponendum est. Indecorum humi jacet epistylium, indecora sine capitello suo columna est: sed utraque pulchra sunt cum conjunguntur.

Gemina hæc columna facta ex ære, significat rationẽ ſtabilem qua *Chriſtus* Eccleſiam ſuam deduxit in infirmitate coniecturæ humanæ, tã in materiâ cotemplativâ ſimilitudinis Allegoricæ, quam in materiâ practicâ de fide: ſignificat enim *Iachin* ſimilitudinem rerum: ſed *Booz* in ipſo robur eſt. Eſt enim ratio in intellectualibus, idem quod robur in corporeis. Vtraque tamen æſtimatio tam per ſimilitudinem rerum, quam per veriſimilitudinem rationis, coniecturalis fuit.

Columna utraque habuit in altitudine 18. cubitos & in circuitu 12. ex quibus inter ſe multiplicatis fiunt 216. cubiti, præter baſim, quæ non diſtinguitur certis menſuris: ſed pro vnitate habetur: Quoniam in Chronologiâ *Chriſtianæ* Eccleſiæ, tempus Synagogæ *Iudaicæ*, non cenſetur: ſed ſimplicitèr pro fundamento ſupponitur: & ſub unitatis ratione computatur, ut fiat totus numerus 217: qui multiplicati per ſeptem, quemadmodum in textu monetur, fiunt 1519: qui numerus eſt Eccleſiæ *Catholicæ* a *Chriſto* nato ſecundum æram communem, ad primum annum Eccleſiæ *Proteſtantũ* perfectè natæ in ſcænâ hâc mundani temporis. Et terminus eſt Eccleſiæ *Catholicæ* ſub myſterio inquitatis, concurſum gratiæ efficacis hauriẽtis:

Quemadmodum enim menſis Lunæ tripliciter conſideratur: primò quoad regreſſionem ad punctum, in quo a ſole diſceſſit: ſecundò quoad aſſequutionem ſolis iam remoti a puncto priori, in quo convenerant duo luminaria: tertio quoad apparentiam novæ Lunæ, diſiunctæ a ſole: ita tri-

triplex est terminus Ecclesiæ *Catholicæ*: Primus in anno 1519: in quo regressa est ad idem punctum apostasiæ a doctrinâ solius fidei iustificantis, a quo incæperat progredi in primitivâ Ecclesiâ. Sicut enim illo tempore, simplicitatem Evangelij corrupit, & mutavit in aliud Evangelium in specie carnali, sed idem in intelligentiâ spirituali: ita nunc denuò condemnavit simplicitatem fidei nudè propositam, & iustitiam legis amplexa est: eoque impudentiæ processit, ut nullum sermonem de spirituali intelligentia fidei *Catholicæ* (i) de respiciendo ad virum suum, hominem cœlestem, audire sustineret: cum a me proponeretur 24 ab hinc annis. Secundus terminus Lunæ *Catholicæ* redeuntis & occurrentis soli *Christo*, & cum eo conjunctæ, est tempus hoc anni 1633 in quo ad *Christum* virum suum in fide Ecclesiæ *Protestantium* incipiet uniri. Tertius terminus est in fine huius seculi quando Ecclesia carnalis *Catholicorũ* mortuorũ, qui non *sunt secuuti Christum in regeneratione, neque partem habuerunt in resurrectione primâ, sed tantum in nomen Christi crediderunt, vel pro eo passi sunt*: iterum in mundum morientium ingredientur: ut centuplum suum recipiant: & cum afflictione animæ in studio sapientiæ divinæ, tandem vitam æternam suscipiant. Math. 19. 28.

Et duo capitella fecit, ut ponerentur supra capita columnarum ex ære fuso. Quinque cubitorum erat altitudo capitelli unius: & quinque cubitorum altitudo capitelli alterius. v. 16.

Significat כתרת Epistylium, & coronam, & id quod expectatur venturum, & a *Rabbinis* accipitur

pro

pro suprema potestate nominis divini : Et significat Ecclesiam & fidem *Protestantium*, ad quam pertinet glorioſa corona & multitudo omnium fidelium ab orbe condito. In illa enim Ecclesia praedicatur salus vel salvandi ratio, *quæ parata erat revelari novissimo tempore*, non primo. Et illa fides suprema est potestas nominis divini in hoc mundo. Et illa Ecclesia virilis caput est mulieris *Romanæ* sicut ipsius *Christus*. Sicut enim Ecclesia *Iudaica* & veritas fidei illius, erat ἐδραίωμα τῆς ἀληθείας in doctrinâ & historiâ typicâ : ita Ecclesia *Catholica* est στύλη columna, & Ecclesia *Protestantium* coronis. Supponit enim fides *Catholica* veritatem fidei *Iudaicæ* pro typo suo sub quo glorificatur, omnis enim gloria habet velamen. Et similiter supponit fides *Protestantium* veritatem fidei *Catholicæ* ex qua reveletur : unde dicitur quod *tota creatura expectat revelationem filiorum Dei* : nihil autem revelatur nisi quod demonstratur sub velo aliquo latuisse, & inde productum esse. Atqui hactenus Ecclesia nostra non est revelata : sed sine omni verborum respectu, nudè & sine gloriâ exhibita est in scena mundi. Propterea opus est ut reveletur. Non enim creavit Deus lucem sine relatione ad subiectum cui quo fieret : sed produxit lucem ex tenebris : neque ipsa beatifica dei visio perficietur absque relatione ad *Christum*, in quo reconditur. *Quoniam Deus qui iussit lucem splendere ex tenebris, fulgorem edidit cordibus nostris* (i) *sensu* fidei *Christianæ* ἀνοποχρώντως *ad illuminandum scientiam gloriæ Dei in facie Iesu Christi*. Et quemadmodum *Iacob* non assequitur benedictionem, licet a Deo promissam, nisi vesti-

Ps. 1. 5.

1 Tim. 3. 15.

Rom. 8 19.

2 Cor. 4. 6.

menta fratris sui, nomenque induat: similiter nisi religio *Protestantium* ex nube pulchritudinis *Romanæ* oriatur; decore suo caret, & charitatis fraternæ formâ. Et hæc sunt viscera misericordis sensus Dei, in quibus *Christus* visitat suos oriens ab alto (i) *Roma*. Quamvis enim doctrina *Catholica* sit glorioſa facies *Christi* quæ sub velo *Moysis* latebat: tamen hæc ipsa veritas quæ glorificatur respectu synagogæ, non glorificatur respectu eminentioris gloriæ *Protestantium*, sed fit respectu *Iudæorum*, δόξαι respectu nostrorum non δόξα, sed ἔτι μᾶλλον δόξης.

N. 42 מרום Altum & Romana.

Luc. 1. 78. Eph. 2, 6.

Sicut altitudo Epistylij fuit 5 cubitorum, ita latitudo fuisse dicitur a centro suo 4 cubitorum: habebat ergo 24 cubitos in ambitu: qui multiplicati per 5 faciunt 120, qui numerus est annorũ Ecclesiæ *Protestantium* ab anno Domini 1519 inclusivè ad annum 1638, quem finem evolutionis mundanæ suppono. Quod vero alibi dicitur altitudo Epistylij fuisse 3 cubitorum: facit distinctionem duorum priorum qui paulo contractioris ambitus fuerunt. Et significat distinctum terminum æræ *Protestantium* post 2 cubitos, id est 48 annos primos, & novam rationem Epochæ orientem anno Domini 1567, secundum computationem Ecclesiæ Anglicanæ, quæ annum a festo annunciationis orditur. In fine enim anni illius 27 Februarij, die veneris, horâ primâ post mediam noctem natus sum omnium hominum minimus, peccatorum maximus, in cuius humili ministerio decrevit Deus Epistylij *Protestantium* ambitũ extendere in maiorem gloriam.

Ex are etiam fuso factum est capitellum. Id est ipse

se modus dirigendi veritatis investigationem inter *Protestantes*, non per immediatam inspirationem factus est (prophetarum more) sed per coniecturam rationis & verisimilem omnium circumstantiarum consensum, ordinatus est ex sacris literis.

3 Reg. 7, 17. *Implicationes faciens retiaculi, & magnificationes vel incrementa faciens radicalium respectuum ad capitellum quod erat supra capita columnarum: septenorum ad capitellum unum, & septenorum ad capitellum aliud.*

Id est fecit relationem annorum Ecclesiæ *Romanæ* qui sub lineis quadratis cubitorum continentur ad numerum annorum qui sub capitelli cubitis significantur: ut utrique simul coniungerentur ad faciendum unam summam annorum æræ *Catholicæ a Christo* ad finem seculi, per multiplicationem 217 per septem. Et præterea relatio numeri septenarij, significat respectum quadri septenarij Iubilei *Protestantium*, qui toti seculo *Cathlicorum* & piorum carnalium imputatur.

vers. 18. *Et fecit columnas, ità ut duo ordines, vel 2 boves essent super cancellum unumquemque, ad numerandum ambitum qui erat supra capita malogranatorum: & sic faciebat capitello alteri (i) cum respectu ad aliud.*

Duo ordines significant duplicem numerationem, alteram simplicem, alteram hieroglyphicam; simplex est in numeris cancellorum: Hieroglyphica in figuris malogranatorum, & boum: Quoniam per malogranata ænigmaticè exprimitur numerus septenarius, de quo mentio fit multiplicationis faciendæ: Duo vero boves שורים ænigmaticè ponuntur ad exprimendum numerum annorum sub illis vocibus contentorum (i) bis 825: valet enim ב 600, ' decé, ר 200, ' 6, & ט 9 Bis vero 825 faciunt

1650

1650, qui numerus est æræ *Christianæ* vulgaris a primo anno *Christi* Exclusivè ad annum mundi finalem. Et nota hæc hieroglyphica in cancellis columnarum posita est, ad numerandum annos capitelli. Quoniam finalis numerus annorum non in rationem Ecclesiæ *Catholicæ* que propriè terminatur anno 1519: sed in rationem Ecclesiæ *Protestantium* incidit.

Epistylium verò quod erat supra capita columnarum erat opus Liliorum supra vestibulum 4 cubitorum. ver. 19.

Duobus modis fuisse dicitur opus Liliorum שושית: significat enim dictio illa Annum gaudij vel iubili. Quoniam totius quadri 46 sellarum recapitulatio in quinquagenarium, vocatur annus Iubileus. Est enim tempus Ecclesiæ *Protestantium* merus Iubileus, qui omnibus retro seculis constãtibus ex 49 cellis, applicat quinquagenarium iubilei, & remissionis gratuitæ peccatorũ; quemadmodum ætas *Christi* 32 annorum, & dimidij, respondet totidem quinquagenarijs annorum qui præcesserunt diluvium: quoniam excessus 6. annorum in numerõ 1656. non facit differentiam in ratione Iubileorum. Et propterea aptè totum tempus 112 annorum, in formam duplicis quadri septenarij reducitur: secundum numerum sellarum, quæ per repetitionem computationis colliguntur. Sunt enim sellæ 49. in plano lateraliter accipiendæ, & sunt 49. aliæ quæ respiciuntur ascendendo & descendendo, & sunt 14. in decussi numeratæ, qui faciunt 112. Secundò *capitellum vel coronis opus erat liliorum.* Nam significat etiam שושנה Lilium, similitudinem Doctrinalem: sicut rosa חבצלת umbram a-

moris. Similitudo doctrinalis est expressio sensus arcani per æquivocationem verborum. Vmbra amoris est expressio rerum per similitudinem. Quoniam Ecclesia *Catholica* per similitudinẽ typorum veteris testamenti, veritatem scrutatur, & per verisimilitudinem rerum. Sed Ecclesia *Protestantium* per interpretationem verbi Dei benevolam id facit, quæ quoad interpretationem *Catholicam* æquivoca est.

Quod autem numerus iste cubitorum, distinctus in superficie columnarum, ad Ecclesiam *Romani-Catholicam* pertineat, confirmatur prætereà ex nomine & figurâ malogranatorum: quæ vocantur *Hebraicè Rimonim*. Quæ manifesta expressio est nominis *Romani*: neque enim per alias consonantes scribi potest *Hebraicè*. Sed et malogranata aptè repræsentant *Catholicos*, qui instar granorum sub uno cortice *Ecclesiæ*, & uno succo sensus communis compræhenduntur. Et prætereà habent malogranata coronæ speciem, sub qua totus cortex recolligitur, sicut Ecclesia *Catholica* coronâ clericali, & *Papali* redimitur. Ideo summus sacerdos quando in sancta sanctorum ingrediebatur, habuit extremitates vestium suarum cinctas malogranatis, & tintinnabulis: in figura *Christi* qui transitum facturus paschalem a sanctitate huius mundi, ad sanctitatem prototypam utriusque ecclesiæ, habet extremitates veli analogici sui, textas ex unione *Romanorum* & *Protestantium*. Quia nisi audiatur sonus tintinnabulorum *Protestantium* sub duro cortice malogranatorum *Romanorum*, morietur Ecclesia *Catholica* corpus *Christi*: sicut moritur corpus

ab

ab animâ ſeparatum.

Et capitellum quod erat ſupra duas columnas etiam deſurſum ſocialiter ſe habebat ad ventrem qui ex oppoſito erat retiaculi (i) Epiſtylij. ver. 20.

Sicut Epiſtylium artificioſè factum eſt, ut media pars eius dimitteretur in concavitatem columnæ: ita doctrina Eccleſiæ *Proteſtantium*, & forma vivendi, apte comparata eſt, ut in lectionem internam & analyticam Eccleſiæ *Romanæ* ingrediatur: Dicitur etiam pelvis in medio capitelli fuiſſe. Quia et ipſa Eccleſia *Proteſtantium* ſe habet relatione ad ſeculum ſuperioris gloriæ quo implendum eſt: ſicut ſe habet Eccleſia *Catholicorum* ad *Proteſtantes*.

Et malogranata ducentorum ordinum undique erant iuxta capitellum utrumque. ver. 20.

Expos: Licet totus numerus cubitorum columnæ ſignificet annos Eccleſiæ *Catholicæ* 1519: tamẽ non tot fuerunt malogranata quot cubiti: ſed 16 pauciora, quæ multiplicata per 7. faciunt 112: qui numerus eſt annorum Eccleſiæ *Proteſtantium* ab anno 1519 excluſive: ad annum 1632 excluſivè. Complementum enim anni primi incidit in 1520: & terminus annorum in 1631. Annus enim 32 licet quoad externam apparentiam pertinet ad eandem rationem infirmitatis, ſicut & cæteri: tamen propter librum hunc in quo dignitas Eccleſiæ *Proteſtantium* aſſeritur in gloriam, qui illo anno cœpit typis excudi: in rationem temporis glorioſi tranſcribitur.

Significat etiam numerus defectivus 16 malogranatorum multiplicatus per 7 in 112, quod etiam durante ſeculo *Catholico*, fuerint inter eos viri ſpirituales, qui ad Eccleſiam *Proteſtantium* pertinebant, quæ

pari-

pari numero annorum duratura esset.

Duorum ordinum erant malogranata, sicut duo fuerunt genera *Catholicorum*, carnalium, & spiritualium. Malogranata generis huius secundi, distinguuntur in 96, quæ dicuntur malogranata respirationis רוחה id est *Catholici* qui e cortice fidei *Romanæ* prospexerunt ad mysterium *Protestantium* subintellectum sub doctrina *Catholicâ*, neque unquam illuminationem illam factam deseruerunt. 4 vero reliqua eius ordinis, cum lucem gratiæ & sapientiæ percepissent; postea tamen lucem illam excluserunt: & oculos in tenebris prioribus clauserunt. Et isti sunt instar malogranatorum quorum cortex incisus fuit, sed posterius in loco suo repositus: Carnales vero *Catholici* sub numero 100 malogranatorum intelliguntur, quæ nunquam aperta sunt. Quod vero 2 Paralipomenon mentio fit 100 malogranatorum, quæ in Epistylij catenulis defixa sunt, significat ordinem hominum spiritualium qui in Ecclesiâ *Romanâ* vixerunt, pertinere ad Ecclesiam *Protestantium*, & in catenulis mutuæ relationis ponuntur: Sed cum 200 malogranata fuerint in columna, 100 tantum introducuntur in peristylium: quæ apertum habuerunt corticem: illa verò 100 quæ perpetuò clausa fuerunt, in eorum numero non habentur: donec in altero seculo per afflictiones evigilent, ad possessionẽ vitæ æternæ. Et suscitavit columnas duas in vestibulo templi.

Hyer. 52. 23.

Hæ sunt duæ columnæ Ecclesiæ *Christianæ* in statu mundi huius corruptibilis erectæ: & in ipso introitu templi æternitatis: quibus theatrum totius mundi huius tanquam axibus polorum innititur

nititur (i) duplex ratio stabilitatis, quam in fluidâ nubis materiâ, (i) nubilæ intelligentiæ, sapientia *Christi* erexit. Altera vocatur *Iacin* divinorum similitudo; quæ ex allusione typorum conjecit voluntatem Dei in vitâ contemplativâ: altera *Booz* fortitudo rationis, quæ ex circumstantijs locorum S. Scripturæ, & verisimilitudine sensuum, materiam fidei determinat, & totius actus vitæ piæ. Est enim (ut dixi) ratio in intellectualibus, eadē, quod robur in corporeis. Et duas has columnas authoritatis ministerij *Christiani*, verbum Dei שם שין *nominum variator* per ductum ministerij mei, ut *Samson* per pueri convellit. Nam ὁ λόγος ἐνδιάθετος per principes mundi *Catholici*, interdictus est hactenus, ne in seculo hoc oculos suos aperiret, & publicè prospiceret. Hic ergo terminus sit authoritatis ministerij *Christiani* superioris, quoad rationem docendi, & declarandi voluntatē Dei: postquàm unio duarum Ecclesiarum conciliata est in materiâ fidei, prout fit in hoc libro, & sequentibus. Deinceps verò per ministerium meum erudiendi sunt, quomodò se gerant, ut occurrant *Christo* in nubibus venienti. Licèt enim columnæ statum suum, & firmitatem habeant respectu seculi prioris, & rationem fidei: tamen quoad modum investigandi profunda Dei, & ingressum seculi futuri, otiosæ subsistent in vestibulo templi. Iud. 16. 26.

Et supra capita columnarum erat opus lilij, quod perfectum sit opus columnarum.

Exponitur etiam: Supra capita columnarū erat opus anni Iubilæi, quod consummatum sit opus columnarum: est enim שוש שנה *Annus gaudij*. Et

ipsa

ipsa hieroglyphica nota lilij definit tempus anni huius, in quo cum iubilo omnium fidelium expectantium finem seculi huius, prædico terminum superioris seculi, & statum Ecclesiæ in nebulæ columnâ, desijsse: & hoc esse principium regni *Christi*, & Ecclesiæ *Protestantium* super seculum hoc.

Sicut enim in ratione priori definita est chronologia per folia lilij externa: ita in hoc spirituali definitur per interiores figuras eius. Quia sex striaturæ, vel sulci ☽. (i.) 36. multiplicati per sex ☽. (i.) 42. faciunt 1512. & virgula erecta similis est lineæ oblongæ in literâ ☿, & totus ambitus foliorum, similis est circulo ☿. quia valet 100. Et in summitate cuspidis, sunt 3. ☽. quæ faciunt 21. summa totalis 1633. qui est præsens annus, in quo columna duplex novæ veritatis, contemplativæ, & practicæ stabilitur.

CAP. 29.

Confirmatio numeri 1500. *ut proprij Ecclesiæ* Catholicæ, *& numeri* 1533. *pro tempore judicij divini demonstrandi in Ecclesiam* Catholicam, *ex mensurâ* Hierusalem.

QVòd numerus 1500. propriè determinet tẽpus Ecclesiæ *Romano-Catholicæ* sæpiùs demonstratũ est: ad idem verò recidit, sive ab ærâ verâ *Christi*, sive ab apparenti incipias: ita tamen ut primi 20. anni à morte *Christi*, auferantur à ratione hâc, qui ad tempus vespertinum diei *Protestantium* colligendi sunt: secundum formam 20. tentoriorum, quæ in ingressu atrij exterioris posita sunt. Si enim ab ærâ verâ ordiaris, explicant se anno Domini 1518. qui est primus annus cõpletus Eccle-

siæ

siæ *Protestantium* in ipso partu suo vagientis: Si uerò ab ærâ vulgari rationem ineas: incidit numerus in annum Domini communem 1520. qui est primus annus completus eiusdem Ecclesiæ perfectè natæ. Et secundum numerum hunc 1500 mensuratur civitas *Hierusalem* nova a Deo descendens. Quoniam 1500. octies multiplicati in stadijs faciunt 12000. Non quod tot anni sigillatim explicandi sint in cursu temporis. Sed quoniam ad mensuram 1500 annorum, octo genera hominum verè fidelium reducenda sint, qui sub mensurâ & formâ *Catholicæ* Ecclesiæ secretò continentur. Apoc. 21. 15.

Primus ordo est eorum: qui cum terminum viatorum in *Ecclesiâ Romanâ* assequuti sunt, in intelligentiâ rationis iustificandi per solam fidem: ulterius pergunt ad investigandum altiorem sapientiæ gradum. Quia de virtute in virtutem in civitate Dei nostri ibunt. Psal 84. 8.

Significatur hoc *Psalmo* 119. ubi dicitur. *Beati consummati in viâ qui ambulant in inuestigatione complacentiæ.* Atque hic est actus memoriæ. Psal. 119.

Secundus eorum qui observando modum quo fides *Protestantium* sub fide *Catholicorum* continetur, per similem analogiam ascendunt ad intelligendum plenitudinem *Christi*: De quibus dicitur. *Beati qui scrutantes testimonia & symbola divinæ complacentiæ: in uniuersali sensu reperiunt eam:* Atque hic est actus Intellectus in secundo gradu beatitudinis in hâc vitâ. v. 2.

Tertius eorum qui cum adepti sunt generalem scientiam plenitudinis *Christi*: decorè pieque cum

alijs hominibus conuersantur: De his vero dicitur, *Etiam non operantur perversitatem qui in vijs eius ambulant.* Atque hic est actus rationis beatorum, in superiori gradu beatitudinis in hac vita.

Quartus eorum qui thesaurum bonitatis divinæ altiorem assequuti, imputant communionem misericordiæ divinæ, multitudini simplici *Catholicorum.*

v. 4. De quibus dicitur. *Tu statuisti respectus tuos ad servandum multitudinem* Sunt enim sententiæ octosticai illius, velut tituli piorum qui in thecis electorum repositi sunt, & in libro vitæ scripti. Et hic est actus voluntatis in superiori statu beatitudinis et contemplatione charitatis Dei in facie Iesu *Christi* in hâc vitâ: Est enim, ut ait Augustinus, *alia vita in hac vitâ, in qua possit Deus videri.*

Hic est quaternarius superior sanctorum in hac vita: sequitur inferior. Primum genus sanctorum civium in *Hierusalem* cœlesti, sed inferioris ordinis est eorum qui pertæsi iugum iustitiæ legalis, sub fide *Catholicâ*, ingemiscunt in seipsis: suspirantes ad rationem iustitiæ facilioris in quâ requiem animarum inveniant Quorum vota exprimuntur sub illis verbis: *Vtinam dirigantur viæ meæ ad observandum iustificationes tuas.* Et hic est actus memoriæ cogitantis de Sione in medio *Babylonis.* Secundum est eorum qui cum ad diem Domini peruenerunt, id est, illustrationem factam de ratione iustificandi per solam fidem sine operibus legis, non patiuntur scandalū ad intuitū eius, sed simpliciter credunt. De his etiam dicitur. *Tunc non confundar cum perspexero in generalia statuta tua.* Et hoc est opus intellectus,

Pſal. 119. 5.
Pſal. 137. 1.
v. 6.

Tertium

Tertium est eorum : qui cum intelligerent mysterium hoc fidei iustificantis sub cruce *Catholicâ* signatum : pacificè tamen cum *Catholicâ* multitudine vivebant, & sub communi forma verborum sensum animi sui spiritualem exprimebant. Quorum discreta custodia unitatis fidei in vinculo pacis sub illo titulo sanctorum significatur, *Confitebor tibi æquo sensu, cum didicero iudicia iustitiæ tuæ* (i) rationem proponentis iustitiam fidei sub formâ iudiciali *Catholicorum*. Et hic est actus rationis spiritualis. v. 7.

Quartum est eorum qui cum intellexerunt iustitiam Dei solâ fide consummari, velum fidei *Catholicæ* sciderunt: & ex secundinâ *Romanâ* cum rupturâ carnis eius emicuerunt. De quibus intelligendum est quod sequitur. *Ipsam realem iustificationem tuam servabo, ne derelinque me multitudini Catholicæ observandæ.* Et hæc est operatio voluntatis propria *Protestantium*. v. 8.

Hæc sunt octo genera civium cælestis *Hierusalem*, qui per 1500 annis in Ecclesiâ *Romanâ* vixerunt & rationem annorum illorum in distinctâ ratione seculi sui peregerunt.

Et sicut ex octuplici censu hoc eliguntur cives *Hierusalem*, ita ex 12 alijs generibus fideliũ *Catholicorum*, extruuntur muri & tecta eius : iuxta numerum 12 tribuum Israelis, qui signaculum iustitiæ fidei in frontibus suis susceperũt per imputationem gratiæ divinæ. Distinguuntur vero inter se, iuxta significationem nominum *Patriarcharum*, & illam rationem cui præter cæteras innitebantur credentes. Apoc. 7. 4.

Reuben. Visionis filius, significat eos qui præcipuè propter visibilem signorum mirabilium demonstrationem credunt fidei *Catholicæ*.

Simeon Auditus, significat *Catholicos* qui propter testimonium productum ex verbo Dei ad fidem adducuntur.

Levi, Copulatio adhæsio, significat eos qui propter rationalem rerum fidei connexionem, & convenientiam rerum, doctrinã *Christianam* amplectuntur.

Iehuda, Qui Deum laudat יהוה. Deum complacentiarum : Significat eos qui propter amorem rerum ipsarum quæ in fide *Christianâ* proponuntur, *Christum* sequuntur.

Et observa quod primus horum in actu suo pertineat ad memoriã, & simplicem apprehensionem signorum : secundus ad intellectum : tertius ex operatione rationis gignitur : quartus præcipuè ex complacentiâ voluntatis nascitur.

Sequuntur quatuor alia genera *Catholicorum*, qui non ex primâ & naturali operatione potentiarum animæ gignuntur: sed ex servili dispositione, & isti sunt *Dan, Nepthali, Gad, Asser*.

Dan Iudicium, significat eos qui propter iudicia Dei edita in hostes Ecclesiæ *Catholicæ*, & malè viventes : sequuntur fidẽ & Disciplinã Ecclesiæ *Catholicæ* quæ introductio ad fidẽ inferior est *Reubẽ*.

Nepthali, implicitus mutuo, significat eos qui propter *Catholicæ* Ecclesiæ consensum vnanimem, veritati fidei assentiuntur. Et hæc servilis est ratio credendi, & non ingenua.

Gad, bona fortuna, significat eos qui propter Ecclesiæ *Catholicæ* prosperitatem perpetuam, doctri-

nam

nam eius a Deo profectam credunt.

Asser beatificatus significat eos qui propter martyrum et confessorum gloriam, qui in canonem Divorũ recipiuntur; fidẽ Ecclesiæ *Catholicæ* præcipuè recipiũt. Et uterque actus iste etiam ex ancillâ genitus est. Assentiri enim fidei propter rationem probabilẽ rerum, est opus proprium rationis liberæ, & a priori: sed propter prosperitatem temporalem concludere veritatem fidei, non est genuina ratio. Similiter assentiri fidei propter amorem *Christi*, & doctrinæ eius, est naturalis actus voluntatis *Christianæ*: sed propter externam gloriam sanctorum id facere, imperfectus actus amoris est neque immediatè fertur ad *Christum*.

Sequuntur 4 alia genera fidelium.

Isachar mercenarius, qui propter bona temporalia quæ ex professione fidei *Catholicæ* lucratur, Ecclesiæ se adiungit.

Zabulon, Habitatio, & hæc est Babylon. Nomen eorum qui propter fiduciam Ecclesiæ *Romanæ*, quæ sedes est suprema *Catholicæ* Ecclesiæ: immobiliter credunt veritati fidei.

Manasses: obliviscens domum patris sui. significat eos qui propter aptam consonantiam typorum synagogæ *Iudaicæ* cum doctrinâ *Catholicâ* conciliatam per allegoriam, assentiuntur fidei *Christianæ*: in quo actu delent memoriam simplicis historiæ *Iudæorum* et in alium sensum traducunt, *Ephraim* אפרים.

Vlterius contemplantes, Theologi mystici qui etiam e symbolis religionis *Catholicæ*, et non solum e *Iudaicis* eliciunt harmoniam sensuum, quæ fidei *Catholicæ* authoritatem, apud eos conciliat:

Et uterque horum ad operationem rationis analogicæ pertinet: sicut duo priores ad memoriam rerum sensibilium, et intellectum veritatis spectant.

Beniamin Filius dextræ, qui propter decoram et amabilem formã sanctitatis *Catholicæ*, voluntatem trahit ad assensum fidei: Et hic actus fundatur in appetitu bonitatis externæ.

Et iuxta analogicum respectum 12 harum tribuum, apud *Ezechielem* numeratur mensura *Hierusalem* 1800 cubitis. Quod significat rationem temporis illius 1500 annorum decursam a 12 generibus fidelium qui sigillum iustitiæ, non rem ipsam habuerunt: qui futuri sunt muri cælestis *Hierusalem*: sicut alia genera fidelium in civescensentur. Ezec. 48.45.

Vterque autem numerus pulchrè inter se convenit, etiam in externa ratione mensuræ. Quoniam 12000 stadia quæ sunt quadrum urbis, conveniunt cum 18000 cubitis, qui sunt ambitus civitatis. Ita enim rationem hanc supputavit amicus meus singularis *Iohannes Welles*, vir in mathematicis peritissimus.

Stadium apud *Græcos* continet 590 pedes: cubitus vero sanctuarij tres pedes. Cubus unius stadij, in cubitis 76058 56: Stadia cubica 12000. Tot 91270272000. Huius radicis cubicæ quadruplum est ambitus civitatis quam proximè; Operatio numerica 12000 logarith 4079 1812.

$\frac{2}{3}$ 1359. 7271 dat stadia 22. st. 894. ped.
multiplicatum per 196. $\frac{2}{3}$
Radix cubi. Tot. 4502. $\frac{2}{3}$
Cuius quadruplum 18009. $\frac{2}{3}$

Excedit

Excedit ergo numerus circularis cubitorum numerum quadratum stadiorum 9 cubitis ½ qui dividuntur in 27 pedes cum fractione, ut in singulis millenarijs pes et dimidium applicentur ex redundanti. Quia ambitus pietatis figuratæ non perfectè respondet pietati reali Ecclesiæ electorum.

Pes autem significat appetitum mobilem voluntatis intellectualis, qui in stadio iustitiæ stabilis & immobilis fidei solius iustificantis spaciatur. Et medium pedis sicut & cuiusvis rei, significat proportionem eius. Quoniam ordinavit Deus in hoc mundo, ut omnium rerum perfectus actus ex proportione præsuppositâ produceretur. Tota ergò devotio voluntatis *Catholicæ* proportionem habet veræ devotionis, idque cum fractione vel contritione superfluâ analogiæ. Quia filij huius seculi prudentiores et cautiores sunt in generatione suâ terrenâ, quàm decet filios lucis esse.

Ideo autem mensuravit *Ezechiel* civitatem *Hierusalem* per cubitos, et S. *Iohannes* per stadia. Quia status legalis iustitiæ, sub qua vixit *Ezechiel*, definitur cubito operationis humanæ: Sed status Evangelij cuius præco fuit S. *Iohannes*, consistit in stadio stabilis iustitiæ fidei. Quærit enim *Catholicus* iustitiam per opera manuum suarum efficere, sed *Protestantes* in ipsa genuinâ *Christi* iustitiâ tanquam in terrâ viventium perpetuò versantur. Ezec. 48. 35.

Quod autem stadium significet materiam fidei iustificantis, in quo fideles nituntur ad supernam vocationem anagogicæ sapientiæ, ostenditur ex illo loco *Apocalypsis* ubi dicitur *quod exiuit sanguis ex torculari furoris Dei usque ad frænos equorum per stadia*

stadia 1600. Qui locus etiam ad Chronologiæ Catholicæ rationem pertinet:

Et racemavit vineam terræ & coniecit in torqular magnum furoris Dei: & calcatum est torqular extra civitatem. Et exivit sanguis e torqulari usque ad frænos equorum a stadijs 1600.

Ἄμπελος vitis dicitur quasi ἄνπελος mutato ν in μ ab ἀνὰ πέλειν analogica essentia & status hominis servientis Deo in figurâ, & non in veritate. sicut dicitur vitis frondosa *Israel*; tam *Iudaica* quam *Catholica*: *Hebraice* גפן mystica forma vel corporea. Quemadmodum Ecclesia *Catholica* est mystica pietatis forma, aliam sub se recondens. Et *Vitis* Latinè quasi *vita ità statuta*. Hoc enim obiter admonitus sis in ratione vocum etymologicâ: quod si omnes intellectualium rerum dictiones, quarum themata erui possunt ex similitudine literarum, simul apte coniunxeris, infallibiliter determinabit sensum mysticum vocis cuiusvis rei sensibilis: Vt autem id facias, respectus habendus est ut etiam sensus intellectualis similitudinem habeat ad sensum rei corporeæ: & præterea ut sit in seipso rationalis. Exempli gratiâ, Dictio *vitis* secundum similitudinem primarum radicum, has voces effundit *Civitas vitiosa vi vitæ suæ*: Sed *ità* (i) *analogicè statuta, a Deo visitatur ut iusta. Botri* sunt societates *Catholicorum* per diversa loca, & tempora piè viventium, in formâ rigidâ divinorum, & repræsentatione scænica. Vinum, quod inde exprimitur, est id quod per vitam innuitur: et οἶνος quasi ὄιος τὸς sensus similis, vel ab ὄιεσθαι sensus imputatus

Osc. 10. 1.

qui

qui exprimitur in *Christi* iudicio e corticibus *Catholicorum*. *Torquular* est ratio deducendi actum figuratum *Catholicæ* pietatis in examen: ut manifestetur quid sub illa intelligebatur. Quia palam professa est Ecclesia *Romana*, esse se mysterium. *Torquular furoris Dei*, est iudicium verbi Dei tremendum, cuius specimen in hoc libro exhibetur: Quia *Christus* qui expectavit vinum suavis sensus analogici, secundum Euangelium gratiæ imputandum, ut a *Catholicis* agnosceretur: postquam Ecclesia *Romana*, negavit esse alium cultū pietatis arcanum, aut alium sensum verborum fidei, præter communem; sed in ipsâ substantiâ iustitiæ propriæ statuit acquiescere: noluit Deus deinceps sensum gratiosum iustitiæ fidei, sed sanguinem carnalis & abominabilis sensus humani, exprimere e toto cultu *Catholico*. Sicut enim botri apti sunt in torquular mitti quãdo liveſcũt: ita *Catholici* quãdo cœperunt liveſcere odio, in gratiam *Christi* clarè propositam, amputandi erant a fœdere Dei, & mittendi in torquular iudicij divini. Prius ergo calcavit *Christus* torquular amoris (i) sensũ benevolẽtiæ et iustitiæ fidei expressit: nunc vero torquular furoris & indignationis premit. Quia sine omni gratiæ respectu iudicat eos, iuxta substantiam operum suorum, extra civitatem Dei, & numerum sanctorum primogenitorum: usque ad frænos equorum (i) tempus illud, quando forma vitæ analogicæ *Papistarum* publicè per me refrænatur. A stadijs, (sc) annorum 1500 ex involuntarijs actibus deductorum. valet enim χιλίων in numeris 1500, et ἑξακοσίων quod ex involuntario procedit; Quia tota devotio *Catholica* Ecclesiæ

per 1500 annos erat χαυνοζηλία ἀπωλείας, affectatio præpostera destruendi libertatem naturæ & Evangelij. Duobus modis exponi possunt hæc verba *ad frænos equorum* (i) refrænationem scænicæ vitæ *Catholicorum* anno 1520 a stadijs, vel statuto termino annorum fidei *Christianæ* 1600 post mortem *Christi*. Et sursum ascendendo *exivit sanguis* (i) perditus est sensus & fides *Catholicorum* usque ad tempus illud quo publicâ prædicatione meâ cohibitus est cultus formalis & scænicus *Catholicorum*, ab anno 1500 involuntarij cultus ad annum præsentem. Est enim torquular λήνος, ἐλέους ἦνία misericordiæ refrænatio; Et est *Equus* fidens in similitudine veritatis & cultus typici. Et sic fræna equorum idem valent quod torquular λῆνος, refrænatio misericordiæ, vel visionis popularis.

Equus.

Sanguis. *Sanguis Hebraicè* דם Imaginatio & opinio & αἷμα ab ἄω intelligo tanquam ἄιμα τῦ αἰῶνος Intelligentia secularis, & sanguis *Latinè* a sanciendo (i) opinio rerum ab homine sancita. *Vnde consultatio cum carne & sanguine*, est meditatio iuxta literalem sensum verborum & communem æstimationem rerum.

Stadium. στάδιον est στασις διώλων stabilis basis ambulantium, sicut *Paulus* dixit fidem esse ὑπόστασιν τῶν ἐλπιζομένων: Transitus enim fidei *Christianæ* secundum figuram, more *Catholicorum*, est nauigatio: sed more *Protestantium*, est cursus stadij in stabili hypostasi fidei solius iustificantis.

Præsens ergo annus 1633, est terminus stadiorum, vel annorum 1600 a morte *Christi* & principio

pio *Catholicæ* Ecclesiæ, in quo refrænatur cultus scænicus *Catholicorum*: & effunditur sensus eorum ad interitum, in omnibus qui unitatem fidei *Protestantium* non amplectuntur. Et annus hic terminus est authoritatis ordinariæ cleri *Romani*, quæ a *Christo* instituta est, ad continendum populum *Catholicum* in formâ divinorum. Et terminus est iridis *Catholicæ* positæ in cœlis, in signum quod non expectanda esset inundatio novæ doctrinæ; in fidem *Catholicam*, ante hoc diluuium superioris scientiæ quod nunc introducitur. Et hic est annus ille qui vocatur novissimus dierum אחרית 1632 ½ quando ostenditur Episcopalis sedes Ecclesiæ *Protestantium*, in vertice omnium Ecclesiarum (i) *Romanâ*, fundata esse: et elevari super omnes colles particularium sedium. Et confluent ad eam *Catholicæ gentes, &c.*

Eph 4. Gen. 9. 9. Isai. 2. 2.

Cap. 29.

Computatio temporum durationis Ecclesiæ Protestantium, *&* Catholicæ, *ex descriptione Arcæ.*

Per communes similitudinis lineas, quæ non possunt ad ullam rem aliam accomodari, ostendi superiùs per arcam necessariò significari synagogam *Iudaicam*. Nunc ex ipso verbi divini testimonio et clarâ singularum circumstantiarum explicatione, idem confirmabo: & similiter rationem temporis utriusque Ecclesiæ *Catholicorum* & *Protestantium* subducam. Primo autem ostendendum

est: quid per longitudinem, & latitudinem, & altitudinem, & profunditatem, intelligatur in ratione mysterij: absque quo non potest arcæ descriptio revelari. Primò sciendum est, quòd triplex sit status rei cuiusuis: in naturâ, figurâ, gloriâ. Status naturæ est consideratio rerum, quatenùs in naturâ suâ simpliciter subsistunt. Status figuræ est respectus rerum, quatenus communes lineas similitudinis habent, per quas possunt ad res alias applicari, & earum figuram gerere. Status gloriæ est consideratio rerum, quatenus sub rebus alijs figurantur. Sic *Christus* in totâ historiâ suâ respicitur ut in naturâ: sed quatenùs est imago Dei invisibilis, & character patris, est in figurâ: & quatenus ipse sub omnibus typis veteris testamenti adumbratur, est in gloriâ. Exprimitur hoc in mensuris rerum corporearum sub triplici respectu: Longitudinis, latitudinis, & altitudinis, sive profunditatis. Longitudo enim *Hebraicè* vocatur אֹרֶךְ tanquam אֹר אִךְ decerptio & abstractio a simplici veritate & naturâ suâ. Et *Græcè* μῆκος, Longitudo, derivatur a μὴ particula privativa, & κοέω intelligo, scio: negatio & privatio intelligentiæ. Est enim figura obscuratio rei, & abstractio a simplici naturæ suæ respectu, & consideratio sub communibus lineamentis, & similitudine rei alterius. Et Longitudo Latinis, velut malleatio & expansio rei in locum lineæ: id est, vicem figuræ, & delineationis. Latitudo *Hebraicè* רֹחַב tanquam רַח אַב, respiratio rei secundum desiderium suum. *Græcè* πλάτος a πελάω, propinquitas & convenientia rei, & τὸ σύμφυτον. Et latitudo

do *Latinis* a latione rei dicitur: (i) ſtatus rei in motu & actu proprio. Eſt enim natura principium motus & quietis, in re, in quâ primò ineſt per ſe, & non per accidens. Altitudo קומה ſignificat erectionem rei ſuper baſim longitudinis ſuæ (i) figuræ. Et quicquid ex figurâ aliquâ, tanquam ſub illâ ſignificatum producitur, elevatur in gloriam: omnis enim gloria habet velamen, ut ait *Iſaias* Pro- Iſai 4.3.
pheta. Sic ὕψος *Græcè* tanquam ab ὑποζέειν fervor & ebullitio rei a ſubjecto ſuo, ad altiorem ſtatum. Et altitudo *Latinis* dicitur ab alendo, quod per gradus incrementi ad ſuperiorem naturæ ſtatum excreuit. Contrà profunditas eſt reſpectus gloriæ oppoſitus, per deſcenſum rei ad ſtatum figuræ, & ignominiæ, ex quâ cœpit gloria. Sicut dicitur de *Chriſto*; quòd *cùm eſſet in forma Dei* (i.) reſpe- Phil. 2. 6.
ctum habens aſcenſus ſuper omnem creaturam, ad implementum divinitatis: *humiliavit ſe, & formam ſervi ſuſcepit* (i.) ſtatum figuræ. Eſt enim *ſervus*, non hoc quod deſiderat eſſe in naturâ ſuâ; ſed illud quod ſimplicitèr eſſe nollet. Sic ergò (generaliter loquendo) *Chriſtus* in corpore ſuo, longitudinem habet in Eccleſiâ *Catholicâ*, & totâ formâ pietatis mundanæ: quam ut crucem ſuam in ſe ſuſcepit, ut mundum ſalvaret: & in Eccleſiâ et religione *Proteſtantium*, nudè propoſitâ, eſt in ſtatu naturæ: Sed in eâdem Eccleſiâ & fide *Proteſtantium*, quatenus ſub omnibus Eccleſiæ *Catholicæ* ornamentis cœlatur, & ſignificatur; eſt in gloriâ & altitudine ſuâ. Et vice verſâ quatenus fides Eccleſiæ *Proteſtantium*, Dei permiſſione condemnata eſt ab Eccleſiâ *Catholicâ*, et coacta formam ge- 2 Theſſ. 2. 10.

Ephes. 4. 9. rere mendacij et impietatis, ut mundus per mortem hanc analogicam filij Dei salvetur; est in profunditate suâ descendens infra omnia, ad ipsum infernum. Vnde filius hominis qui pro serpente et pro Diabolo æstimatus est in mundo *Catholico*, exaltatur super omnia, sicut in libro hoc, et sequentibus ostendetur: ut quicunque credit in eum, non moriatur, sed habeat vitam æternam.

Iohan 3. 14.

Et super omnes has dimensiones corporis *Christi*, est quædam anagogica, & supereminens scientia *Christi*, κατὰ μέτρον ἡλικίας πληρώματος χριστοῦ secundum mensuram analogicæ plenitudinis *Christi*.

Eph. 4. 13.

Hebraicè עמק Profunditas, quasi עם מק in mysteriũ & tenebras dissolutio: & βάθος quasi βάσεως θέσις positio fundamenti, & καταβάσεις ἀπὸ θεοῦ descensus a rebus divinis. Et profunditas, apprehensio rei pro fundo, & hypotyposi intelligentiæ. Et fundus ipse quasi funis, vel linea, & delineatio Dei & divinorum,

His suppositis ad arcæ expositionem accedo. Dicitur ארון Arca ab ארה & הון Decerptio et collectio essentiæ et divitiarum: Sicut in arcis reponuntur res preciosæ, ut à potestate aliorum subtrahantur. Sic ergò arca, spiritualiter est recollectio thesaurorum Dei sub operimento quodam, per quod subducuntur ab intelligentiâ vulgari. Thesaurus autem Dei, est sapientia et bonitas eius quæ excedit captum vulgarem: et ipse etiam *Christus*, et Ecclesia eius respectu *Iudæorum*. Igitur per arcam significatur primò Synagoga *Iudeorum*: deinceps, etiam *Christus* in quo omnes thesauri sapientiæ

entiæ Divinæ siti sunt: Et observa quod in omnibus his expositionibus quas ex διχοτομία verbi veritatis educo, est triplex testimonium: primò est similitudo sensibilium et intelligibilium: secundò est determinatio sensus ex ipso verbo: tertio est rationabilitas rerum ipsarum.

Arca hæc facta est ex lignis *Sittim* עֲצֵי שִׁטִּים æquivocè, *consilijs declinantibus, et deflectentibus*: scilicet sensibus historicis populi Iudaici carnalis, declinantis a spirituali Dei cultu et iustitia ad iustitiam legis: sub quibus prophetia Ecclesiæ *Catholicæ* continetur. Mensurarum arcæ duplex est expositio; altera symbolica, altera ænigmatica. Iuxta rationem priorem, longitudo arcæ significat statum Synagogæ *Iudaicæ* in figurâ, latitudo in naturâ, altitudo in gloriâ.

Longitudo vel status figuræ, dicitur fuisse duorum cubitorum & dimidij. Brachium est potentia demonstrandi notiones animæ intellectuales, per signa sensibilia & manifesta: dicta זרוע a זור, et רשה. Cogitationis in gyrum reductio (i) comprehensio rei intelligibilis, sub umbra rerum sensibilium, et gyro rationis activæ. Cubitus אמה, significat mensuram, et formam communem signi ad signatum, cui innititur brachium, potentia demonstrativa per similitudinem et analogiam: significat etiam dispositionem logicam duorum terminorum syllogismi per medium, ex quo producitur conclusio. *Græcè* πῆχυς a πηός et χύω, affinitatis et mutuæ convenientiæ effusio et explicatio; et cubitus *Latinis* in quo innititur brachium. Quoniam qui facit demonstrationem veritatis externam,

Brachium quid

Cubiti significatio.

id

id præstat, innitendo similitudini rerum, vel consensioni physicæ terminorum duorum in medio. Duo enim ossa cubiti sunt tanquam res duæ mutuò inter se relatæ, in ratione similitudinis generalis: & postea particularitèr explicitæ, in articulis manus. Et sunt tanquam duæ propositiones major & minor subalternè dispositæ: ex quibus oritur ἀπράγαλος collectio luminarium et conclusionum vi similitudinis.

Arca igitur Ecclesiæ *Iudaicæ*, duos habuit cubitos et medium, in longitudinem, (i) status figuratus Synagogæ, duas habuit hypotyposes: unam *Catholicorum*, et alteram *Protestantium*. Significat etiam אמתים duas mensuras, et geminam veritatem: et dimidium, (i) proportionem ad tertiam figuram supereminentis scientiæ, analogiæ *Christianæ*. Quemadmodum apostasia 10 tribuum a *Iuda*, significabat *Catholicos* qui a sinceritate Evangelij *Christiani* et verbi Dei scripti, in formam Evangelij humani, et traditionis *Catholicæ* desciverunt: sicut recessit populus *Israel* a cultu Dei tradito per *Moysem*, ad vituli idololatriam: significat autem *Vitulus*, eum, qui vitat uoluntatem propriam, et submittit se sub consensu Ecclesiæ *Catholicæ*, tam in *Dan*, iudicio veritatis et sensus fidei: quam in *Beërseba*: saturatione in maledictione (i) totâ disciplinâ severitatis *Catholicæ*, secundum maledictionem justitiæ humanæ, quæ sub literâ legis malè intelligitur. Hebraicè עגלה est *circuli formam habens*, et in *orbitâ movens*. Quod faciunt omnes *Catholici*: qui cautionem hanc sequendi circulum *Ecclesiæ Catholicæ*: cornuum instar semper præ

Vituli aurei

3 Reg. 12. 29.

præ se ferunt et palam profitentur. Et Græcè μέτοχος dicitur ὁμῶς ἀσχῶν, qui in communione *Ecclesiæ Catholicæ* exercet se, tam in vitâ contemplativâ quam activâ.

Latitudo arcæ (i) status Synagogæ *Iudaicæ* in naturâ, habebat cubitum vnum cum dimidio (i) formam Ecclesiæ *Protestantium* consideratam in simplicitate naturæ suæ, cum reductione ad statum naturæ in vitâ alterâ. Et similiter altitudo arcæ habebat cubitum cum dimidio (i) status Synagogæ *Iudaicæ* in gloriâ, formam habebat status Ecclesiæ *Protestantium* in gloriâ.

Hæc est expositio dimensionum arcæ symbolica: Est etiam secunda ratio exponendi mensuras istas arcæ: eaque omnium quæ unquam excogitatæ sunt, subtilissima et altissima: quæ ex communione Theologiæ et philosophiæ, resolvit 3 maximæ difficultatis quæstiones. Nam in totâ philosophiâ non est aliud problema maiori ingeniorum æstu exagitatum, quam illud de quadraturâ circuli. Et in totâ theologiâ non est alia quæstio, quæ magis scholas exercuit, quam hæc: Quæ sit nempe linea recta iustitiæ divinæ in *Christo* et Ecclesiâ eius, per quam obliquitas totius circuli generis humani adæquatè rectificetur. Quæ sit verò proportio temporum mundi ad tempus Electorum, in rationis examen cum spe, nunquam adductum est.

Duplex autem est modus quo totus circulus ad rectam lineam reducitur: prior subtilior et brevior: altera simplicior sed operosior. Quia nulla pars circuli est, quæ non possit puncto distingui. Si ergo ad omne punctum circuli assignabile, du-

catur recta linea a centro: necesse est ut punctuales illi respectus circuli quatenus termini sunt emanationis centralis, pertineant ad rectas lineas. Si ergo minutissima circumferentiæ puncta, considerentur cum respectu ad continuitatem obliqui ductus exterioris, pertinet ad lineam curvam: sed quatenùs sunt puncta terminalia rectarum linearum, quæ a centro ducuntur; eatenùs ad rectam lineam spectant. Pari modo totum genus humanũ per lineam generationis ab *Adamo* descendens, protrahitur cum obliquitate originalis peccati. Sed quatenus veteri homine derelicto, & circuitu illo circumstantis peccati in quo impij ambulant, subsistit in *Christo* qui appellatur rectus Dei: eatenùs a ratione peccati abstrahitur, & per iustitiam *Christi* imputatam iustificatur. Est enim *Christus* quatenùs homo, magnus mundi humani diameter, qui stetit & mensus est terram: & qui sub ratione communis naturæ humanæ purificatæ & iustificatæ, extendit se ad omnia individua circuli sui. Qui ergo seipso & bonitate propriâ abnegatâ, et veteris hominis respectu deposito, subsistit in *Christo*, æstimans se perfectè illi uniri per fidem, et participem fieri totius iustitiæ eius, necesse est ut particeps eius sit. Negari enim non potest quod omnis homo, habeat potentialem contactum ad communes radios humanitatis generalis, quam filius Dei assumpsit: etiamsi tenebrosa hominis natura non sentiat lucem *Christi* in se lucentem; et propterea quicunque per fidem vivificatur ad trahendum in se naturã *Christi* hominis cœlestis, non minus cum eo coalescit et unitur toti virtuti ejus; quàm surculus

lus oleastri olivæ insitus. Ad quam vivificationem præter πληροφορίαν fidei nihil conducit: omnis enim respectus justitiæ humanæ, est deflectio ad obliquitatem a rectâ lineâ *Christi* circuli. Ergò neque ante vnionem cum *Christo*, neque post vnionẽ, aliquid ad rectitudinem justitiæ Divinæ conducit præter fidem: etiamsi perseveratio in ductu circuli, habeat rationem justitiæ et conformitatis mundanæ. Et hoc modo omnes *Protestantes* ad interiorem hominem liberantur ab obliquitate peccati, & tumore in Deum, adhærendo perfectè generationi novi hominis *Christi*, & repudiando originalem veteris hominis naturam. Et ex alterâ parte, quicunque se per observationem operum legis, (etiam cum *Christo*) iustificari credunt: manent adhuc in peccatorum suorum curvitate. Licet enim maximus circulus (puta) cœli suprem, exhibeat superficiem in specie planam, quæ sub eadem linea rectâ videtur jacere: tamen ut omnibus *Mathematicis* notum est, impossibile est minimam rectitudinem ei inesse. Ita licet perfectissima sit cuiusvis hominis justitia quam secundum ductum rationalis naturæ ad normam legis dirigit; tamen non potest minimũ actum justitiæ divinæ præstare, vel in agendo, vel in cogitando. Quia quicquid nascitur ex carne (intelligentiâ veritatis literali & crassâ) in æternum caro est.

Non enim possumus cogitare aliquid rectum, tanquam ex potestate naturæ, & circularis illius justitiæ generatione, in qua subsistimus: sed tantum per *Christum* et in *Christo*; ut illius membra facti, & trahentes ad nos justitiam eius per imputationem

rationem, sicut puncto existenti in circulo, communicatur respectus rectitudinis per lineam rectã, ductam a centro ad peripheriam. Atque hæc ex occasione nobilissimi & clarissimi exempli, paulo latius disserui: ut appareat veritatem fidei *Protestantium* in ipsis Mathematicæ principijs, fundamentum habere.

Sed est altera ratio simplicior, sed multò difficilior, qua toti circulo existenti in se ipso, adæquatur recta linea, tanquam potentialiter ipsi insit: de quà jam dicendum est.

Arca ut dixi significat visibile tegumentum arcani Dei thesauri: & pro basi habebat 4 annulos aureos: טבע annulus, significat proportionem naturalem, vel naturam proportionalem; & aureus doctrinam divinitus revelatam: 4 ergo annuli arcæ suppositi significant ad verbum, totidem naturas proportionales rerum Divinarum. Et ex auro erant, id est ex veritate verbi Dei deductæ. Est vero τετραχτὺς illa sacra proportionum, 1ª. materia Mathematica de quadraturâ circuli: 2ª. Ecclesiastica, geminæ Ecclesiæ *Iudaicæ* & *Christianæ*: 3ª. *Christi* ipsius: 4ª Scripturæ sacræ.

Et singulæ harum materiarum proportionis, geminum & oppositum respectum habent: Primò lineæ circularis & rectæ, & quadraturæ utriusque: Secundò Ecclesiæ formalis, & Ecclesiæ rectorum, et rationis reconciliandi utramque: Tertiò *Christi* noti secundum carnem, et secundum spiritum, et modi correspondentiæ utriusque: Quartò Scripturæ veteris testamenti, et novi, et rationis reconciliandi utramque. Et duo vectes (i) apprehensiones

nes parallelè relatæ semper erant in annulis proportionum, ad sustinendum arcanum similis quadraturæ in plenitudine *Christi*, et supereminenti scientiâ eius; quia perpetuò conveniunt proportiones istæ inter se. Quia sicut se habet quadratura circuli ad rectam lineam: ita se habet convenientia veteris testamenti, et novi, quo ad literam, ad lectionem verbi interiorem. Quoniam vetus testamentum est ut superficies convexa encyclopædiæ Theologicæ: novi vero testamenti litera, velut concava: sed lectio verbi ἐνδιαθέτου, ut recta linea veritatis, et sapientiæ: quæ per ambitum lectionis et sensus externi circumscribitur: in medio enim lectionis Canonicæ, tanquam diameter in medio circuli, ponitur lectio verbi interior.

Secundò sicut se habet reconciliatio Ecclesiæ *Cyclicæ Iudæorum* et *Catholicorum* ad rectam fidem *Protestantium*: ita se habet historia *Christi* temporalis ad spiritualem.

Et 4 istæ proportiones mutuò relatæ: proportionem habent ad superiorem rationem pacificationis omnium in Deo. Est enim *Christus* imago Dei invisibilis: nihil autem est in imagine quod non habet similitudinem in Prototypo. Et Deus erat in *Christo* mundum reconcilians sibi. 2 Cor. 5. 19.

Exequar ergo quadruplicem arcæ rationem, per partes: et primò ab arcâ Mathematicâ exordiar: Primò sciendum quod non possit alia ratio tetragonismi dari quam Arithmetica, per figuras inscriptas circulo, quibus maior necessariò sit peripheria, et circumscriptas quibus minor. Omnis ergo demonstratio quadraturæ, supponit figuram ali-

quam angularem ex rectis lineis. Figura quam supponit sapientia Divina est 50 angulorum. Quod etiam significavit in tabulis tabernaculi, quæ cum 2 angularibus geminatis sunt 50. tanquam totidem latera figuræ inscriptæ; qui numerus per 112 multiplicatus, continet totum tempus mundi huius, qui non attingit alteram monadem ut fiat 113. Dicitur arca facta esse ex lignis Sittim: עֲצֵי שִׁטִּים quæ verba æquivocè significant ex consilijs vel sensibus linearum, vel allusionum. Est autem linea vel Mathematica, vel Grãmatica; vel Physica. Et linea Mathematica hìc intelligitur circularis, et recta: quæ inter se opponuntur, et conciliatione egent.

Per longitudinem arcæ Mathematicè intelligitur proportio numerorum integrorum; per latitudinem proportio fractionum quæ sunt dilatatio monadis; per altitudinem correspondentia paris proportionis in circulo ad Diametrum. Vt cum dicitur: sicut se habent 7 ad 21, et $\frac{10}{70}$, vel $\frac{10}{71}$ ita se habet diameter ad circulum: in hoc exemplo 7 ad 21, est longitudo tetragonismi, et $\frac{10}{70}$ vel $\frac{10}{71}$ sunt latitudo et ἀπόδοσις, Sic se habet Diameter ad circulum, est altitudo eius.

Longitudo arcæ dicitur אַמָּתַיִם וְחֵצִי: quæ sic exponenda sunt duarum mensurarum 16, et 113. Significat enim אמה cubitum, vel mensuram in genere. Numerus 16 significatur sub vocalibus ⁝-·- numerus 113. continetur sub consonis et vocalibus חֵצִי ænigmaticè acceptis. Quia valent חֵצִי in consonis, & in vocalibus, 113. Quia ratio Peripheriæ ad Diametrum, est ut 16, supra 113, triplicatum,

ad

ad 113. Dixit 16, neque appoſuit tres diametros, quia manifeſtum eſt, quod circulus contineat 3, diametros, & ultra. Sed quæritur quis ſit exceſſus trium Diametrorum in numeris integris? et ſtatuitur 16: ut totus numerus integrarum partium circuli ſit 355. Sed quia numerus ille aliquantulum redundat, quia non poteſt per eum procedi in ſcalâ *Ceulini* 3.141592653589 7. &c. ultra 6 locum unica operatione: ideo neceſſarium eſt fractionis adhibere latitudinem, quæ determinatur in ſequẽtibus verbis. Latitudo arcæ אמה וחצי, eâdem menſura, & 113, ad ſignificandum quod ſicut per numerum illum proceditur in prima progreſſione ad 6 locum: ita eodem modo procedendum ſit in fractionibus ſuperaddendis per 113. Altitudo etiam dicitur eſſe ejuſdem menſuræ, & 113. (i) ita ſe habet peripheria ad Diametrum.

Vbi autem ſiſtenda ſit analyſis iſta unitatis, in fractionibus, adhuc a nemine definitum eſt; neque enim poteſt. Quia cum linea ſit diviſibilis in partes ſemper diviſibiles & inveſtigatio illa quadraturæ circuli per figuras multangulas inſcriptas, ut in hoc exemplo figuræ, 50. angulorum, continuè progrediatur multiplicando angulos: manifeſtum eſt, quod nunquam perveniri poſſit ad certum terminum. Et præterea diviſio illa in partes infinitas, ad nullum uſum ſcientiæ, vel praxis idonea eſt. Et tamen aliquis terminus neceſſariò ſupponendus eſt a Deo defigi: juxta quem res creatas adminiſtret, qui omnia diſpoſuit in menſurâ, numero, & pondere. Igitur priuſquam progredior ad demonſtrandum tempus durationis arcæ *Iudaicæ* et

Catholicæ

Catholica, proponam ex sacris literis terminum numeralem, qui quadraturæ circuli a Deo assignatus est.

Hæc eadem supputatio quadraturæ circlui per 113. et 16: vel quod idem est, per 355: a Deo proposita est in basim altioris sapientiæ in *Christo* implendæ, in vaticinio illo *Danielis*, *Septuaginta hebdomades, &c.* Dan. 9. 24.

Ad cujus declarationem sciendum est: quod *Hierusalem* civitas a Deo electa, significet doctrinam, vel demonstrationem concordiæ: quia factus est in pace locus ejus. Quadruplex vero est demonstratio hæc glorioſa ut dixi: primò Circuli ad rectam lineam, 2° Ecclesiæ cyclicæ et exotericæ ad internam et acroamaticam: 3° Historiæ *Christi* temporalis ad spiritualem: Et 4° verbi Dei externi ad internum. Basis verò omnium est demonstratio quadraturæ circuli. In cujus typum *Hierusalem*, quadratura circuli, a primo anno, in quo per *Davidem* capta, et Deo consecrata est: usque ad annum illum exclusivè in quo ad mortem ægrotavit *Ezechias*, numeravit 339. annos præcisè, qui numerus est trium diametrorum circuli. In illo verò anno, præter ordinem naturæ, adijciuntur 15 anni uitæ *Ezechiæ*: qui cum illo ipso anno in quo ægrotavit, cujus etiam recuperatio ad sanitatem subintelligitur, faciunt 16. annos incompletos: ad significandum 16 partes adæquandas esse tribus prioribus diametris simul conjunctis, quæ in rectâ lineâ diametrorum non habentur: ita fiunt 355 partes peripheriæ, omnes homogeneæ, præter ultimam. Et illo anno liberatur *Hierosolyma* a captivitate et Psal. 76. 3.

potestate

poteſtate *Babyloniorum* (i) principum mundanæ et confuſæ ſcientiæ. Licet enim ſextuplex revolutio circini quæ eſt ut 339, videatur circulum æquare quoad opinionem vulgi: tamen viri docti ſtatim intellexerunt ulteriùs expectandum eſſe, ut partes obliquitatis circuli qui a circini ductu elabuntur, addantur. Ab illo vero anno excluſivè, uſque ad captivitatem urbis, ſunt 113. anni & adhuc unus reſiduus ad ſignificandum fractiones ſubalternas unitatis, quæ addendæ ſunt diametro 113: vel demendæ a peripheriâ 355 ut capiatur Tetragoniſmus & ſub arte reducatur.

Et ſicut *Hieruſalem* in terris, ita Solaris annus in cœlis figura eſt quadraturæ circuli, ſed imperfectè. Quia 10 dies ſuperaddit ad 355, qui demendi ſunt in ratione perfectâ circuli ad peripheriam. In cuius figurâ Sol per 10 gradus recurrit, illo ipſo anno quo donati ſunt 15 anni vitæ *Ezechiæ*: tanquam errorem ſuum corrigens, & totidem numeros diales demens e circuli ſui 365 partibus contrahendis, ad tetragoniſmum perfectè conſtituendum: ſicut contrâ totidem dies noſtris temporibus defuiſſe deprehenduntur ad æquandam computationem Solis. Ita gemino exemplo demonſtrata eſt clariſſimè, quadratura circuli in integris partibus: & addendo ad numerum 3 diametrorum *Hieruſalem* 339 annorum, annos 16 in vitâ *Ezechiæ*. Et ſimul contrahendo numerum dierum ſolarium per 10 gradus, ut fierent 355 non 365. ad ſignificandum quadraturam circuli ad diametrum.

Sol enim ipſe imaginem habet Geometræ, circulum quadrantis, & partes ejus per ſingulos dies

numerantis: qui etiam per circinum radiorum suorum, arcum quadruplicis coloris ducit super nubem, in figurâ quadruplicis quadraturæ circuli, & multiplicis experimenti, quod faciunt Geometræ, ad conciliandum circulum rectæ lineæ: in quo tamen a veritate aberrarunt: sicut aberrat Sol a constituendo perfectum numerum partium circuli 10 diebus, una cum fractione. Ex quo enim creatura tota vanitati subdita est per lapsum *Adami*, Sol etiam ipse lucis sensibilis fons, eiusdem vanitatis repræsentandæ partes, suscepit in hâc mundi scænâ.

Sol Geometer

Eccle. 1. 1. Vnde a *Salomone* dicitur de operibus mundi huius sensibilis pariter & intelligibilis quod omnia vanitas. Expleto circulo 339 annorum & 16 sub uno anno involutorum, qui extra naturalem seriem rectæ lineæ temporis computantur: (sicut totidem anni præter ordinem naturæ, additi sunt vitæ *Ezechiæ*) et 113 annis, & altero, qui fractioni unitatis diametro addendæ respondet: in quibus ratio quadraturæ circuli demonstratur: capta est *Hierusalem* a *Babylonijs* (i) quadratura circuli visa est in potestatem redigi Mathematicorum. Deinde vero post 10 annos velut experimentum multarum fractionum decimarum, in desolationem reducta est *Hierusalem* (i) ratio quadraturæ circuli definita est in termino desolationis & indeterminationis, quia post seriem subalternam multarum fractionum, tandem ponitur inter plus & minus, quæ vastitas est notionis indefinitæ.

Promisit vero Deus quod post 70 vicies annos redirent *Iudæi* in patriam: vox enim שנה et annos significat & binos (i) septuagenarios binos annorum

rum. Anno enim primo *Cyri* super totã *Asiam* captivitate solutâ, adhuc impeditum est ædificium templi usque ad 70 alios annos. Annus enim 4 *Artaxerxis*, est secundus *Darij* Toparchæ, a quo incipiunt 70 hebdomades *Danielis*, ad annum in quo *Christus* mortuus est. Ita enim dicitur capite 9. In primo anno *Darij* filij *Ahazzueri* de semine *Medorum* qui regnavit super regnum *Chaldeorum*, ut intelligatur de *Ahazzueri* regno: vel qui regnavit iuxta regnum *Chaldeorum*, ut referatur ad *Darium* Toparcham, qui propter diuturnam præfecturam quam in *Syriâ* tenuit, dictus est *Syrus* in præfati Persarum Æschilis. Neque enim possunt hæc verbi accipi de primo *Dario* qui occiso *Balthazare* regnavit. Dicit enim quòd illo anno intellexerit numerũ 70 annorũ, qui prædicti sunt a *Hieremiâ*. Quod non potest exponi de simplici notitiâ annorum, quam diu ante cognoverat, sed de arcanâ & subtili notitiâ eius. Neque tunc tempus fuit expectandi misericordiam Dei, 27 annis ante captivitatem solutam: sed tantum illo tempore cum se explicaret numerus annorum. Neque aptè monuisset Angelus *Danielem* ut observaret ab exitu verbi ad revertendum: qui tanto intervallo abesset. Quod autem regressio ad ædificandum templum, ponitur anno secundo *Darij*, & visio illa *Danielis* in primo, non perturbat rationem. Quia ut de re iam in proximo instanti, edoctus est per Angelum: Er poterat etiam finis primi anni *Darij* Toparchæ, incidere in principium 4 anni *Artaxerxis*, & secũdus annus *Darij* in posteriorem partem ejus. Ita ab eodem termino incipiunt computationem suam *Daniel*, et

Esdras, ut postea dicetur, et in eodem computationem 70 annorum secundorum, Angelus defixit. Nonne hic est inquit septuagesimus annus? vel repetitus denuò? Quod enim historia hæc in textu præcedat historiam visionis alterius, quæ accidit sub *Balthasare*: non impedit negotium. Quia ordo in narratione prophetiarum aliquando pervertitur. Quoniam post historiam *Darij* regis primi, introducitur visio quæ accidit sub *Balthazare*. Bis 70 annis morati sunt in *Babylone* ad exprimendum actu temporali vocē שבעים שבעים repetitam: quæ significat etiam in liberâ punctorum lectione abundantiam abundantiarum (i) multitudinem fractionum inundantium ad faciendum adæquationem unius monadis redundantis ad peripheriam vel deficientis ad diametrum. Quonium status ille tetragonismi eo modo locatur in exemplo hoc.

3,1,41592653589789793238 46 minus
3,14159265358979323845 plus

Quo facto in vastitate manet & indeterminatione in numero ultimo. Accedo nunc ad interpretationem & paraphrasim prophetiæ *Danielis*, quatenus in materiâ quadraturæ circuli, substernitur in hypotyposim prophetiæ de adventu *Christi* per liberam aliquando punctorum lectionem. Septuaginta hebdomades: vel abundantiæ abundantiarum (i) *fractiones fractionum demendæ a peripheriæ unitate ultim.*: divisæ sunt iuxta populum tuum (i) *in tredecem loca iuxta numerum* 13 *tribuum Israel*, et iuxta civitatem tuam chronologicam rationem *Hierusalem*

lem, quæ in formâ quadraturæ circuli dispensata est: per 355 & 113, ad claudendam divaricationem (i) *circuli in diametro, quia diameter similis est divaricationi ab vno extremo ad aliud, (i) ad statuendum certum numerum diametri.* Et ad obsignandum lineam signi חמא אות (i) *lineam circuli quæ excedit tres diametros.* Et ad conciliandum perversitatem, (i) circuli in genere, ad rectam lineam similem: et ad adducendam iustitiam seculorum, (i) similem proportionem Ecclesiæ iustorum (i) *Protestantium* cuius numerus est 113 annorum ad Ecclesiam *Iudaicam* & *Catholicam*, & ad sigillandam visionem & prophetiam, (i) ad ostendendum literam veteris testamenti & novi sigillum esse verbi interni, quia illa est ut prophetia, hæc ut visio imaginaria.

In quibus verbis traditur 4^x modus tetragonismi. Mathematia, physica, spiritualis, divina. Et ad ungendum sanctum sanctorum (i) *ad constituendam conformitatem scientiæ Christi secundum historiam carnalem ad spiritualem.*

Sic ergo dictiones *Septuaginta hebdomades* in hac interpretatione non accipiuntur καθ' ὁ ῥητόν, sed ænigmaticè.

Scito ergo *exterius*, & intellige *interius.* Verba sequentia bis legenda sunt. Ab egressu verbi, vel a verbo egressus, quod est יוצא דבור 113 subordinato להשיב 355: idque ad ædificandũ demonstrationem concordiæ (i) quadraturam circuli usque ad conformitatem principem (i) *numerum illum qui princeps est omnis conformitatis in hoc seculo, & finalis in scala fractionum*, abundantia abundantiarum [i]

unitatis fractio quæ primo in loco ponitur. Et abundantias senariorum, idque binorum convertes vel referes ad primæ unitatis fractionem [i] 12 fractiones alias post primam 3.14159265 35897. *Et ædificabitur latitudo, & decisio in angustia temporum.* Quia ultimus numerus in 13 loco, habet latitudinem in se, nam capax est fractionum subalternarum, ex naturâ figurarum circulo inscriptarum: sed exacta decisio est totius summæ quadraturæ circuli, quoad angustiam rerum temporalium huius mundi, quas Deus sub illo limite compegit.

Certum est enim, quod Deus pro infinitâ sapientiâ suâ, disposuerit omnia, in numero, pondere, & mensurâ. Ergò definitus aliquis numerus præfixus est in exemplum gubernationis mundanæ, qui non in infinitum extenditur. Quia posuit numerum 12 tribuum *Israel*, exemplum ordinandi seculi humani. Vt sicut tribus *Levi* a cæteris exempta, præposita est 12 reliquis in ministerio Dei: ita series subalternarum fractionum a prima monade, 12 loco quiesceret. Si quæras ubi sit egressum verbum hoc ad ædificandum demonstrationem concordiæ circuli & rectæ lineæ. Respondeo in hoc ipso loco Exodi & vocibus illis duorum cubitorum & medij.

Sequitur & post abundantias senariorum, idque binorum, exscindetur *Messiah*. Significat משיח Rationem conformitatis, est enim משח formare, & pingere: Ergo post 13 fractiones quæ picturam quandam exhibent multitudinis rerum formalis, exscindetur ratio conformitatis & similitudinis, &

nihil

nihil illi respondebit in rerum creatarum analogiâ. Non quod plura non sint individua in rerum naturâ: sed quod secundum rationem intellectualem, quæ sub nominibus numerorum illorum continetur, res vniversas mundi quadruplicis, sensibilium, intellectualium, spiritualium & imperialium, dispenset, sicut paulò post declarabitur.

Et *civitatem Hierusalem* (i) quadraturam circuli *corrumpet populus* [i] multitudo *divisi atomi. Nam finis eius est in diluvio* vel in infinitatem partium tendet. *Et ad finem belli* [i] pro fine & conclusione rationum numeraliū inter se pugnantium, *statuetur* desolatio vel notio rei stupenda [i] medium indefinitum inter plus et minus. Nam confirmabit pactum, [i] statutum terminum concordiæ, multitudinis fractionum, in septenario uno [i] in 13 loco qui est septenarius. Et in divisione ulteriori septenarij illius auferetur זכרון בח *(i)* וכרון בח Memoriale 16. & מנחה 113. Quia ו adhibetur a *Rabbinis* pro notâ compendiosâ וכרון, quæ significat memoriale. *Et supra Congregationem, vel multitudinem atomorum abominabilium* (i) nullum habentium omen vel proportionē veritatis, *erit desolatio* [i] indeterminatio intra duos terminos plus, & minus. Et pro perfectione, decisio illa vel ultima supputatio, statuetur in vastitate: [i] indeterminatione numerali.

Nunc revertendum est ad arcam: et considerandа dictio אמתים, in qua fractionum series usque ad septimum locum ultimæ monadis 355. minuendæ definiuntur.

Ratio numerandi fractiones hæc est. Primo consonæ

ſonæ ſignificant numeros ſimplices a quibus inchoantur א ' כ ל מ ק ר

1	10	20	30	40	100	200
1	1	2	3	4	1	2

Vocales longæ ſignficant numerum ſuum ◌ֱ 1. ◌ֲ 2. ◌ִ 3. ◌ֳ 4. ◌ֵ 5. & ſimul ſignificant addendam eſſe unitatem ſequenti conſonæ: ſicut in additione ſolet reſervari denarius ad ſequentem locum.

Vocales breves non habent rationem fractionis: ſed contrà ſignificant non eſſe apponendum numerum aliquem ſequenti.

Vocalis brevis immediatè præcedens vocalem longam, nullâ conſonâ interveniente, addit illi numerum ſuum, ut ◌ֶ 6. præcedens ◌ִ 3. facit eſſe 9.

Fundamentum harum regularum eſt. Quia fractiones numerales ſunt productiones & prolongationes reſpectus partium. Ideoque vocales breves quæ ab Hebræis vocantur motiones breves, non habent per ſe rationem fractionum, quia ſunt rapti & breves reſpectus numeri: Vocales vero longæ ſunt motiones longæ in numeratione plurium partium, ideoque transferunt vnitatem ad numerum ſequentem.

Quia א valet 1, & ◌ַ a brevis ſub א, docet nihil eſſe addendum proximo numero ב, ideoque aufert geminationem Dageſh fortis. ב 40 producit, 4. & ◌ַ ſub ב addit 1. & ſimul apponit unitatem ן ſequenti quæ valet 4. ſed propter ◌ַ præcedens augetur monade, & fit 5. Et patah ◌ַ que aliàs ſilerer, hic conjuncta immediatè cum ◌ִ 3, miſcet illi ſuam numerum, ut fiat 9. Et Hirek gadol i longa, addit unitatem

nitatem sequenti consonæ ' 10. ut fiat 2,& finalis ם 600,ponitur 6.

Sicut ergo prima vice exponebantur verba Duæ mensuræ 16, & 113 : ita ad eliciendam rationem fractionis quæ ultimæ unitati 355 superfuit,numeraliter legendæ sunt tam vocales quam consonæ 1415926,eaque sectio vel fractio est longitudo ejus, id est redundantia ultimæ monadis 355. Et eadem mensura & proportio 113 est latitudo ejus *(i)* eodem modo in subalternas fractiones 6 dividenda est per proportionem 113. Et eadem mensura 113 est altitudo eius, (i)ita se habet circulus ad diametrum in fractionibus post 6 locum.

Et hæc est definitio mensurarum arcæ tetragonismi. Accedo jam ad secundum annulum proportionis divinorum,quæ etiam Arca est mysterij Christiani.

Dicitur,facies arcam &c.Dictio arcæ Hebraicè *Aron* alludit ad nomen *Aaronis* H literâ interpositâ*(i)* facies formam proportionis rerum divinarum, in sacerdotio *Aaronis* ex his numeris אהרן 1107. ארן 113 & אמה 46 & ותו 108. & iterum 46 & 108. qui numeri simul conjuncti faciunt 1528. Et est numerus Sacerdotij *Aaronis*, a primo anno exitus ab Ægypto : quando unctus est in sacerdotem, 1495 annis ante *Christum* : ad 33 annum, in quo mortuus est *Christus*.

Neque mirum esse debet, quod omittantur numeri vocalium, in recensione latitudinis, & altitudinis. Quia census perfectus totius numeri, pertinet ad aliam supputationem : sicut mox videbis.

Sed sicut Rosæ quando in turbine suo primò glomerantur, mutuò implicitæ sunt: donec per maturitatem temporis, et spiritum aurarum extendantur: Ita numeri quadruplicis proportionis arcanæ, in arcæ Dei descriptione, involuti sunt inter se, donec per spiritualem interpretationem explicentur. Et propterea distinguuntur locâ numerorum vocalium, a loco numerorum consonantium: ut intelligeretur, quod aliquando sint conjungendi, & aliquando separandi inter computandum.

Vsus autem mensurarum illarum, longitudinis, et latitudinis, & altitudinis, in istâ expositione non respiciuntur: quoniàm in priori tantum locum habent, quandò symbolicè considerantur, non ænigmaticè.

Et hoc est tempus illud a Patriarchâ Iacobo prædictum. *Quod non recederet sceptrum à Iudâ neque legislator* (.) Sacerdotium leges populo tribuens rerum divinarum, inter femora ejus: *donec veniret Siloh*, adæquatus illi (i) *Christus* suscipiens regnum, et Sacerdotium, post mortem suam: et ad illum erit congregatio populorum. In hoc enim omnes errant, qui verba illa de carnali regno *Iudæorum* intelligunt. Quia translatum est sceptrum a Iuda per *Babylonios*, *Persas*, *& Græcos*, penè 500 annis. Sed non intellexit Spiritus sanctus, crassam illam rationem regni, quæ de facto excidit: sed aliam spiritualem. Sicut enim diameter est linea recta, per quam ratio peripheriæ conformis dirigitur: Ita sceptrum significat rationem exemplarem justitiæ, per quam ambitus totius populi, sub obedientiâ, et conformitate pacificâ, custoditur. Sic

scep-

sceptrum *Iudæ* non illud temporale significat: sed arcanam rationem justitiæ divinæ, in populo *Iudaico* fundatam: juxta quam totius orbis populi, & regna, per sapientiam divinam ab Angelis in ordinem rediguntur: & juxta leges canonicæ Scripturæ gubernantur. Quia possibilius est ut cœlum & terram pereat, quam ut unum Iota, vel unus apex pereat de lege, donec omnia fiant: quod factum est cum *Christus* a cruce clamavit τετέλεσται. Ita enim dicitur a *Moyse* quod cum posset Deus populos & divideret filios *Adam*, posuerit terminos populorum juxta numerum filiorum *Israel*. Math. 5. 18. Deuter. 32. 8.

In hac quadraturâ circuli gentilis ad lineam exemplarem justitiæ legalis, rex ipse est ut natio *Iudaica*, instar centri et basis totius circuli, unde & βασιλεύς nomen traxit: sceptrum vero regni, ut diameter: sacerdotium et legislator, ut circinus ducens gyrum rerum divinarum & humanarum super abyssum (i) indeterminatam voluntatem populorum. Et respectus circini ad nodum suum, est ministerium sacerdotij reducentis regem, pariter et populum ad Deum. Sed respectus circini ad duas extremitates pedum, est mutua relatio populi ad regem, et regis ad populum. Quia sacerdotis munus est docere officium populi ad principes, et principum erga populos. *Labia enim sacerdotis custodient scientiam, & ex ore ejus legem altissimi requirent.* Contractiores circini respectus, sunt ut inferiores judices, qui vel contemplativè diametrum justitiæ publicæ mensurant: vel practicè ambitum populi in causis disquirendis circumeunt. Vnde insignia regum sunt poma, tanquam centra re- Mal. 5. 7.

giæ maiestatis : & corona, tanquam circinus populi & reipublicæ : & triangulares apices coronæ, instar circinorum minorum, sacerdotum & iudicum. Cum ergo *Christus* per oblationem sui ipsius factus est sacerdos, & suscepit omnẽ potestatem
Heb.10.10.14. in cœlo & in terra : tunc venit *Siloh adæquatus illi:* iuxta cuius imperium & formam, orbis terrarum populi a Deo deinceps disponuntur. Divisio longitudinis, latitudinis & altitudinis arcæ *Aaronicæ* superius exposita est ; de statu figuræ, naturæ, gloriæ Synagogæ *Iudaicæ :* ideoque hoc in loco non respicitur.

Altera arcæ proportio quæ respondet *Aaronicæ* est in Ecclesiâ *Catholicâ*, quæ ne dubium id foret, palam professa est, esse se mysterium. Nam dictio illa אמתים est idem quod יום אמת literâ ם duplicatâ per dagesh, & significat diem *Papatus:* & totus numerus literarum אמה חצי אמתים חצי אמה חצי continet in numeris 1632. Quod integrum tempus est æræ *Romanæ*, & *Catholicæ*, ad præsentem annum.

א	1										
-	6										
מ	80			ח	8			א	1		ח 8
.	1			-	2			-	6		- 2
ת	400	1107		צ	90	113		מ	80	93	צ 90	113
-	6			'	10			.	1		' 1
'	10			:	3			ה	5		: 5
:	3										
ם	600										

א 1

א 1		ח 8		
- 6		- 2		
ב 80	93	ר 90	113	Sum 1632.
- 1		י 10		
ה 5		- 3		

Et quemadmodum Deus in veteri testamento formam quadraturæ circuli observavit, in hypotyposim divinorum, in ratione historicâ *Hierusalem* sicut dictum est: ita in novo testamento retinuit eandem formam, sed exactius in dispensatione temporum. Cum enim quadratura circuli ordinetur per proportionẽ 113, ad 355, cum unitatis fractione diminutâ, et eodẽ modo per operationes subalternas fractionum, analogicè procedat, donec ad 13 locum perveniatur: descripsit eandem sapientia divina, in motu cœlesti, tanquam in membranâ temporis: producendo numerum ipsum annorum. Quod si totum ævum extendisset iuxta numerum hunc operationum, longius iusto fuisset: Ita enim disponitur ratio tetragonismi. Sic se habet diameter ad circulum, sicut se habet 113 ad 355. cum fractione unitatis diminutâ & 113 ad 355 alterius unitatis diminutæ, & 113 ad 355 alterius unitatis diminutæ, & sic ad septimam fractionis subalternationem. Cum ergo sapientia divina in serie annorum produxisset numerum 113, & 355 ad AD 468, & computationem unitatis diminutæ etiam in anno 469 distinxisset, ad exhibendum numerum unitatis, non similitudinem, et ter hoc præstitisset, usque ad annum 1407: quo tempore, tanquam triduano, filius hominis (1) *Protestans* in inferno mansit (quoniam 113, respectu 355, se habent, ut dies 6 horarum, ad noctem 18 horarum:) produxit

duxit deinceps diem quartum [i] alios 113 annos, qui desinunt anno Domini vulgari 1520, qui est primus annus completus Ecclesiæ *Protestantium* perfectè natæ, ut dictum est: et Ecclesiæ *Romanæ* ultimus quoad concursum gratiæ. Cumque ratio naturalis demonstandi tetragonismum postularet, ut apponerentur alij 355 anni cum fractione diminutâ: substitit, & mutavit rationem temporum naturalem. Nam quià Ecclesia *Romana* lucem Evangelij clarè in mundum introductam illo anno, repudiavit: (quo facto in Spiritum sanctum peccavit, & in iudicio Dei condemnata est, quod dilexisset tenebras magis quàm lucem) si deinceps eodem modo quo prius, perseverasset ratio temporum, ut Ecclesia *Romana* sine *Protestante* æmulo orbem terrarum possideret: nulla inde utilitas subsequuta esset. *Quia non fuisset salva omnis caro*, [i] *Catholicus* carnalis non salvaretur per imputationem gratiæ *Christi*, sicut prius. Ergò ut numerus electorum *Protestantium*, produceretur tanquam grana ex paleis *Catholicis*; abbreviavit Deus rationem illam exemplarem temporum: & iterum numerum annorum Ecclesiæ *Protestantium* produxit 113 annis, post perfectam nativitatem; non ut ante in figurâ merâ, sed etiam in veritate. In eo enim quod dicitur Deus abbreviasse tempora propter electos; manifestum est, quod secundùm naturalem ordinem prius institutum; extendenda fuissent.

Ioh 3.19.
2 Thess.2.7.
Marc.13.20.
Iosue 10 12.

Adumbratum hoc fuit in historiâ *Iosue*, qui præcepit soli ut staret in medio cœlorum. Sol inquit permane in *Gibeon*, & luna in valle *Aialon*

Nomen

Nomen enim solis שמש significat etiam ministrum ; quæ appellatio præconibus Evangelij, jam, usu loquendi appropriatur. Et ità verti potest, Minister sta in *Gibeon*, גבעון (i) altitudinis vel *Romæ* formâ: ita enim vox Hebraicè significat, et *Roma* Hebraicè altitudinem sonat: et Luna ירח. Timoris spiritus. (i) Ecclesia *Romana*, cujus doctrina, spiritus est timoris, non amoris, sta in valle, vel profundo *Aialon*, (i) humiliatione potentiæ tuæ. Et perseveravit sol vel *minister* in medio cœli, בחצי השמים in 113 partibus [i] annis cœlestibus, donec populus ulciscereturse de inimicis suis. Ita præter ordinem naturæ, ministerium Evangelij mansit per 113, annos a primâ nativitate suâ perfectâ, ad præsentem annum in statu naturæ: & nunc in statum gloriæ intellectualis ingreditur: licet adhuc sit in statu naturæ corruptibilis, quoad corpus, quod dotibus gloriæ nondum vestitur. Et quemadmodum populus Dei, intra sex annos, totam teram *Canaan* subegit : ita intra 6 annos hos sequentes, redigetur Ecclesia *Catholica* sub obedientiâ *Christi*, & Ecclesiæ *Protestantium*.

Neque movere te debet, quod alibi destructionem *Hiericho*, dicam significare ingressum, in primam civitatem sphæræ cælestis, cum hæc quæ intra 6 annos futura prædico, posterius sequantur in typo *Judaico*. Quoniam est implementum Prophetiarum aliquando tantum spirituale, et aliquando etiam sensibile. Et narratio historica S. scripturæ, similis est Epico poemati ; quod nunc anticipat ordinem rerum: nunc verò introducit id quod priùs tempore præcesserat. Et tanquam iris cœlestis,

quæ

quæ continuitatem habet colorum quo ad visum, non autem substantiæ, in nube rorida.

Tertia proportio arcæ, secundum *Christi* Domini ætatem, naturalem, et ministerialem dirigitur. Fuit enim *Christus* ipse grande mysterium & Arca veneranda secretorum Dei. Sicut dicitur, *magnum est mysterium pietatis*. Ætas *Christi* definitur sub descriptione arcæ; quòd longitudo ejus, sit duarum mensurarum 16 unitatum, et dimidij (i) unius unitatis. Expositio enim vocum harum dirigenda est, secundam naturam rerum quâ de agitur, nunc latius nunc strictius: ut quadruplicis sensus linea æquabiliter extendatur. Bis verò 16, & medium unitatis sunt $32\frac{1}{2}$, & eadem mensura cum dimidio, eodem modo se habet in longitudine sensus figurati, & latitudine naturalis, et altitudine gloriosi. Tempus autem ministerialis ætatis, determinatur secundum numerum consonarum pariter et vocalium, eiusdem dictionis, אמתים חצי 1220. Qui significant totidem dies: & divisi per 365, producunt 3 annos & 125 dies: qui in communi numeratione hominum, pro dimidio anni æstimari solent: Et secundum duas has mensuras, ordinatur mensura ætatis plenitudinis *Christi*, a D. *Paulo*, 7 hebdomadarum naturalis ætatis: & 62 ætatis ministerialis, apud *Danielem*, quæ apponendæ sunt mensuræ exemplari suæ.

1 Tim. 3. 16.

Ephes. 4. 13.
Dan. 9. 25.

Præterea in numeris his cubitorum, continetur, tota summa annorum ab ærâ *Christi* vulgari, ad finem seculi. Verba enim hæc אמתים וחצי. ex tota ratione numerorum significant 1107, et medium ejus: et (voce repetita) וחצי 7 discisis vel separatis. Neque enim determinatio vocis grammatica

matica hic respicienda est, ubi tot diversi sensus stipantur sub vna voce: sed tantum radix vocis. Medium vero 1107 (septem discissis a toto numero) est 550, qui appositi ad 1100 faciunt 1650: qui numerus est annorum mundi a primo anno æræ *Catholicæ* exclusivè, ad annum Mundi 5600. Et hic est numerus annorum mundi post *Christum* in triplici statu suo.

Hæc eadem est ordinatio duorum librorum S. Scripturæ quoad literam. Quoniam exterior facies Scripturæ veteris *Iudæis*, & superficies Evangelij quoad literam *Catholicis*, misericorditer indulta est: donec pervenirent homines ad revelationem λόγυ ἐνδιαθέτυ. Qui vero post hæc elegerit, per literam *Catholicam* vel *Rabbinicam* dirigi; & se ei servum tradiderit, ad illam divinorum ignorantiam, in æternum obligabitur. Sic etiam notitiâ *Christi* carnalis in Ecclesia *Catholicâ*, & notitia spiritualis sed inglorioſa *Protestantium* tolerata est, ut dispositio ad unionem utriusque, & implementum analogicum *Christi*.

Quarta arca proportionalis, est sacra Scriptura, eaque duplex: Canonica, quæ per puncta vocalia, & accentus determinatur ad sensum Grammaticum: et tropica, quæ sub similitudine sensus literalis rerum sensibilium, significat res alias arcanas. Si quæras, quomodò possit scriptura Canonica punctorum, analogiam sustinere alterius Scripturæ interioris? Scias quod sit arcana ratio legendi S. Scripturam, iuxta literarum & vocalium tesseras, & significationes ipsorum nominum: cuius hoc in loco brevem gustum dabo. Arca di-

citur usse אַמָּתַ֫יִם וְחֲצִי. *Ammathaim* significat veritatis diem, duarum formarum: & ipsæ appellationes vocalium simul coniunctæ, producunt hunc sensum.

אמת יום פתח רגש קמץ פתח חי רק גדול וחצי צירי חי רק גדול. Est veritatis dies - manifestans - contractione . punctorum - expositionem ' dictionis expansam magis: Et proportionali - formâ '. dictionem magis expansam. Id est, Scriptura Canonica est illuminatio veritatis, quæ sub formâ punctorum, significat aliam lectionem verborum: quæ instar paraphrasis exponit scripturam: & sub similitudine rerum sensibilium, significat historiam similem rerum intellectualium. Prior forma lectionis Canonicæ quæ per tesseras literales, vel per significationes nominales punctorum, deducit ad claram expositionem, vocatur dies: & altera quæ per proportiones, & umbras rerum, inducit expositionem allegoricam, vocatur nox.

Ostendi superius ex notis numeralibus duarum dictionum, Cubiti & dimidij, primò quadraturam peripheriæ ad diametrum; secundò numerum præcisum durationis sacerdotij *Aaronici*: tertiò tempus exactè determinatum, æræ *Catholicæ* communis: quartò durationis Ecclesiæ *Protestantium*: quintò tempus ætatis *Christi* ministerialis, & 6 personalis. Septimò tempus durationis mundi hujus a primo anno *Christi* ad finem ejus. Concurrant jam universa hominum et Angelorum ingenia, in vnum acumen subtiliratis: et tentent si ex duabus alijs dictionibus quibuscunque ad placitum electis, vel fictis, possint septem istas numerorum

rorum rationes distinctas, & exactas, quovis modo producere. Non quod ego omnibus hominibus, nedum Angelis ingenio præmineam, sed quod non possit simile artificium sapientiæ ab ulla creatura fieri: et nisi a Deo factum esset, non possit a me manifestari. Aperuit autem mihi Deus aurem: et cum viro sancto gloriari libet: Vnum loquutus est Deus, & septẽ ista audivi. Neq; enim per allusionem similitudinis, factum est hoc; quæ per versatilem naturam suam, potest ad res innumeras appliçari, vel detorqueri: sed per ipsas verborum naturales significationes, & stabilem notarum numeralium regulam, quarum rigidissima natura nullam varietatem patitur: et per computationem temporum, quorum ratio inviolabilis est, nullamque sensus misericordiam recipit. Et ad hunc usque diem non potuerunt omnes S. Scripturæ interpretes, vnam Chronologiæ rationem ex veteri testamento declarare in seculo *Christiano*. Dealbarunt se enim multi, specie verisimilitudinis: et cõflarunt ex fornace judicij sui intenso, imaginationes aliquas: porrò ne vnam quidem juxta circumstantias omnes veritatis intellexerunt. Daniel ultimo

Quòd autem duas æras pono nativitatis *Christi* et Ecclesiæ *Protestantium*, non ad libitum hoc a me factum est: sed ex ipso naturæ rerum fundamento: ex quibus tanquam epochis, indifferenter possunt calculi procedere. Computatio verò per rationem exclusivam, et inclusivam; et anni completi & inchoati, juxta communem omnium hominum sensum, et vsum consistit. Quoniam si juxta rigorem Arithmeticæ ineunda hic ratio esset: ad men-

sem & diem & horam & minuta, & secundas, & tertias, &c. sine ullo fine veniendum esset.

Hic est lapis ille sivè calculus numeralis, *positus ante facies Iesu:* (i) in exemplum *Christi* domini venientis. *Super unum lapidem*, id est, calculum computationis cubitorum arcæ, *septem respectus* (id est) calculationes aliæ inducuntur. *Ecce ego aperiam expositiones ejus & protraham perversitatem terræ (i) Scripturæ illius in die uno.* Quis enim sine divinæ potentiæ auxilio, hoc præstare potuisset? Illi acceptum refero: ego calami vicem tantum exhibui.

Zach. 3. 9.

Dixi calculum hunc numerorum, positum esse in exemplum Domini venientis. Sicut enim septem computationes super unam extruxi: ita *Christus* super petram corporis sui, septem Ecclesias inter se discrepantes pacificè extruet. Cum enim septem sint metaphysicæ qualitates rebus omnibus communes: Pulchrum ☽, Potens ♂, verum ☿, Iustum ♃, bonum ♀, unum ♄, Ens ☉. Et sunt Candelabri aurei 7 calami: septem etiam sunt Ecclesiæ hominum, quæ circa hæc objecta versantur in typicâ Dei investigatione: Et sunt luminaria candelabro imposita. *Catholici* sunt Ecclesia pulchritudinis: qui perfectum decorem iustitiæ humanæ requirunt: & respondent Lunæ, quæ de pulchritudine commendatur. Proxima Ecclesia est militum legitimorum, qui circa potentiam versantur, & pertinent ad martem ♂. Tertiò Philosophi veritatem investigant: & hi sunt Mercuriales, quià ab interpretando nomen habent Ἑρμῆς. Et omnis propositio

propositio categorica quæ operatio est Philosophiæ, ἑρμηνέα vocatur 4 Ecclesia est Politicorum, qui justitiæ curam habent: dicitur vero *Iupiter* Hebræis צדק Iustus. Quinta Ecclesia est Naturalium, qui secundum instinctum naturæ, bonitatem amplexi sunt; ostendentes legem scriptam in cordibus, qui sub Veneris vraniæ, non Demosiæ symbolo continentur. Sexta est *Iudæorum* qui unitatem in seipsis impermixtam cæteris gentibus, solicitè conservare nituntur: qui sub symbolo Saturni signantur; qui *Hebraicè* שבת dicitur, a requiescendo, in seipso. Septima est *Protestantium*, qui ipsam essentiam iustitiæ *Christi*, non autem figuram eius cum aliis quærunt, & per fidem possident: & sub Solis nomine signantur. Significat enim שמש ministrum. Et hi sunt medius calamus candelabri, quia sustinent sex alios calamos: & lucem etiam fidei suæ per imputationem Dei communicant. Et hujus Ecclesiæ devotio εὐσεβεία, habet promissiones huius seculi, et futuri. Est enim cultus Dei, humanus, pariter, secundum rectam rationem, et Divinus. Et hæ sunt oves quæ neque de ovili *Iudæorum*, neque *Christianorum* fuerunt: Et in signum quod *Christus* veniens recolliget oves has dispersas, et ad ovile *Protestantium* reducet, septem Demonstrationes meas, super unum calculum exhibeo. Ad *Catholicos* qui sunt Ecclesia pulchritudinis, spectat computatio durationis Ecclesiæ *Romanæ*; et hic est lapis primus, pulchritudo hæc pulchritudini illi respondet: ad milites Demonstratio finis assignati toti potentiæ mundi hujus: ad Philosophos Ecclesiam veritatis, quadratura circuli:

ad Politicos Ecclesiam iustitiæ, demonstratio temporis ministerij *Christi*: ad naturales bonitatis gregem, demonstratio ætatis naturalis *Christi*: ad *Iudæos* unitatis: computatio durationis sacerdotij *Aaronici*: ad *Protestantes* Ecclesiam essentiæ, declaratio temporis Ecclesiæ nostræ in figurâ et naturâ. Et hic est אבן בדיל lapis vel calculus divisionis, et fractionum, in manu *Zorobabel* ejus, qui ventilat paleas hypocriticas mundi *Catholici*, a frumento electorum *Protestantium*.

Dixi superius tetragonismum circuli, basim esse triplicis quadraturæ alterius circuli analogici. Vbi sciendum, quod sola Ecclesia *Protestantium*, (quæ est spiritualis status *Christi*;) non solum secundum similitudinem verborum, verum etiam et rerum, perfectè respondeat. Reliqui vero circuli iuxta similitudinem vocum, tantum ænigmaticè non symbolicè adæquantur. Significant enim 113 partes diametri שלוש עשר ומאה (accipiendo מאה pro אמה per metathesin, quia nullam æquiuocationem directè habet.)

Significant, inquam, perfectionem denariæ mensuræ (i) decalogicæ formæ legis. Quia *Christus Iesus* creditus ad iustitiam, est finis legis. Et hæc est recta linea iustitiæ divinæ, quæ adæquatur circu o hypocrisis humanæ. Circulus verò humanæ iustitiæ definitur 355, qui numerus neque in *Iudæis*, neque in *Catholicis*, ullam temporis, vel rerum conformitatem reperit: sed per ænigma חמש חמישם ושלוש מאות significant, *apparatum apparatuum perfectionis ex signo*. Hoc est: Iustitia *Catholica* est præparatio in hac vitâ, ad faciendum alias præparationes in vitâ

Rom. 10. 4.

alterâ

alterâ, ad assequendum perfectionem ex signis institiæ fidei solius. Vnde dixit *Christus Phariſæis*, quod in hac vitâ haberent mercedem suam. (Sc.) quòd in eadem conditione vitæ rigidæ in inferno futuri essent; quam in hâc vitâ elegissent, *Christi* gratiâ contemptâ. Quoniam introibunt in generationes patrum suorum: & in æternum non videbunt lumen: Nam qui contemnit divitias longanimitatis Dei, per quam deducendus esset ad mentis suæ alterationem, thesaurizat sibi iram in die iræ subeundam. Math. 6. 2. 5. Psal. 49. 20. Rom. 2. 5.

Sed quæras, quid ergo respondet lineæ fractionum in quadraturâ circuli. 3.14159265358 97. Satisfaciam etiam de hoc: quod ænigmaticè accipiendi sint numeri hi, pro vocibus nominum suorum.

שלוש . אחר ארבע אחר חמש תשע שני שש חמש שלוש

3 5 6 2 9 5 1 4 1 3

חמש שמנה תשע שבע

7 9 8 5

Circuli perfectio hæc est. Prima dimissio sui ab

3 1 4

vnitate, est apparatus ad intuitum duplicis gaudij:

1 5 9 2 6

Sed accingere se ut perficiatur in apparatu illo pin-

5 3 5 8

gui, est delectationis in eo iuramentum vel adiuratio.

6 7

Exempli gratiâ: *Iudæus* primo tempore dimittens vnitatem *Christi*, cum faciem gloriosam *Moysis* (i) *Christi*, non sustineret: nec Deum loquentem pateretur, sed literam legis eligeret; per indulgenti-

am

am Dei habita est, pro præparatione ad suscipiendum aliquando duplicatum gaudium, (i) scientiam *Christi* glorificatam sub typis operum legalium: sed cum gratiam unionis huius per *Christum* oblatam repudiaret, & eligeret perfectionem suam assequi in pingui & crasso sensu legalis iustitiæ: devovit se, ut iugum legis in æternum sustineret. Similiter *Catholici* cum primo tempore repudiassent unitatem *Christi* per solam fidem justificantis, & verbi ἐνδιαθέτου societatem; per misericordiam Dei habitus est status iste, pro præparatione animæ ut pervenirent ut glorioſæ unionis gaudium, in fide *Protestantium*, & verbi interni scientiâ: sed cum secundo tempore, per *Protestantes* propositam reiecissent: eo facto devoverunt se, ut in inferno similem formam pœnæ sine redemptione subirent.

Et observa: quod sicut demonstratio quadraturæ circuli, secundum Mathematicos facta, in figuris inscriptis et circumscriptis, per expansionem fractionum infinitam, semper definit in notione stuporis, et desolationis: quia in fine rationis dicitur numerus subductus, maior esse hoc, et minor illo: et prætereà ad nihil utilis est: ita tota operatio iustitiæ humanæ, postquam egressa est limitem numeralem populi Dei a *Christo* præfixum, in inanitatem tendit. Est autem limes dispensationis providentiæ et sapientiæ divinæ: quòd Deus primum lapsum Ecclesiæ a *Christo*, boni consuleret: tanquam pignus unitatis futuræ; et assensus aliquando dandi iustitiæ divinæ revelatæ. Sed quando iterum proposita est gratia spiritus sancti, et bonum donum Dei, et virtutes futuri seculi: si deinceps

ceps eligat in ſtatu priori ſervitutis perſeverare: non poterit renovari ad mentem alterandam in futuro ſeculo. Quoniam obſtrinxit ſe ad ſervitutem dæmonis in æternum. Propterea in deſolationis & ſolitudinis ſtatu poſitus erit, inter plus, & minus. Quoniàm in eo quod pervenit ad illuminationem interioris hominis, etiamſi auferatur in momento illius ſcientiæ diſtincta comprehenſio: ſciet tamen in æternum plus requiri ad iuſtitiam Dei, quàm idquod in hâc vitâ præſtiterat: et in eo quod reiecit illam illuminationem, ſemper deficiet a verâ eius intelligentiâ. Et hoc eſt quod ſignificatur per converſionem uxoris *Lothi*, in columnam ſalis; ſignificat enim *ſal* generalem ſaporem et iudicium apponendum omnibus bene vivendi documentis, (Sc) quod relationem habeant ad res alias: ita מלח Sal *Hebraicè* ſignificat coniunctionem & applicationem ad rem aliam & ἅλας ab ἁ ſignificante τὸ ἴσον, & λάω, reſpectus rerum æqualium & ſimilium. Et omne ſacrificium hoc ſale condiendum eſt. Quòd omnis actus mortificationis carnalis relationem habeat ad actum ſimilem. Oſtendit ergò exemplum illud: quòd quiſquis ſemel a Deo illuminatus & e *Sodomâ* eductus; iterum animum ſuum conuertit ad mundi iuſtitiam; ſpoliabitur illâ ſcientiâ in momento: & hoc tantum perpetuò illi inhærebit, eſſe aliquid aliud quod ſub cultu Dei externo ſignificetur. Sic ſemper in deſolatione ſedebit: ſciens plus requiri ad iuſtitiam Dei quàm ſciverat in ſeculo: ſed ſemper minus habebit quàm veritas eſt in *Chriſto*.

Gen. 19. 26.

Marc. 9. 49.

Sequitur dimenſio operculi arcæ, quod vocatur

Propitiatorium vocatur, quia docet veram rationem reconciliandi hominem Deo, sine respectu operum. Dicitur esse duorum cubitorum (i) mensurarum. Quoniam fides Ecclesiæ *Protestantium* duas habet formas, alteram respectu *Catholicorum* quorum eidæa exemplaris est: Et sic longitudo operculi consideratur ut altitudo arcæ; alteram respectu supereminentis scientiæ gloriæ *Christi* cujus figura est. Et præterea dictio כַּפֹּרֶת continet in numeris 802: ב valet 20: - 6: פ geminatum per dagesh 160, Holem sine ו, præcedente dagesh forti, vertitur in . :, & valet 9. Et ר 200, ת 400. Tota summa literarum est 802, quæ geminanda dicitur, quia duarum mensurarum est, & fiunt 1604. Numera a primo anno exclusivè, in quo prædicatum est Evangelium gratiæ solius iustificantis gentibus, et incidunt in annum 1638, qui finalis annus est Ecclesiæ *Protestantium*, in hoc seculo sensibili. Præterea dicitur esse חַיּ 113 Quoniam a primo anno religionis *Protestantium* perfectè propositæ professione publicâ, ad annum præsentem exclusivè, sunt 113, quibus limitatur status Ecclesiæ *Protestantium* quatenùs gerit figuram divinorum superioris generis. Et eadem est mensura latitudinis in statu naturæ suæ, & חַיּ eadem ratio durationis 113 in gloriâ. Duo *Cerubim* facti sunt ex ipso Propitiatorio (i) super doctrinam fidei *Protestantium* surgunt duæ formæ religionis in speciem luctantes & contrariæ (i) *Iudaicæ* & *Catholicæ*. Quia sicut manus *Iacob* secundò geniti, tenuit pedem *Esau*: ita actus fidei *Protestantium*, per gratiam intelligitur sustinere totum affectum & devotionem

Iudai

Iudæi & *Catholici*. Et mutuò se intuebantur, quoniam historia carnalium *Iudæorum*, figuram gessit carnalis *Catholici*, ut testatur S. *Paulus*; & uterque respicit in arcam altioris secreti, per subalternam relationem respectuum.

Cap. 30.

Supputatio durationis Ecclesiæ Catholicæ, *ex mensuris templi: & confirmatio authoritatis meæ ad docendum ex testimonio Dei.*

Templum Dei significasse Ecclesiam *Catholicam* testatur S. *Paulus* ad *Timotheum: Vt scias quomodo oporteat te conversari in domo Dei quæ est Ecclesia Dei viventis, columna & firmamentum veritatis.* Ergo aptissimè ex mensuris cubitorum templi potest colligi mensura durationis Ecclesiæ. 1 Tim. 3. 15.

Domus quam ædificavit rex *Solomon* Deo, habebat 60 cubitos in longitudine, & 20 cubitos in latitudine. (Vterque autem numerus in se multiplicatus producit 1200) et tertiæ partes mensuræ illius, altitudo eius (i) 400. Qui numeri simul juncti efficiunt 1600 Qui est numerus durationis Ecclesiæ *Christiana* a primâ ejus origine, post mortem *Christi*.

Est vero hic ænigmaticus modus loquendi, neque tamen ab analogia sermonis Grãmatici abhorret. Nam sicut שלש in numero singulari, significat tres: ita in plurali, plures numeros ternione distinctos.

ctos. Ideo quamvis communis usus loquendi ternionem multiplicatum determinet in solo denario: potest tamen naturaliter etiam significare tertias partes, vel tres terniones. Ita Prou 22: dicitur. Nonne scripsi שלושים tibi tres sententias ex tribus verbis constantes. Sed ut res illustrior fiat, locum circumstantem declarabo: quoniam ad rationem chronologicam etiam pertinet.

Inclina aurem tuam & audi verba sapientum, & cor tuum appone ad scientiam meam. Quia verba vel sententiæ vagæ hæ si observaveris eas in ventre tuo, dirigentur simul super labra tua. Venter secundum collectionem vocum intellectualium, quarum radices in literis vocis exponendæ reperiuntur: Est venatura veritatis venâ tritâ naturæ, eventuum rationis, interpretationis: Litera enim v per μεταφοιχέωσιν vertitur in p vel b. Et est clarissima & copiosissima expositio nominis. Et Hebraicè פשׁן a בשׁשׁ et תּן Illustratio rei et apertio more doctorum: quæ expositio breviter continet totũ id quod in Latina etymologiâ distinctius traditur; et γάστηρ a γάω & ἀστήρ, Apprehensio instabilis veritatis per superiores modos, quam Deus inaniet aliquando.

Si inquit sententias proxime sequentes, quæ vagæ, & inconcinnæ videntur, secundum literalem lectionem, & naturalem constructionem sensus grammatici observaveris, continuam orationem inter legendum facient.

Vt sit in Domino fiducia tua, notum facio tibi. Dies iræ venit: & demonstrator circuli tues: & revelator Papæ tues. Nonne scripsi tibi tres sententias, ex tribus

tribus verbis constantes in sensibus arcanis & sensu evidenti, ut demonstrem te nummum esse verborum veritatis: ut respondeas verba veritatis illis qui ad te mittent.

Prima harum sententiarum significat tempus generalis iudicij instare: & definitur tempus illud sub voce אף significante 7mo. qui sunt 5600. Quem numerum totius mundi suppositi. Et hæc est sententia in sensu evidenti. Quia non potest ad literam alia constructio verborum illorum dari. Nam qui interpretantur *Hodie etiam tu:* addidissent ad faciendũ sensum, *Stultus es ita interpretando.* Nemo enim sobrius ità loqueretur. Sed determinatio Grãmatica decepit eos per dagesh positum in litera ת Licet enim illa quoque lectio veritatem suam habeat: non tamen perpetuò sensum facit punctuatio Grammatica. Verbum enim Dei non ligatur. Quomodo autem brevius scriberetur 5600 quam per notas duas אף 7mo. Qui etiam numerus in *Psalmis* definitur per multiplicationem 70 supra 80. Psalme 90.

Secunda sententia est, *Dies vel manifestator circuli tu es:* nam dictio אף ira, significat circini circumductionem: Et ita se habet demonstratio lineæ rectæ correspondentis circulo: sicut se habet dies ad noctem: quia quicquid manifestatur, vel manifestat, lux est.

Tertia sententia est, *Manifestator Papæ tu es.* Vel externæ rerum apparentiæ in divinis, אף enim significat etiam faciem Dei, sed personatam sub forma iræ (i) apparentiam divinorum quæ Deus non est. Et filij iræ dicuntur, qui non secundum

complacentiam naturæ divinæ, ſed externam & alienam formam geniti ſunt. Et ipſum nomen Papæ eſt אף dictio geminata. Et hæ ſunt tres demonſtrationes quæ authoritatem mihi conciliant. Primò calculatio dierum ſeculi, quæ ſine ſpiritu Dei fieri non poteſt. Et hic eſt ille calculus infixus in fronte Goliæ revolutionis ſeculi huius tam temporalis quam ſpiritualis, terminum vitæ illi præfigens quæ ſemper Eccleſiæ Dei inimica fuit, & cum quâ nemo congredi auſus eſt. *Dixerunt enim quis eſt ſimilis beſtiæ & quis poteſt pugnare* cum eâ? Secunda demonſtratio ſpiritus divini dirigentis ſtudia mea, eſt quadratura circuli ex verbo Dei, & determinatio ultimæ fractionis numeralis, quam Deus in regulam gubernationis mundanæ propoſuit. Tertia eſt vera revelatio *Antichriſti*, & totius doctrinæ *Catholicæ* nudatio ad demonſtrationem filij homini (i) fidelium *Proteſtantium* in nubibus & velamentis rerum cœleſtium venientium in gloriâ.

Apoc. 13. 4.

Vt demonſtrem te nummum eſſe verborum veritatis, ut reſpondeas vel reddas verba veritatis, illis qui ad te miſerint.

קשף ſignificat certitudinem, & nummum: Eſt autem nummus νόμισμα argentum lege ſignatum: & ſpiritualitèr, ratio & iudicium authoritate publicâ confirmatum. Hanc authoritatem mihi in rebus ad ſenſum Divinorum pertinentibus, dignatus eſt Deus tribuere: ut viam *Chriſto* venienti præparem.

Et de hac tranſlatione authoritatis *Papæ* in me, intelligitur locus ille in Prophetiâ *Iſaiæ*. *Sic dicit Domi-*

Dominus Deus exercituum: vade, & ingredere ad Isai.22.16.
Sebna hunc custodem thesaurorum, qui præpositus est templo. שבנא *Sebna* significat eum qui revertitur ad irritandum verbum Dei. Quia in ipsâ primâ constructione *Babylonis* cautum erat, ut tota Ecclesia esset Gen.11.1.
unius simplicis interpretationis, et eorundem verborum in legendo & loquendo. Et nunc denuò interdixit *Paulus* 4, ne quis ullam aliam rationem legendi & exponendi Scripturam sacram sequeretur, quam *Rabbinicam*: & καλὰ τὸ ῥητὸν acciperentur, quæcunque inter *Catholicos* dicuntur in doctrinâ fidei. λόγον enim ἐνδιαθέτον anathema fecerunt: & ברבא *Barrabam*, doctores *Rabbinorum*, qui prius restricti fuerant, petierunt solui. Sic ergo secundum lectionem internam, exponendus est locus hic, admittendo liberam lectionem punctorum in una voce פה. Quæ legi potest פֶּה. Et habet etiam allusionem ad ipsum nomen *Papæ* in duplicatione dictionis פה פה.

Quid pertinet ad te verbum (i) *Dei, & quis tibi* ὁ λόγος *verbum ipsum? quia sculpsisti tibi dictum sepulchri* (i) Epitaphium. *Sculptura vel scriptura mea est superna* (i) ὑπερφανὴς & καλὰ τὸ ῥητὸν literalis & *Rabbinica*. Sepulchrum ejus est scriptura mea. Habitatio ejus est in *Petra* (i) universali scripturâ a sensu verbi interni abstracto. Quæ verba expositio sunt Epitaphij: sicut enim literalis sensus mortificat, & qui eum sequitur Deo mortuus est: ita ipsa litera scripturæ, quæ domus est mortis, sepulchrum ejus est. Et hoc est illud sepulchrum spiritualitèr, de quo dicitur, *Veniet tempus quando qui* Ioan.5.28.
sunt

sunt in monumentis audient vocem filij Dei (i) *Iudæi & Catholici*, qui sub literâ veteris novique testamenti jacent, audient vocem λόγου ἐνσαρκέλου, & qui audierint resurgent ad vitâ spiritus. Nam in resurrectione corporeâ, non est distinctio audientium a non audientibus, omnes enim audient et resurgent. Sequitur: *Ecce Dominus adumbrabit te in larvam hominis* (i) *Protestantis, & operiendo operiet te*, sicut factum est olim *Hamani*.

Convolvens convolvet te sicut Pilam in terram (i) scripturam multiplicis sensus, (i) sicut pila undiq; & quaquaversus volubilis est, sic Deus ὁ λόγος convolvet verba doctrinæ tuæ, et per quadruplicem rationem novam exponendi scripturam, in omnes formas agitabit. *Et illic currus quadruplicis expositionis tuæ, dedecori erit Ecclesia Papali. Et vacationem dabo tibi a præfecturâ tuâ, & irritabit ministerium tuum.*

Et erit in die illo, vocabo servum meum Eliakim, qui res divinas parallelè suscitat, *qui discipulus est* ὀρθοτομίας τοῦ λόγου.

Et induam eum vestimentis tuis (i) verbis et typis quæ sunt vestimenta sensus, & *Papali potentiâ cingam eum, & regimen tuum dabo in manum ejus, & erit pater sedentibus in Ecclesiâ Protestantium* (i) Episcopis & Protestantibus ipsis.

Et dabo clavem domus David (i) rationem interpretandi & introducendi, ad charitatem divinam, *super humerum ejus*, vel assensum apprehendendi veritatem; *& ipse aperiet, & nemo claudet*: & claudet, & nemo aperiet.

Et

Et figam eum paxillum in loco fideli, et erit in sedem gloriosam Ecclesiæ patriæ suæ, &c.

Sequitur in eodem loco descriptio porticus Templi *Salomonij* (i) Synagogæ. *Et erat porticus ante faciem templi interioris, viginti cubitorum erat longitudo ejus ad faciem latitudinis Templi: & triginta cubitorum latitudo ante faciem domus.*

Sed habent verba illa aliam expositioem, juxta vocum æquivocationem. *Et porticus erat juxta formam templi interioris. Mensura viginti est longitudo eius: & quoad latitudinem ædificij, decem in mensurâ latitudinis suæ, ante faciem domus.*

Vox enim אמה significat cubitum, & mensuram: & sic utroque modo verti potest, *viginti cubiti, vel mensura viginti.*

Decem in mensurâ latitudinis suæ, est decies decem. Longitudo enim numeri est simplex extensio ejus: ut 10. 20. 30. sed latitudo numeri ejusdem, est multiplicatio eius super alium numerum, vel seipsum: Ergo in mensura propriæ latitudinis, est decies decem 100: & vigesies centum sunt 2000. qui est numerus Synagogæ, a primo anno nativitatis *Abrahami* ad annũ nativitatis *Christi*. Et rectè dicitur quod porticus erat iuxta formam templi interioris: quoniam hæc ipsa porticus significabat Ecclesiam *Iudaicam*, quæ facta est secundum formam Ecclesiæ *Christianæ*. Et hâc ænigmaticâ formâ loquendi, proponenda erat mensura annorum Synagogæ, quæ introductio erat ad Ecclesiam *Catholicam*. Quia si directe expressisset numerum annorum Synagogæ, proportionem porticus excessisset. Tota enim Scriptura veteris

novique testamenti, est partim per speculum similitudinis: partim per ænigma verborum.

Cap. 31.

Supputatio temporum ex Historia Iosue.

Triplex fuit statio Synagogæ *Iudaicæ*, prima servitutis in *Ægypto*, secunda libertatis inchoatæ in eremo; tertia perfectæ quietis in terrâ *Canaan*: Quo significabatur triplex status Ecclesiæ *Christi*: prima sub iugo servili iustitiæ legalis; secunda in tempore intermedio à morte *Christi* ad hoc tempus; tertius in perfecta intelligentia *Christi* & possessione seculi futuri. Significat autẽ fluvius *Iordanis* primò in genere, illustrationẽ Scripturæ, quâ *Fluuius*: & secundò Illustrationem diei iudicij, & temporis *Christi* reversuri. Dicitur enim יָרַד a יָרָה & דִּין Demonstratio & doctrina diei iudicij, & a יָרַד Descendet filius (i) tempus quo *Christus* descensurus sit. Et liber hic primæ tubæ, quæ nunc publicè sonat, est fluuius *Iordanes* spiritualiter, in quo demonstratur iudicium Dei instare, & tempus *Christi* descendentis. Duo autem sunt, quæ ex historiâ hac *Iosuæ* observabo in Chronologicâ ratione. Primum quod præceperit Deus ut 12 viri descenderent in medium *Iordanis*, atque inde acciperent 12 lapides, in memoriam quod pedes sacerdotum stetissent in medio *Iordanis*, donec totus populus transijsset. Nomen *Iordanis Hebraicè* יַרְדֵּן continet in numeris 933 & particulam unitatis ו vel ; vnde in prima litera *Geneseos* בּ, Dagesh illud significat

significat *Christũ*, qui est ut $\frac{1}{1}$ & $\frac{1}{0}$ quia cum sint divina superiora, 3 personarũ in unitate deitatis ineffabilis et divina inferiora in *Christo* ut homine, qui est ἴσος ἀπαραμῦθ æqualis vel similis Deo sine contradictione: *Christus* est utriusque rationis divinorum particeps: Vnde Deus fecit *Moysem* Deum *Pharaonis*. Et *Christus* creatus est ut crearet cœlum: et non solum est in *Christo* simplex plenitudo divinitatis, verum etiam πᾶν multiplex. Phil. 2. 6. Exod. 7. 1. Coloss. 1. 19.

*	20	
-	6	
⁊	200	
:	1	Summa 933 $\frac{2}{6}$
⁊	4 $\frac{2}{6}$	
-	2	
ſ	700	

Medium *Iordanis* in quod 12 viri iubentur ingredi, & inde singulos lapides accipere: est medietas numeri huius 466 $\frac{1}{2}\frac{1}{6}$. Si ergo 12 viri singuli lapidem (i) calculum numeralem supputationis suæ ex hac medietate capiant: numerus hic duodecies multiplicatus erit 5600.

Et 12 calculi hi, in æternum memoriale erunt ætatis deinceps computandæ in altero seculo, & memoriale temporis iudicij divini, quando numerus hic annorum impletus est in seculo superiori.

Aliud exemplum numerationis Chronologicæ ex eâdem historiâ clarum & luculentum, sit modus quo *Hiericho* civitas post 13 gyrationes ceciderit: Iubebantur enim filij *Israel* ambire civitatem 6 diebus, singulis vicibus; & in 7 die septies eandem circundare: quo facto iubebantur etiam magnam & continuam vociferationem facere, donec muri

Hiericho decidissent: *Hiericho* ad verbum significat civitatem *Lunæ*, & doctrinam timoris: & prima fuit in terrâ sanctâ quam populus Dei ingressurus esset. Sicut sphæra *Lunæ* in cœlis; & doctrina timoris (i) religio *Catholicæ* Ecclesiæ se habet in terris. Continet in numeris 252 cum vocalibus simul et consonis.

י 10
ר 12
ק 200
י 10
ה 3
ח 8
ו 6
ו 4

Summa 253.

Qui 6 vicibus numerationis circumgyrati, faciunt 1518. qui primus annus integer est prædicationis fidei *Protestantium*, cœptæ per *Lutherum*. Sed in die septimo (i) respectu nominis *Hiericho* exempti ab opere servili punctorum legalium, in Sabbatum *Selah*, סלה valet 234. Qui numerus multiplicatus per septuplicem ambitum fit 1638. Quo toto tempore non fiet vox iubilationis, donec *Christo* de cœlis manifestè descendente, & corpori Ecclesiæ se uniente, clametur ab omnibus *Halleluia*, non tantùm ad verbum quod etiam nunc ab omnibus *Protestantibus* enunciabitur, verùm etiam in sensu beatorum. Et tunc cœlorum muri more fluctus tumentis ultra metas suas, relabentur ad annum 1625.

Cap. 32.

Supputatio temporum ante Christum & post Christum ex libro 4. Esdræ.

Lecto titulo hoc miraberis, quod ex libro sublestæ fidei, et qui e senatu prophetarum expunctus est, tam a *Catholicis* quàm *Protestantibus*, testimonium veritatis efflagitem. Quis enim fieri posse putet? ut sine miraculo aliquo cœlitùs dimisso, possit libro illi authoritas conciliari. Quòd si manifestè probem authorem illius libri a spiritu sancto afflatum fuisse, & sex prophetias Chronologicas de primo *Christi*, & secundo adventu edidisse, quæ non per conjecturam lubricam similitudinis, sed per Arithmeticam & literalem rationem præcisè constent: nonne spiritus propheticæ testimonium erit veritatis? Quis enim de rebus post multa secula venturis, ita loqui potest, ut annum nativitatis *Christi*, & baptismi ejus, & exortus Ecclesiæ *Protestantium* visibilis, et numerum annorum totius mundi, certò determinare possit: nisi per illuminationem spiritus divini? Neque tamen hoc fidei *Protestantium* derogat: Fides enim nostra positiva est, non negativa (i) in illis quæ credimus: non illis, quæ non credimus. Et præterea etiamsi dictatus sit liber iste per Spiritum Dei: tamen quoniam in *Hebræo* non habetur, ut consulere possimus fontem translationis; ideo non est recipiendus in regulam veritatis, nisi quatenus cum alijs

Scripturis convenit, aut necessaria demonstratione rerum asseritur, ut in hoc capite fiet.

4 Esdr. 4. 44. *Si inveni gratiam ante oculos tuos, & si possibile est, & si idoneus sum: demonstra mihi, si plus quam praeteritum est, habet venire: aut plura transierunt supra quam est. Quid pertransierit scio, quid futurum sit ignoro. Et dixit ad me, sta super dextram partem, & demonstrabo tibi interpretationem similitudinis. Et steti, & vidi: Et ecce fornax ardens transijt coram me: & factum est cum transiret flamma, vidi, & ecce superavit fumus.*

Si nihil aliud significatum fuisset sub hac visione, quam proportio magnitudinis majoris, & minoris, indigna fuisset vel Angelo bono, vel prophetâ: Huiusmodi enim revelationes digniores sunt conjecturâ diaboli quàm oraculi divini: habent enim & diaboli notitiam rerum futurarum & temporum, caliginosam. Quòd si verba hæc, *fornax ardens transeuns in fumum*, scribas vocibus *Hebraicis* simplicibus, & naturalibus, quemadmodum Prophetæ tradita fuisse credibile est, ita se habebunt.

Fornax	תנור	656	
ardens	בער	272	
transeuns	עבר	272	Summa 2300
in	ל	30	
fumum	עשן	1070	

Sed ad dextram partem juberur stare verborum. Et sursum legendo a dextrâ, corrigitur ratio, & transit fumus (i) depuratio numeri iusto amplioris, in his verbis: על עבת שבעתים רוץ In implicatione 7, (i) septem

septem annorum filij *Christi*, principium defluit (i) demendi sunt 7 anni a totâ computatione, a Diluvio ad primum annum *Christi* secundum æram *Babylonis Catholicæ*, ad quam etiam postea in hoc Prophetâ series annorum extenditur. Sunt enim ab anno diluuij ad æram *Christi Catholicam* 2293. litera ר pro ראש compendiosè a *Rabbinis* ponitur. Et totum tempus intermedium fuit uelut fornax iræ divinæ, in historia *Sodomarũ*, & camino servitutis *Iudaicæ* 400 annis, et plagis *Ægypti*, et asperitate legis: quæ omnia transierũt in fumũ *Christo* veniente: quia cypus fuerunt et parabola temporis *Christiani*.

Et sub his ipsis verbis, continetur alia Prophetia, de tempore durationis totius mundi. Si enim sursum legas literas has quo ordine naturaliter ponuntur, prodibit hæc sententia נן על עבה שבע דרו ר. De implicatione septenariâ generationis physicæ, salivaejus est præcipua. ר pro ראשן more Rabbinorum. Significatur ergo, quod licet exterior sensus verborum vaticinium contineat *Christi* in primo adventu, tamen principalis sensus intendat numerum Chronologiæ mundanæ.

Ad cujus intelligentiam sciendum est, quòd duplex erat ratio numerandi *Hebræis*, altera vulgaris per literarum ordinem; & altera arcana, quam nos ab *Hebræis* traximus: quæ est Siphrica: 1 2 3 &c. si enim diligentèr formas literarum observes: in siphris istis *Latinis* deprehendes vestigia consonantium Hebræarum ut א in media virgula exprimitur per 1. ב per 2. ג per 3. ד per 4. ה per 5. ו per 6. taquam ו inversam. ז per 7. ח per 8. ט per 9. י per 10. Literæ vero quæ sequuntur. Non secundum valorem

lorem suum æstimãtur quem habent apud *Hebræos*, sed secundum locum quem obtinent. Vt ב 2. ל 3. מ 4. נ 5. ס 6. ע 7. פ 8. צ 9. ק 1. ר 2. ש 3. ת 4. ך 5. ם 6. ן 7. ף 8. ץ 9. Sic ergo disponendæ sunt literæ, et numeri colligendi.

Fornax	תנור	4562,
ardens	בער	272.
		Summa 5601.

transeuns	עבר
in	ל 30
fumum	עשן 737

Significat fornacem mundi hujus ardentem, in illo annorum numero transituram. Quia ultimum momentum hujus mundi est primum mundi futuri. Hic est ergo numerus ille mundi physici qui per implicationem Septenarij in quadro suo producitur.

Secundum exemplum Propheticæ visionis est hoc, Post hæc transijt coram me, *Nubes plena aquæ & immisit pluviam impetu multam, et cum transissent impetus pluviæ, superaverunt in eâ guttæ.*

Ita Hebraicè naturaliter enunciatur.

Nubes	ענן	755	} 1602. numerus est annorũ ab anno nativitatis *Moysis* exclusivè ad annum baptismi *Iohannis*, & *Christi* exclusivè.
plena	מלא	431	
aquarũ	מים	416	

immittens	שלח	Totum autem tempus *Moysis*
pluviam	יורה	doctoris et legislatoris *Indæo-*
impetu	זנק	*rum*, erat nubes typica plena sig-
multo	רב	nificationibus, quæ in anno

quo

quo *Christus* baptizatus est, & prædicare cœpit, immisit pluviam baptismi sive doctrinam cum impetu multo, & virtute signorum. Ioel 2.23.

Et idem est numerus annorum a primo anno *Christianæ* Ecclesiæ nascentis secundum æram veram, ad præsentem annum, quo toto tempore doctrina *Catholica* mystica nubes fuit: quæ hoc anno demittit pluviam diluvij, cum impetu magno, & potentiâ rationum.

Sequitur vaticiniũ tertiũ 4 *Esdr.* 11. *Duodecẽ enim partibus divisum est seculũ, & transierunt ejus decima, & dimidia decimæ partis, supersunt autem ejus post medium* 10 *partis.*

Tempus in quo datum est vaticinium hoc *Esdræ*, ab ipso ponitur in 30 anno a ruinâ civitatis. Breviter dicitur pro 30 supra centesimum: erat enim sub regno *Medorum*. Annus autem iste incidit in 4 *Artaxerxis* 3489 a mundo creato, ad quem annum a destructione urbis per *Chaldæos* factâ, sunt 130 anni præcisè. Et hic idem annus est, a quo computatio 70 hebdomadarum ordiens finitur in morte *Christi*, 33 anno ætatis ejus apud *Danielem*. Et hunc eundem annum qui vocatur secundus *Darij*, Angelus observat, ut epocham septuagesimi anni post captivitatem solutam, apud *Zachariam*. Zach. 1. 12.

Hoc problema ita resolvit doctissimus Mathematicus *Guilielmus Owtreadus*. Adde $\frac{10}{12}$ & $\frac{1}{10}$ Summa $\frac{11}{60}$ pars temporis a creatione mundi ad annum in quo facta est visio: Si ergo 53 sit 3489 anni: tunc 60 erit 3950 circiter a creatione ad nativitatem Salvatoris. Quod si 3950 annis demas 3489, re-

habunt 463 ab illo tempore ad *Christum*.

Ita etiam doctissimus vir & singularis amicus meus *Iohannes Welles* rem resolvit.

Sit seculum — 12.

10 partes ejus 10.

$\frac{1}{10}$ pars e 12 est 1 $\frac{2}{10}$ — 1 & 2 decimæ

$\frac{1}{2}$ pars ejus est 0 $\frac{6}{10}$ — 6 decimæ.

$\frac{1}{10}$ pars, & $\frac{1}{2}$ decimæ partis, est 10 $\frac{6}{10}$ — 10. & sex decimæ.

Erit itaque proportio sicut 10 $\frac{6}{10}$ est ad 3489 sic sunt 12 ad ad — 3949 $\frac{8}{10}$.

Totum ergo tempus a creatione mundi ad *Christum* 3949 anni et 292 dies: & tempus a visione *Esdræ* quod nondum expiraverat, ad *Christum* erit 460 anni & 292 dies. Ita ut attingat primum annum æræ *Catholicæ* vulgaris.

Nam quia visio hæc facta est in *Babylone*, quæ figura est *Catholicæ Romanæ* Ecclesiæ: ideo spiritus sanctus determinavit numerum annorum nativitatis *Christi* juxta illam æram quam Ecclesia *Babylonis* antitypa agnoscit.

Hæc est determinatio seculi ad adventum *Christi* priorem: sub qua continetur altera definitio temporis *Christi* secundo venturi, & finalis anni totius mundi, hoc modo exponendi. Dividatur seculũ in partes duodecẽ: Hebraicè scribetur שנים עשר quod etiã significat bis עשר 570. Qui numerus geminatus est 1140 & mediũ עשרים quod valet 990. Cuius dimidium est 495, qui simul coniuncti faciunt 1635. qui numerus ordiendo ab æra vera *Christi*, desinit in anno præsenti 1633: in quem manifestatio λογε ιδιαζεις incidit. Sed si scribatur cum vocalibus

vocalibus עשירית Dictio hæc accepta ænigmaticè pro numeris consonarum, & vocalium vocis illius, non pro sensu dictionis integræ, valet in numeris 998 5/6. cujus medium est 449 5/12. qui appositi numero 1140 fiunt 1639 5/12. Et est numerus Ecclesiæ *Christianæ*, à primo anno æræ veræ *Christi* ad annum 1638. vulgarem.

ע	71 5/6.
ש	301
י	13
ר	200
י	13
ת	400
	998 5/6

Iam quandoquidem propositũ mihi est, totum mundũ dormientẽ suscitare, ut occurrant *Christo* venienti in nubibus omnium signorũ, & symbolorum rerum cœlestiũ, non à proposito fuerit, priusquàm ab historiâ Regum *Medorum* digrediar, sub quibus visiones hæ prophetic æ susceptæ sunt: exemplũ dare quomodò occurrendũ sit Domino, in viâ contẽplationis. Quatuor fuerunt regna mundi hujus generalia: *Chaldæorum*, *Persarum*, & *Medorum*, *Græcorum*, & *Romanorũ*. Significat autem regnum generalem formã dirigendi sensum S. Scripturæ. Et rex est, qui secundum aliquam formam, interpretationem S. Scripturæ dirigit. Et quatuor sunt expositionis hujus modi: Literalis, Moralis, Allegoricus, & anagogicus. Regnum *Chaldæorum* significat rationem exponendi literalem; dicuntur enim כשדים qui secundum literam incedunt, est enim שד linere, undè literæ nomen profluxit: *Medus* מדי significat moralem, & פרש *Persa* hominem separantem se in vitæ severitate, à populo: undè & *Pharisæi* dicti sunt. Tertium regnum est *Græcorum* יון dictum tanquàm יהבן Dei Filius, & significat allegoricam rationem traducendi typos veteris Testamẽti ad *Christi* historiam. Quartum regnum *Romanorum* à רומה altitudo, & exaltatio,

significat expositionem anagogicam, quæ res religionis *Christianæ*, & *Iudaicæ* elevat ad sublimiorem gradum scientiæ *Christi*. Quod quidem si rectè fieret, introduceret animam ad scientiam interiorem faciei revelatæ *Christi*: sed contrà fit, quoniam sub specie id præstandi, in sublimi formâ loquendi,& profitendi Theologiam mysticam, ad
2.Cor.11.14. seipsos,& sensum carnalẽ relabuntur. Et per *Chaldæos* quidem literales scripturæ interpretes, destructum est templum Dei, (i.) forma serviendi Deo iuxta justitiam Divinam.

In secundo regno *Medorum*,& *Persarum* (i)conversionis typorum scripturæ ad sensum moralem, & formam pietatis *Catholicam*, varij fuerunt reges, seu rationes dirigendi interpretationem scripturæ: quæ significantur per successiones *Medorum*, & *Persarum*. Sed inter illas 4. tantùm reperiuntur, quæ veram intelligentiam rerum Divinarum in fide *Protestantium*, promovent in animâ cõtemplantis. Prima harum regularum est: Vt quicquid in veteri Testamento legitur de iustitiâ legali, in hominibus legem observantibus, concipiatur similitudinem gerere hominis, qui omni opinione le-
Matth.5.3. galis iustitiæ seipsum evacuat. Sicut dicit S. *Paulus*, quod etiamsi irreprehensibilis fuisset in illo
Philip.3.8. cultu, tamen *æstimaret omnia stercora ut Christum lucrifaceret, & non inveniretur habens justitiam, quæ est ex lege, sed quæ est ex Christo*. Vndè & ipsi *Catholici* non recusant se censeri inter huiusmodi pauperes, respectu iustitiæ *Iudaicæ*: Sed hæc regula intelligendi, semel erecta in animâ contemplantis, diffundit se latiùs,& favet doctrinæ *Protestãtium*, qui docent

docent per justitiæ *Iudaicæ* neglectum, significari justitiam hominis, abijcientis omnem respectum operum moralium, in ratione justificandi apud Deum, & non solum ceremonialium; et hoc modo permittitur licentia erigendi templum Dei, (i) modi serviendi Deo in justitiâ spiritus.

Et hoc significabatur per *Cyrum*, qui primus licentiam permisit *Iudæis* ædificandi templum Dei in *Hierusalem*. *Cyrus* enim כורש significat similitudinem hominis pauperis & miseri. Per cuius authoritatem ædificatio templi *Hierosolymitani* concessa est. Quia reconciliatio nostra cum Deo perficitur inaniendo nos ipsos omni opinione bonitatis propriæ, & adhærendo bonis *Christi* per fidem communionis eius.

Secunda regula quæ promovet expositionem et contemplationem S. Scripturæ secundum fidem *Protestantium*, & tamen summam habet authoritatẽ inter *Catholicos*, est illa doctrina sacræ scripturæ: Quod lex Dei per quam homo iustificatur, sit lex scripta in tabulis cordis carneis, non in tabulis lapideis. 2 Cor. 3. 3.

Quia gentes quæ non habent legem scriptam, & tamen faciunt naturâ quæ sunt legis, ostendunt legem scriptam in cordibus suis. Rom. 2. 14.

Hæc vero doctrina videtur primo aspectu impedire contemplationem pacis habendæ cum Deo per solam fidem. Quia eiusmodi lex scripta in corde, extendit se etiam ad opera quæ fiunt secundum dictamen naturæ rationalis. Vnde videtur sequi, quod possit lex observari ad iustificationem, per opera quæ ex instinctu naturali, et humano-

humano iudicio bonitatis fiunt. Sed penitius et maturius consideranti rem, apparet non loqui S. *Paulum* de illa lege quæ secundum judicium rationis naturalis illuminat conscientiam, et per exercitium operum perficitur. Hæc enim lex non est alia, quam quæ scripta est in tabulis lapideis. At Apostolus opponit vnam alteri, et non dixit non solum in *tabulis lapideis*, verum etiam in tabulis cordis carneis: sed absolutè negavit, et exclusit legem illam, et opus ejus filium *Hagar*: et hæreditatem
Gal. 4. 30. iustitiæ vindicavit *Saræ* conscientiæ liberæ a iugo
Isai. 65. 14. legis, et opere eius, et *Isaac* risui et gaudio spirituali. Sicut dicitur, Servi mei laudabunt præ exultatione cordis, et vos *confundemini*. Ergo per legem scriptam in cordibus intelligitur novus ille instinctus fiduciæ iustificandi per solam gratiam *Christi*: et securæ tranquilitatis et libertatis Evangelicæ, quam anima per gratiam Dei regenerata in novam naturam, possidet.

Et hæ sunt *gentes*, *sc. Protestantes*, habiti a carnalibus *Catholicis* tanquã gentes alienæ a fœdere Dei.
2 Cor. 3. 3. Qui non habentes legem operum regulam iustificandi apud Deum, faciunt ex novitate cœlestis naturæ, id quod lex intendit, in opere fidei iustificantis apud Deum: et id quod lex intendit in opere charitatis apud hominem.

Et hoc significabatur per regnum *Artaxerxis Longimani* ארתחשׁשׂתא, cuius nomen significat illuminationẽ palpabilis vel sensibilis fundamenti (i) naturæ corporeæ, quæ per lumen naturæ dirigitur in operatione boni moralis, et etiã incitatur ad actũ. Et si sub hac ratione consideres legem scriptam in

corde

corde, impediet ædificium spirituale Templi Dei. Non enim agnoscimus ullum judicium inhærens naturæ lapsæ, a quo possit illuminari anima ad salutem: vel ullum affectum & εὐροῤῥίαν quæ voluntatẽ rationalem peccato originali mortuam, ad Deum inclinet. Quia *non possumus cogitare aliquid bonum a nobis tanquam a nobis: sed sufficientia nostra a Deo est.* Sed si legem hanc in corde scriptam, intelligas charitatem Dei in cordibus nostris diffusam, per fidem vnionis *Christi*, rectè promovebit opus templi spiritualis, & interius in animâ credentis, et exterius in exemplo piè viventis: et manum suam *Longimani* instare ad Sancta opera extendentis, non ex timore legis scriptæ in tabulis lapideis, sed ex suavi impulsu *Christi*, in corde nostro habitantis. 2 Cor. 3. 5.

Tertia regula interpretationis et contemplationis moralis justitiæ *Catholicorum*, quæ favet Ecclesiæ Protestantium, & cum fide eius conspirat, est hæc. Quod veri Dei cultores et generatio *Christi*, despecti sint in hoc seculo, et pro purgamentis mundi, et spurijs *Iesu* filijs habiti. Ex cujus contemplatione erigebatur spirituale templum Dei in hoc mundo, in conscientijs verè fidelium. Qui ex hujus theorematis attentâ consideratione, intelligebant non quadrare testimonium hoc justitiæ *Papali*, & ordinibus religiosis, quoniam ab omnibus honorabantur *Catholicis*, solique veri *Christi* imitatores esse credebantur. Et hoc significabatur per regnum *Darij* nothi. Est enim *Darius* דָּרְיָוֶשׁ nothus. *Generatio Iesu adulterina* & pro talibus æstimantur in mundo *Catholico Protestantes*. 1 Cor. 4. 13.

Et

Et quia *Hierusalem* significat visionem vel doctrinam pacis, pax autem triplicē habet respectum, primò ad Deum, secundò ad nos ipsos, tertiò ad omnes homines: Triplex est etiam distinctio ædificij *Hierusalem:* prima templi: secunda urbis: tertia murorum. Et quidem ædificium templi est conciliatio hominis ad Deum: quæ per hoc fit, quòd omni justitiâ propriâ nos inanientes, ingredimur in divitias iustitiæ *Christi:* et hoc significabatur per *Cyrum*, formā hominis pauperis, permittentis ædificium templi: Intelligere enim quod soli homines pauperes spiritu, beati sint, permittit templum Dei et *Christi* per solam fidem iustificantis, erigi in anima. Secundò, ædificium civitatis est conciliatio et concordia facta in nobis ipsis inter animam et corpus, quæ per hoc fit, quòd naturalis usus voluptatis corporeæ, et rerum naturalium, cum honestate et moderatione, apprænditur a nobis, ut res Deo grata: ut supervacuum sit, onera *Pharisaicæ* iustitiæ corpori imponere. Et hoc significabatur per nomen *Artaxerxis Longimani*. Quod exponitur illuminatio sensibilis suppositi (i) corporeæ naturæ in exercitio operationis humanæ sensibilis: et per *Darium Nothum* (i) existimationem quod vera *Christi* generatio contemnatur pro adulterinâ. Quia pro libertinis traducuntur, qui fructum naturæ corporeæ etiam cum honestate & moderatione decerpunt.

Tertia ædificatio, murorum, est constitutio pacis cum mundi huius hominibus (i) *Catholicis* qui foris sunt. Quod per hæc factum est superioribus tēporibus. Quod homines pij qui spiritu Dei illu-

minati

minati sunt ad agnitionem claram salvatoris, solicitè se custodiebant a notitiâ seculi: & sub confessionis *Catholicæ* verbis, & formâ communi operum pietatis, tanquam sub muro impermeabili latebant. Ideoque clauserunt fores signorum, et verborum, Isai. 26. 2. & in tabernaculo Dei protecti sunt a contradictione linguarum, Psal. 31. 21. quam incurrissent si palam se exeruissent. Quamquam nostris temporibus propter multitudinem civium, *Hierusalem* habitetur sine muris. Atque hæc tertia ædificatio est, ad cujus licentiam tardiùs pervenerunt fideles, ut investigarent modum quo pacificè cum *Catholicis* viverent, & tamen secretum Dei in conscientiâ purâ venerarentur. Quiâ licet primo intuitu videatur dissimulatio esse, & negatio confessionis veræ *Christi*, non tamen ita se habet: Sed est gestatio oneris infirmorum ad implendam legem, & vera confessio Dei sub formâ Symbolicâ & memoriali divinorum. Math. 5. 16. Gal. 6. 2. Math 7. 6. Rom. 8. 36. 2 Cor. 4. 10, 11.

Et hic est *Artaxerxes Mnemon*. Qui illuminationem libertatis Evangelicæ in rebus corporeis recordatur, & commemorat sub Symbolis rerum & verborum.

Cap. 33.

Supputatio Temporum, ab Historia Abrahami & ænigmate dato a Deo, ad sciendum tempus in quo possessurus esset terram Canaan.

NOn deerit fortasse, (ut sunt ingenia hominum ad pulpam carnis procliviora) qui mirabitur, quod Deus monitorium *Christi* venturi daturus, tubam hanc, signorum sensibilium demonstratione, non inflaverit; ut oculos potius stupore rerum, quam aures hominum strepitu verborum impleret. Apage cum insipientiâ tuâ quisquis es. Signa enim visibilia comparata sunt a Deo propter infideles, ut in mundum fidei inducerentur, ubi veritas conclusionis per medium inevidentiæ stabiliretur: non ut in mundum intelligentiæ et sapientiæ assumerentur. Quã diu enim non vides id quod credis, ex evidentia rerum, sub fidei velamine tegeris: sed quatenus rupto parapetasmate, incipis in sancta sanctorum ingredi, necesse est ut non propter authoritatem *Romæ Samaritanæ Christo* credas: sed quia τὸν λόγον ἐνδιαθέτον verbi, & rationis audivisti & vidisti. Qui enim non credit ex binario geminato confici quaternarium, & totum maius esse qualibet sua parte, nisi propter testimonium alicuius, nondum intelligit. Propterea decrevit Deus per demonstrationem Mathematicam numerorum, cui non potest subesse error vel dubitatio, &

per

per scripturam novam Canonicam, quæ communi *Iudæorum* & *Christianorũ* fide præsumitur, & per reconciliationem contrariorum, quæ sola *Christi* virtute confici potest, veritatem nuncij sui confirmare. Quæ sunt tria testimonia de cœlo petita. Licet enim scientia Mathematica per se originem trahat de terrâ: tamen quatenùs ad demonstrationem rerum divinarum mundo invisibilium, adhibetur, cœleste testimonium est. Sicut enim non poterat structura *Babylonis*, publico totius orbis consensu erecta, impediri, nisi Deus descendisset: ita non poterat superba illa moles *Romanæ* Ecclesiæ ad terram deduci, nisi sapientia Divina ab invisibilitate suâ ad captum hominum descendisset. Supponamus enim quod exercitus *Suecorum* totum orbem *Catholicum* subegisset, & liberam professionem fidei *Romanæ*, ferro et flamma vindicasset: salva nihilominus esset majestas nominis *Romani*, in animo *Papistarum*, etiamsi structura visibilis decidisset. Quod si quis ad elevandam fidem pontificis *Romani*, omne genus morborum eliminaret, et mortuos ad vitam revocaret, nonne *Papistæ* clamarent hæc omnia Dæmonum & *Antichristi* præstigijs facta esse? et ex annalium suorum monumentis, & templorum cæreis anathematis, exercitum cæcorum, claudorum, mortuorum conflarent? & miracula miraculis contunderent? Aut numquid *Iudæi* per huiusmodi miracula ad *Christum* adducerentur, qui tam stupenda ipsius opera, uno spiritu, *Beëlzebub* imputati videbantur sibi diffiasse. Hæ sunt imaginationes humanæ, quas aruspices & incantatores spirituales *Romæ*, præsagie-

bant, qui huiuſmodi nænias & nugas de tempore *Antichriſti* ſomniabant. Sed teſtatur Deus ſe tale concilium de pænâ meretricis *Babylonicæ* cæpiſſe, quod nunquam illi in mentem veniſſet: ut uno die, & unâ horâ funditus corrueret: & tanquam molaris lapis in profundum demergeretur. Et huius tanti operis, quod miniſterio meo præſtatur, ad redigendam Eccleſiam *Romanam* ſub obſequio viri ſui *Proteſtantis*; figuram exhibuit Deus in hiſtoriâ *Abrahami*: Qui aſſumturus uxorem filio ſuo. *Iſaac*, miſit ſervum ſuum, cum decem camelis plenis omnium bonorum Dómini ſui: ut illo munere ſponſam conciliaret filio ſuo. Significat *Abraham* patrem multarum gentium, *Rebecca* pinguem, *Iſaac* riſum. Et 10 cameli ablactati Domini ſui, ſonant etiam ad literam, decem numeros numeratos, עשרה nominis. Similiter ergo Deus, a quo omnis paternitas dicitur in cœlo, & in terrâ, ut reconciliaret *Rebeccam* Eccleſiam *Catholicam* pinguem, quæ in craſſâ legis iuſtitia requieſcit, cum *Iſaac Proteſtante*, qui in abnegatione totius iuſtitiæ, riſum & exultationem ſpiritualis gaudij percipit: & nuptias ſpirituales conficiat: miſit per manus meas, decem numeros numeratos nominis עשרה. Et ſupputatio iſta temporum, eandem vim habebit ad eliciendum aſſenſum *Catholicæ* Eccleſiæ quam habent xenia ad ſponſam deliniendam. Decem vero notæ numerales 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 continét 55 & nomen עשרה 65. Numerus autem 55 multiplicatus ſuper 65 producit 3575 qui eſt numerus *Iſaac* (i) totius generationis fidelium a primo an-

no

no in quo *Abraham* Deum vocantem per fidem: sequutus, & promissioni eius credens, factus est pater omnium fidelium: ad ultimum complementum filiorum Dei in hoc seculo, anno finis antepenultimo. Incidit enim annus vocationis *Abrahami* in 2023 annum mundi, a quo ad finem a me suppositum 5600 annorum, sunt anni 3577 qui noviſſimus annus, idem est realiter cum antepenultimo. Quoniam 13 anni qui excreverunt ab anno Domini 1625 in unum annum, sole regrediente compingentur: sicut per regressum similem solis, virtus 15 annorum data est in vno anno *Ezechiæ*. Præterea sicut *Abrahamo* desideranti scire tempus, quo possessurus esset terram *Canaan*, datum est ænigma numerorum triplicatorum; ex quo summam annorum eliceret: ita omnibus pijs *Christianis* desiderantibus scire tempus, quo mundo hoc desinente, in terram viventium assumendi sint, idem ænigma computationis Arithmeticæ exhibeo: In historiâ enim typicâ *Iudæorum*, respexit Deus ad historiam spiritualem Ecclesiæ *Christianæ*, quæ ad terram *Canaan* antitypam, inducenda esset.

Dixit *Abraham ad Deum, Domine Deus, in quo* Gen. 15.8.
sciam quando sim possessurus eam (i) terram: ità enim vertendum est, & non *quòd possessurus sim*: Non enim postulavit signum a Deo, ad confirmandam veritatem promissionis divinæ; tunc enim fidei suæ gloriam obscurasset, si plus signo visibili, quam diserto Dei verbo credidisset. Sed cum esset sapientiæ discipulus, petijt a Deo, (tanquam scholæ magistro)

magistro) argumentum sibi dari meditandum, ex quo eliceret annorum numerum, quo exacto semẽ suum hæreditatem iniret. Deus autem qui sub omnibus sensibilibus, intellectualia *Christi* mysteria adumbrauit, proposuit ei ænigma hoc, in quo geminum tempus intelligi posset hæreditatis suscipiendæ, tam temporalis quã spiritualis. Est autẽ hoc ænigma *Accipe vitulã triplicẽ, capram triplicẽ arietẽ triplicatum, turturem quoque & columbam.* Quod duplicem rationem exponendi patitur, vel secundum divisionem verborum, vel secundum computationem numeralem. De prima egi in apparatu, de altera in præsens tractabitur. Vitula עגלה valet in numeris 108, & triplicata fit 324 : *Caper* עז 77, & in triplici censu 231 : *Aries* איל 1040, et triplicatus 3120: putetur ratio, & fient 3675. Sed ultima verba *Turturem quoque & columbam*, aliam interpretationem patiuntur. *Ordine vel seriatim dispone*, & dirupe. Quibus verbis significabat, tres illas voces subalternè ponendas esse, et totum numerum depurandum, prout sub literis illis moneretur. Quod vero ita verba intellexerit *Abraham* apparet. Quia dicitur divisisse tria animalia in partes, & posuisse partem sub parte. Sed volucres (i) nomina voluchrum non divisisse *quia sunt directoria intelligendi*, non ipse textus numerorum ordinandus.

Hoc vero modo collocanda sunt triplicata illa animalia per nomina sua.

3 2 Generatio 1.

	עגלה	עגלה	עגלה	108	*Triplic* 324	Summa
4 תור גוזל	עז	עז	עז	77	*Triplic* 231	3675
	איל	איל	איל	1040	*Triplic* 3120	

Accedit

Accepit hæc nomina *Abraham*, & divisit ea in partes, & posuit partem unam, in occursum alterius: voluchres autem (i) nomina earum non divisit. Nunc partes nominum divisas contemplemur. Si literæ hæ vocum ordine positarum diripiantur, & coniungantur cum literis quæ occurrunt in seriebus subalternis hunc contextum facient עע אגו ילה Vbi primo in loco occurrit dictio Rasetevoth (i) tesseralis duarum vocum, quæ adhibentur compendiosè a *Rabbinis*, secundum antiquam traditionem, ad significandum duas dictiones has עבורה עבורה Opus operatum. Et dictio א גו divisa significat unum denarium. Quia א valet unum & גו 10: tertia dictio ילה vel ילילה significat obtenebrationem et conversionem in noctem. Est vero opus operatum duplicatio rei cuiusuis super seipsam: Vnde S. *Paulus* negavit se de seipso enunciare sed dixit vivo ego non ego, sed vivit in me *Christus*. Et bonum est homini qui portaverit iugum in adolescentiâ suâ: sedebit studens et silens quia ablatus est super seipsum. Et viri spirituales monent non elevare se super se. Quo sensu opus operatum unius denarij, est multiplicatio denarij in seipsam, ut sit 100: qui dicitur obtenebrandus esse, et atramenti inductione delendus. Quo sublato restabunt 3575. Qui numerus est annorum ab anno illo, in quo *Abraham* Deum vocantem per fidem sequutus, venit in terram *Canaan*, & factus est pater omnium fidelium, ad annum mundi antepenultimum 5598. Qui idem annus est cum illo, qui in prioti typo 10. camelorum, assignatus est. Et hoc est tempus quando *Rebecca Catholica* conciliande

anda est in unionem *Isaac Protestantis*: et numerus est ultimi temporis quando semen *Abrahami* spirituale accepturum est possessionem terræ viventium. Quoniam in eundem annum, et diem, 13. anni emensi contrahentur.

Et hæc est interpretatio ænigmatis secundum rationem numeralem. Sed est prætereà alia expositio, in quo terribile judicium Dei de *Catholicis* carnalibus declaratur: prout in 4 series distinguuntur, ad diversos gradus pænarum in altero seculo.

Sicut prius significatum fuisse admonui in expositione 11 cortinæ Caprarum. Primo ergo exponuntur. *Opus operatum doctrinæ denariæ.* (1) decalogicæ יוֹלֶה *pensionem pendet*, יְיֵלֵל *obtenebrabitur*, יְלֵלָה *ejulabit*. Quoniam tota justitia *Catholica* traditur in servitutem, ut figuram gerat *Protestantis*: et nunc in fine seculi mittatur in tenebras exteriores. Et ejulent in inferno. Et hoc est judicium omnium *Catholicorum* in genere, qui ad illuminationem interioris hominis non pervenerunt: quoniam ut ait S. *Augustinus*, ad vetus testamentum pertinent. Quibus secundum superbiam operum bonorum, vel conscientiam malorum, pæna redditur in inferno: quoniam charitatem veritatis, in fide unionis amorosæ *Christi* non sunt amplexi, ut salvarentur.

b Thes. 2. 10.

Secundo Exponuntur. *Opus operatum* א (*doctore amputato*) *pensionē solvet, obtenebrabitur, & lamentabitur:* Hoc est judicium Dei de *Catholicis*, qui post Evangelij prædicationem publicè factam, et authorem illius a Concilio *Tridentino* damnatum, vixerunt. Quibus in judicio Dei ordinatur, ut in

sc-

secundo seculo generationum, eandem quam prius miseriam patiantur vitæ calamitosæ, in afflictione corporeâ, vel spirituali. Quia non solum qui malè vixerunt cruciabuntur, verum etiam qui pharisaico rigore alijs præstiterunt. Vnde profitetur Dominus quòd in hac vitâ receperunt mercedem, quam habituri sunt post hæc. Et tormenta danda sunt duplicia Meretrici *Babyloniæ*, quantum glorificavit se: quod non intelligitur, de peccatis publicis de quibus non solet gloriari. Apoc. 18. 6.

Tertiò, Eadem expositio redit. *Opus operatum (doctore amputato) pensionem pendet; obtenebrabitur, & lamentabitur.* Hoc est judicium Dei de illis, qui post annum Dom. 1608. usque ad præsentem annum, vixerunt in fide, et obedientiâ Ecclesiæ *Romanæ.* Quia cum illo anno edidissem librum Apparatus mei, in quo demonstrabam novam rationem, investigandi mysteria S. Scripturæ, per scripturam seipsam interpretantem: & simul privatim docuissem, esse alium cultum spiritualem secretũ, cujus figuram gereret cultus *Catholicus*, & qui *Catholicis* piè secundum conscientiam viventibus imputaretur; delatus sum ad Inquisitionem, a *Iesuitis* proditoribus; et ab Ecclesiâ *Romanâ* condemnatus. Si autem quæras quid peccaverint simplices *Catholici* qui huic sententiæ non consenserunt? scias quod actiones capitis, totum corpus determinent: et quod multa millia *Iudæorum* non consenserint sacerdotibus *Christum* crucifigentibus: et tamen sub eadem censurâ judicij divini ceciderunt. Et hi ad tertiam seculorum generationem ad pœnas expromentur.

Quarto תור גחל, Contemplator eripiet se, et liberabit: quia non per redemptionem, neque per imputationē gratiæ, sed per reales actus sapientiæ, liberabuntur e stultitiæ barathro, quicunque post libri huius promulgationem, et notitiam adeptam, in amore et obedientiâ Ecclesiæ *Romanæ* persistent.

Qui vero deprehensi sunt in communione Ecclesiæ *Romanæ* hoc tempore, qui nihil de arcanis Dei supra vulgus gustarunt, non erunt quidem participes resurrectionis primæ, quia non sunt inventi vigilantes (i) contemplantes & intelligentes veritatem fidei *Protestantium*: veruntamen si a cōmunione Ecclesiæ illius, ad *Protestantes* concesserint; non gustabunt pœnas in altero seculo, sed gloriâ illius fruentur, vnà cum illis qui pro nomine *Christi* passi sunt, neque tamen *Christum* in regeneratione sequebantur.

Considera jam 10 observationes factas ex hoc ænigmate, non ab *Abrahamo* carnali: sed ab *Abrahamo* spirituali, doctore omnium gentium, quas sub hac serie, spiritus S. author S. Scripturæ recenset.

Primò, Quod 3 illa nomina triplicaverit, et postea diviserit, et posuerit partem vocis vnius ad occursum alterius: sed voces volucrum non diviserit: sicut a me factum vides.

Secundò, cum ita voces multiplicasset, & literatim divisisset, incurrerint dictiones Rasetevoth (i) brachygraphicæ יי, & וא, quas vocibus contesseratis applicuerit, et converterit. Sicut dicitur, *& volucres descenderunt super cadauera, & auertit illas Abraham, vel convertit.* Significat enim *volucris involutam eloquutionem rei*, quando ex sig-

nis

mis rerum, vel tesseris dictionum, fit conjectura rerum & verborum contesseratorum.

Tertiò, Quòd illo tempore ministerium *Christi*, in Ecclesiâ *Catholicâ* festinabat ad occasum, quando hæc fierent: sicut dicitur & sol erat occumbens. Nam nomen solis שמש, significat ministrum, vel ministerium cultus divini.

Quartò, Quòd typum et similitudinem *Protestantis*, *Papa Romanus* cæterique *Catholici* gerere coacti sint. Sicut dicitur, sopor cecidit super *Abraham*: vox est תרדמה, quod significat *Protestantis* similitudinem: est enim תרה *Protestans*, et רמה similitudo.

Quintò, Quòd Episcopus *Romanus*, cum Ecclesiâ suâ in tenebras exteriores conjecti sint: & horribilis tremor eos invadet. Sicut dicitur, *& terror tenebrosus magnus cecidit super Abraham*. Significat autem אברם patrem, doctorem, & *Papam Romanum*.

Sextò, Quod in servitutem dæmonum tradentur, quibus pensionem soluent, & obtenebrabuntur, & eiulabunt: sicut dicitur, Peregrinum erit semen tuum in terrâ alienâ, et in servitutem redigent et affligent eos. Quoniam in alterâ vitâ repetitâ in inferno, secundum lineas huius similitudinis, a Dæmonibus torquebuntur.

Septimò, Quòd 4 generationes repetendæ in pœnis, pro diversitate meritorum constitutæ sint: sicut in textu dicitur, quod affligendi essent quadringentis annis, & usque ad generationem quartam. Verba ארבע מאות שנה *quadringentis annis*, significant etiam, *quater pro signo repetitionis*. Qui,

tota devotio *Romanorum* in inferno, referetur a Dæmonibus in signum pœnarum repetendarum. Memineris enim non requiri voces Grammaticè determinatas in arcanâ expositione scripturæ, sed tantùm vocum radices: Sicut dicitur ex ore infantium & lactantium, perfeciſti laudem tuam. Quod autem de pœnis inferni dicitur, (ut id obiter moneam) ne cogites pueriliter homines ſtipitibus alligatos igne elementari torqueri. Quia hic ipſe mundus ſublata ſpe redemptionis hominum, & totius creaturæ, infernus eſt.

Psal. 8. 3.

Octavò, Quòd tandem dæmones tortores animarum fidelium Deus iudicaturus eſſet, et educturus ſuos, cum ſubſtantiâ magnâ (i) cum totâ gloriâ ſeculi infernalis. Dicitur enim quod per contemplationem eripiendi ſint.

Nonò, Quòd ſicut in hiſtoriâ poſteà narratur de *Ioſeph*, quod in ſummo honore vixerit, & dominatus ſit toti terræ *Ægypti*: Ita qui nunc in vivis ſunt *Catholici*, ſi per pœnitentiam convertantur ad *Chriſtum*, ſepelientur in ſenectute bona בשיבה טובה In pœnitentiæ bonæ monumento ponentur, vel ſignaculum habebunt, quod pœnituerint de opinione propriæ bonitatis. Per cuius ſignaculi virtutem liberabuntur a pœnis inferni; & in gloriâ ſeculi illius victuri ſint, generatione unâ inter patres ſuos, (i) qui pro nomine *Chriſti* paſſi ſunt, ſed ad regenerationem novi hominis non pervenerunt.

Matth. 19. 28.

Decimò, Quòd ideò ad 4 generationem diſtinendi ſint *Catholici* etiam pœnitentes, a poſſeſſione terræ viventium: quòd non ſint deprehenſi vigilan-

tes

lès in die Domini: sicut dicitur in textu, *quia adhuc non sunt perfectæ iniquitates Amorrheorum* vel per metathesin *Romanorum*.

Vndecimò, Additur etiam in historiâ, *Quòd in illo tempore quo Sol ad occasum vergeret, fuerit caligo magna, & apparuerit fornax fumans*, & *lampas ignis transeuns inter divisiones illas*.(i) quod in capite immediatè præcedenti, in quo agebatur de fine seculi, fuerit propheta *Esdras* author 4 libri, in nullâ luce authoritatis divinæ, donec appareret expositio prophetiæ illius, de *Fornace ardente transeunte in fumum, per quam*, *cæteraque* sequentes prophetias illustratus sit, et declaratus per Spiritum sanctum edidisse illa vaticinia.

Duodecimò, dicitur quod in die illâ pepigerit Deus pactum cum *Abrahamo, quòd traderet ei totam terram Canaan, a fluuio Ægypti, usque ad fluvium magnum Euphratem*. Quo significatur id, quod in proximo capite demonstrabitur, de possessione legitimâ S. Scripturæ, quam spiritus S. mihi & discipulis meis daturus est, ab expositione Scripturæ, iuxta puncta Grammatica legis, usque ad parodicam eiusdem interpretationem: sicut mox dicetur. Per quam decem genera hominum qui nunc in illâ versantur (instar 10 punctorum vocalium) eliminabuntur.

Primò — פתח significat eum qui scripturam iuxta leges Gammaticorum aperit, & pronunciat: & respondet קיני *Cenæo vocis modulatori*. Secundò קמץ *Contrahens*, & negligens rationem punctorum, & vocatur קנז Cineæus tanquam זה קיני קנם *Qui condemnat hanc vocis modulationem* & nugas

æstimat totum artificium punctorum. Tertiò, סגול *proprietas* naturalis, significat eum *qui scripturam exponit secundum proprietatem sermonis, & hic est* קדמני *Cadmoneus, qui primam faciem sensus literalis in cultu Iudaico præoccupat.* Quartò .. צרי significat *formam angustiarum, vel formantem angustias:* & respondet חתי Chitheo: *Qui sensum legis ad contritionem & perditionem libertatis naturalis, & Evangelicæ pervertit.* Quintò. חי רק קטין Qui dictionem inanit aliquantulùm. *Sc.* Qui literas *Iudæorum* more transponit, ad eliciendũ sensus ineptos, & respondet *Pheruzeo* פרזי *qui literas separat, & sine muris rationalis certitudinis legendi habitat.* Sextò חי רק גדול: Qui dictionem scripturæ inanit magnâ in parte: & hi sunt רפאים *Otiosi commentatores,* qui secundùm translationem vulgarem, sensus divinarum rerum scrutantur, neglecto fonte *Hebraico.* Septimò . : קמץ חתוף Qui contractionem Scripturæ a vocalibus ad solas consonas, adhuc magis corripiunt ad simplices literas, in quibus voces integras compræhendunt. Et hi vocantur *Amorrhæi* אמרי Qui verba ex literis formant. Octavò est חולם *somnians perfectionem,* et hic est כנעני *Cananæus,* qui *similitudinem correspondentem facit.* (i) Allegoricus, qui signa rerum in res alias convertit. Nonò vocalis קבוץ *recolligens,* qui literas Alphabeti *Hebraici* a principio ad finem, præposterè colligit per Ethbash. Et hic est Gergasens גרגשי a גרר et גשש, qui serræ sursum et deorsũ tractæ more, explorat literas Alphabeti per Ethbash, vocando א, ת et ב, ש.

Decimò, punctum shurek שורק significat sibilo

sibilo convocare more pastorum: et hic est *Iebusæus* יבוסי Qui conculcat scripturam, et plus credit decretis Ecclesiæ *Romanæ*, quam authoritati sacræ scripturæ. Omnia hæc puncta, videbitis in proximo capite, in potestatem meam tradita, ut de iure interpretationem S. Scripturæ *Hebraicæ* vindicare possim.

Cap. 34.

De quadruplici ratione arcanâ exponendæ S. Scripturam.

PRiusquam ulteriùs progrediar, ut ostendam quadraturam circuli Mathematici, & Physici quam Dominus noster exhibuit in *Canâ Galilææ*: aperiendæ sunt quatuor catarractæ verbi divini; quæ arcam hanc Ecclesiæ *Protestantium*, in sublime efferant; simulque omnia terrenæ *Catholicorum* Ecclesiæ opera absorbeant. Et hi sunt quatuor fluvij *Paradisi*: *Physon*, *Gihon*, *Hiddekel*, *Euphrates*: quos in septo illo spiritualis voluptatis, hactenus concluſos, nunc effundam. Tacui inquit ὁ λόγος a seculo, silui, repressi meipsum: quasi parturiens clamabo: mutabo situm scripturæ, et respirabo simul ad aliam intelligentiam, sub vocibus integris. Abstraham a sensu suo montes (i) generalia symbola typorum: & colles tropicarum loquutionum: et omnem herbam significationis verbalis eorum arefaciam. Et ponam commentarios Isai. 42. 14

rios factos in scripturam in signis vel tesseris verborum: & omnes paraphrases, vel repetitiones verborum, insipidas faciam.

Et deducam homines indoctos in viâ quam nesciebant: in methodis ignotis faciam eos incedere. Ponam loca tenebrosa coram illis, in lucem, et constructionem scripturæ obliquam, in planam: Per hæc ipsa verba faciam illa, et non recedam ab illis.

Hæc est sapientia mihi communicata per Spiritum Domini *Iesu*. De quo dicitur, Posuit *David* puero suo excitare regem ex ipso fortissimum, et in throno honoris sedentem in sempiternum. Qui implet quasi *Physon* sapientiam: & sicut *Tygris* in diebus novorum. Qui adimplet quasi *Euphrates* sensum: qui multiplicat quasi *Iordanes* in tempore messis. Qui mittit disciplinam sicut lucem: et assistens quasi *Gehon* in die vindemiæ. Qui perfecit primus scire eam: & infirmior non investigabit eam. A mari enim abundabit cogitatio eius: & consilium illius ab Abysso magnâ.

Eccli. 24. 34.

Fluvius *Physon Hebraicè* significat æquivocationem vocum integrarum, vel syllabicè compositarum: sicut hactenus alium fontem expositionis non aperui: et præ reliquis omnibus, magis ad notitiam publicam se inclinat. Nam philosophi ipsi (ut *Plato* in *Cratylo*, & *Stoici*, & *Pythagoræi* præcipuè eam sequuti sunt: neque etiam *Aristoteles* ab ea abhorruit: et illic invenitur aurum spiritualis scientiæ per verbum Dei revelatæ: & aurum scripturæ illius bonum est, & omnibus ab antiquo gratum. Expositionem lapidis onychis, & bdellij, ad alium librum

brum reijcio sunt enim regulæ quædam legendi secundum rationem hanc. Secundus commentarius est *Gihon*, גיחון: qui significat eruptionem, & prospectum. Est enim optica ratio exponendi vocem quamuis, secundum tesseras literarum: de qua mox latius disseram. Tertiùs commentarius est *Tigris* חדקל. Innovatio vocis, & situs lectionis non tantum per literarum metathesin, quæ rarò adhibenda est: verum præcipuè per vocum integrarum dispositionem, obliquo, sed rationali tamen ordine ubique servato. Quemadmodum in hâc dialecto, Planctum *Hadad Rimmon* (i) *Lamentationis Hieremiæ*, *Eccho Romanam*, ad finem huius libri subijciam, & etiam integri Psalmi lectionem de ratione Chronologicâ eodem modo arabo. Quartùs commentarius est *Euphrates* qui præ cæteris omnibus copiosior est: & per omnes libros, in omnibus linguis vagatur: In cuius virtute cum loquerentur S. Apostoli a spiritu Dei afflati, factum est, Act. 2. ut cum unum loquentem multæ gentes diversarum linguarum audirent: unusquisque tamen eundem. Apostolum in suo cuiusque idiomate prædicantem stuperent. Neque enim rationem admirationis in eo posuerunt, quod varijs linguis uterentur: quod etiã multi illo tempore præstare poterant: sed quod audirẽt eos linguis suis loquentes. Et dicitur fluvius hic פרת ab inundando, quia per omnes linguas spiræ modo, perpetuò mouetur. Cuius rei exemplum in hoc libro non gravabor edere.

Revertor ad fluvium *Gihon*, qui inundat omnem terram *Ægypti* (i) scripturam per puncta Grammatica determinatam, ad sensum vulgarem & ser-

vilem. Quoniam per hanc legendi rationem singulæ literæ, & puncta, & accentus scripturæ *Hebraicæ* exponi possunt: et etiam in regulas legendi & exponendi reduci. Et quidem fluvij huius ebullitionem, ex abysso potentiæ indefinitæ, in sequentibus scriptis curiosiùs et rigidiùs contraham: hoc in loco, sub latioribus vinculis habebo: ita tamen ut in alueo rationalis lectionis decurrat.

Est verò ratio hæc symbolica Scripturæ, quæ per titulos & tesseras literarum dirigitur, glorioſus ille mons *Sion*, quem diligit Dominus præ omnibus montibus & (i)symbolis vniversalibus, in cuius acutâ & perspicaci lectione videbitur Deus Deorum.

Perpetua enim directio vocis exponendæ per tesseras characterum est visio patris generantis verbum suum; & constructio vocum iuxta tesseras productarum filius est, & ὁ λόγος ἐνδιαθέτος: et rationabilitas sensuum in seipsis, qui ex tesseris verbisque producuntur, est spiritus sanctus, qui a patre filioque procedit: et res ipsæ quæ super ternam hanc hypostasim veritatis fundantur, sunt ipsa essentia rerum divinarum. Quia tres sunt qui perhibent testimonium in cœlo. i Ioh. 5. 7.

Et hoc est medium transparentiæ intellectualis per quod omnium rerum species transcurrunt, et sine mutua collisione undiquaque se traijciunt: quemadmodum in oculo intuentis contrariæ rerum species mutuò seipsas transmanant: Et hic est libellus apertus quem Angelus qui e cœlo descendit in manu tenuit: qui primo gustu appræhensionis intellectualis dulcis est, tanquam mel scientiæ har-

harmonicæ sed cum ad rationem Grammaticam determinandi voces contesseratas ventum fuerit, amaricabitur venter tuus: Accipe ergò directorium hoc viæ tuæ, quod sine hypocrisi philosophiæ scænicæ didici: et sine invidia communico. Sapien. 2.

Regula Lectionis Tesseralis.

1. Primò, cùm studium adhibueris ad indagandam vocis alicujus expositionem, noli tempus terere, in vocibus merè intellectualibus, vel metaphysicis, quæ communes sunt tam rebus intellectualibus, quàm sensibilibus. Sunt enim è numero stultorũ, quos si in mortario contriveris (i.) analyticè exposueris, non tamen recedet ab illis stultitia sua. Voces enim quas secundùm tesseras suas produxeris, simul in unam sententiam collectæ, significabunt, non esse alium sensum illarum expectandum præter literalem & usitatum: Sed ex numero hoc stultorum, eximendæ sunt dictiones rerum moralium, ut virtutum & vitiorum: Exempli gratiâ. Hæc ipsa dictio *stultus* non est notio mere intellectualis, sed verbum artis & præterea pertinet ad scientiam moralem. Ideo dicitur *Responde stulto secundum stultitiam suam, ne videatur sapiens in oculis suis*, (i.) Dictioni sensus merè intellectualis, vel metaphysici, assigna interpretationem quæ respondet simplici significationi ejus: ne videatur habere sensum arcanum juxta similitudinem rei, quem non habet: *Sed ne responde stulto secundum stultitiam ejus, ne fias illi similis*, (i.) Ne assigna interpreta- Prov. 27. 22. Prov. 26. 4.

terpretationem correspondentem voci huic STVLTVS, secundum vulgarem rationem intelligendi, (i.) pro insipiente, ne fias illi similis (i.) ipse stultus sis: Primo loco accipitur pro re significatâ mystice, sed secundo pro nomine usitato. Sed licet hujusmodi verba stulta nullum habent sensum arcanum per modum similitudinis, tamen per modum dissimilitudinis illustrant totam sententiam: sicut dicitur: *Cor stultorum dissimile est.*

Prov. 15. 7.

2. Cùm ad vocem sensibilis sensus, vel moralis accesseris, ut *Dies, nox, justitia, peccatum*: ordine considera singulas literas: & sigillatim respice primas dictiones, in quibus occurrunt, sive sursùm, sive deorsùm legendo: & sepone vocem illam, & adjunge literæ suæ: sed memineris non reverti inter legendum, donec omnes literas dictionis illius, verbis contesseratis applicueris.

3. Sed in electione hâc dictionum contesseratarum, adhibenda est cautio: Neque enim omnem promiscuè assumes; Quia voces rerum sensibilium vitabis, ut *mare, terra*, &c. tenebræ enim tenebras non illustrant.

4. Excipe tamen si sit dictio æquivoca, vel tropi facilis, ut *lux, lucere, sentire, videre*, quæ significant doctrinam, & declarationem, & scientiam rerum: excipe etiam verba quæ habent metaphysicam naturam, ut *movere, loqui*, &c. Poteris etiam aliquando vocem materialem, quæ nulla æquivocatione sensus intellectualis redimi potest, transponere; ad eliciendum sensum. *Omne enim primogenitum sanctum est Deo*, (i.) univoca verbi significatio consecratur rebus Divinis, nisi sit Asinus:

Exod. 13. 13.

(i.)

(i.) vox rei materialis, tunc enim vel redimenda est per æquivocationem, vel collum ei frangendum per metathesin. Memineris tamen non uti hâc licentiâ, ad eliciendam præcipuam lucem intelligentiæ vocis alicujus, sed tantùm ad complementum & conformationem.

5. Derelinques etiam Præpositiones, Conjunctiones, Pronomina, Articulos, & verba substantiva, quæ sub omni re intelliguntur: & possunt ad libitum interseri ad faciendam constructionem orationis. Non potest enim ex illis notio aliqua intellectualis elici, quæ scientiam promoveat. Sed tantùm voces intellectuales, vel communes, vel tropicas facilis intelligentiæ accipies: prout ordine occurrunt.

6. Vocem exponendam vel synonymum ejus etiamsi occurrerit inter colligendum, derelinques: definitum enim definitionem non ingreditur: neque perhibere potest quisquam testimonium de seipso. Neque eandem vocem iterabis, vel synonyma ejus, nisi in dictione plurium literarum: neq; contrarium de contrario suo testimonium dicere permittes.

7. Cùm vox exponenda duarum tantùm, vel trium literarum fuerit, ut non possit è tam paucis tesseris, sententia clara confici: poteris iterùm alias voces sequentes, secunda relectione apponere, ad illustrandam intelligentiam: vel etiam eandem tesseram binis dictionibus assignare, dummodò præcedant proximæ literæ dictionem contesseratam. Sed in multiplicatâ vocis expositione, observabis diversas species sensuum: Nulla enim res

est sensibilis, quæ non varias species expositionis capit, pro diversitate generum quatuor. Aliquando etiam prima vocis expositio ænigmatica est, pariter & symbolica, ut cùm vox יהוה accipitur pro numero 25. primo loco monebit intelligendum esse numeralitèr, & tamen alium sensum præterea producet. In Psal. 34.

8. Significationes vocum collectarum, in summâ latitudine usurpabis sensus, & partium Orationis, ut Nomen, nominare, nominatio, nominabilis, &c. neque respicies usum verbi in textu, sed radices vocum possibiles inde elici.

9. Cùm ad constructionem dictionum collectarum in unam sententiam ventum fuerit, ubi maximus labor occurrit, dirige eam in formâ definitionis, si subjectum exponendum, sit substantivum, vel adjectivum, vel in formâ explicationis, si sit verbum: ita ut nominativus qui principium est definitionis, non longè à principio ponatur: deindè determinationes subjecti applicentur in cæteris dictionibus.

10. Naturali ductu dirigatur oratio, non perplexo; ut in formâ constructionis, pariter & sensuum, lucem intelligentiæ præbeat.

11. Habendus est perpetuò respectus ad sensum & formam rei sensibilis quæ exponenda est: ut similitudinem videas in eâ, ad illam expositionem quam formasti: sicut Luna constanter Solem respicit, nisi cùm in umbram terræ incurrit: Ita nisi gryphicè aliquandò exponatur dictio, (quod rarentèr fieri debet, & ad breve tempus,) semper similitudinis species in voce sensibili exponendâ, emi-

care

ri debet ad sensum correspondentem.

12. Contingit etiam aliquando, ut vox sensibilis aliqua ænigmaticè accipiatur, non pro sensu aliquo intellectuali: sed ipsa super seipsum reflectitur: quemadmodum cùm Luna inter Solem, & oculum intuentis interponitur; sed hoc etiam rariùs accidit, & præcipuè in libro Proverbiorum.

13. Sensus quem elicies ex lectione hâc vocum indeterminatarum, non sit aliquid supra captum tuum, quod gestum sit in cœlo, vel in inferno: *Quia propè est verbum in ore tuo, & in corde tuo: & regnum Dei est intra te*: ut non sit opus *ambulare in magnis, & mirabilibus super te.* Psal. 131. 1. Deut. 30. 12.

14. Non produces sensum qui condemnet formam Fidei Catholicæ in hoc mundo, vel sensum Protestantium in utroque, sed rem pacis & concordiæ utriusque, & quæ tendat subalternè ad *supereminentem scientiam Dei in facie Christi*: quia *factus est in pace locus ejus*, & *de fide in fidem, de gloria in gloriam* procedendum est. Psal. 36. 3. Rom. 1. 17. 2. Cor. 3. 18.

15 Sensus vero maxime communis qui cæteros continet, sit rerum qui pertinent ad actum meditantis. Cortinæ enim intimæ Tabernaculi factæ sunt מעשה חשב ex opere meditantis.

16 Cum sententiam ex vocibus contesseratis conflaveris, quæ obscura viderur, nullamque lucem exhibere: iterum & sepius in textu sequenti persequere lectionem contesseratam: & observa ex pluribus exemplis, quid sit in quo conveniant, & illam intelligentiæ scintillam foveas: & ne sis incredulus verbo Dei, quia si sustinueris illud exaltabit te:

17

17 Non accipies significationem aliam cuiusuis vocis conteſſeratæ, quam quæ in dictionarijs reperi ur *Pentaglotti Schinleri* in Hebraicis, & Græcis uſitatis, *Quoniam opus operabitur Deus in diebus veſtris* (i) illis vocum intelligentijs quas vos agnoſcitis, *quod non credet quis quod poſſit ſcribi.* Hoſe. 1. 5.

18 Quando exponendæ ſunt voces, quæ ad legis juſtitiam pertinent, ſenſum carnalem non inducas. Quoniam ipſa ſpiritualia mundi huius cum ſpiritualibus alijs comparanda ſunt. 1 Cor. 2. 13.

19 Magnam diligentiam adhibe, ut veras literarum conteſſerationes aſſumas: licet enim miſericordia τῦ λόγυ etiam per anomaliam aliquandò deducet te ad veritatem: tamen facilius & clarius id faciet, cum ordinem obſervaveris.

20 Cum uarij ſenſus ex tota conſtructione ſententiæ oriuntur, inclina ad illum, qui maiorem habet ſimilitudinem cum re ſenſibili, quam exponis: ſed præcipuè, qui maiorem guſtum habeat ſuavitatis et bonitatis divinæ.

21 Cum varia ſint genera ſenſus arcani, rei ſenſibilis cujuſuis: ut cum *terra* ſignificat in intellectualibus *Scripturam*, in ſenſibilibus *Vniverſa objecta rerum ſimpliciter apprehenſa*, in ſpiritualibus *Eccleſiam*: non confundes hæc inter exponendum, ut tranſilias ab uno genere in aliud, ſed in quo incæpiſti expoſitionẽ loci alicuius, in illo perſiſtes.

22 Abſtrahe ab omni præjudicio proprij ſenſus, & phantaſmatibus rerũ ab expoſitoribus olim excogitatarum. Et ne tenta verbum Dei detorquere ad conceptus vulgares, vel irrationales.

Optimum

Optimum eſt inveſtigare generaliſſimarum rerum ſenſibilium expoſitionem; ut cæli, terræ, firmamenti, et ſecundum illas notiones dirigere omnes particulares rerum reſpectus.

24 Sed præ omnibus ſequere interpretationes illas quas a me aſſignatas legis: & obſerva modum legendi & conſtruendi ſententias, quem tenere me vides. Sufficit enim diſcipulo, ſi ſit tanquam magiſter ſuus.

Cap. 35.

Supputatio temporum ex hiſtoria aquæ in vinum converſæ.

NVnc adgrediar expoſitionem *Gibon*, ſivè *Sionis*, quæ dies Domini eſt, ab ipſâ *Diei* declaratione. Ad cuius intelligentiam, obſerva literas teſſerales, ſurſum & deorſum legendo, & regulas a me ſuperiùs propoſitas.

Et die tertio factæ ſunt nuptiæ in Cana Galilææ.

Duplex eſt expoſitio loci huius: altera ſymbolica, ſecundum ſpeculum ſimilitudinis: altera ænigmatica, ſecundum obliquam verborum ſimilitudinem. Et quoad priorem, brevis traditur doctrina, quomodo totius Hexameri hiſtoria typica (tanquam ſponſa) perpetuo allegoriæ ductu, pari hiſtoriæ ſpirituali maritetur, rerum in *Chriſto* & Eccleſia eius geſtarum. In alterâ vero expoſitione oſtenditur, arcano & ſubtili modo, proportio trium diametrorum ad circulum; & menſura tempo-

porum a nativitate *Christi* ad finem mundi.

Et die tertio &c. Dies ἡμέρα exponitur Δ deorsum legendo, secundum tesseras literarum, quæ in primis vocibus rerum intellectualium occurrunt: Ἰησοῦ μάθησις ἢ ὑγιὰ λόγος ὥρας λεχθήσεται: *Iesu vel verbi salutifici doctrina, quæ in novissimo tempore prædicabitur* (i) Doctrina *Christianæ* salutis, quæ non revelaretur clarè ante noviſſima tempora.

1 Pet. 1. 5.

Nomen enim *Iesu* etsi propriè *Hebraicum* sit, significans *Saluatorem*: tamen secundum analogiam etymologiæ *Græcæ*, significat ἰά σος *vox salutaris et salutifica* quæ propriè pertinet ad rationem fidei *Protestantium*: sicut nomen *Christus* משיח, quod significat *unctum*, vel *formam* rei exhibentem, & *picturam*, convenit fidei *Catholicorum*, quæ habet μόρφωσιν εὐσεβείας, & ponitur in signum eius quod contradicitur sub formâ verborum. Et hæc est illa doctrina salutis & salvatoris, quam S. *Petrus* dixit paratam esse manifestari, in noviſſimo tempore Ecclesiæ.

2 Tim. 3. 5.

Luc. 2. 34.

1 Pet. 1. 5.

Et sursum legendo per tesseras eiusdem vocis ἡμέρα: Ἀμήν (ἡ ἀλήθεια) μείζονος πίστεως, ἢ ἀποκρίνεται τῷ Ισραὴλ Veritas majoris fidei, quæ respondet *Israeli* (i) similitudini divinorum. Ita geminâ hac *Diei* expositione, vides Angelos Dei descendentes, et ascendentes super filium hominis (i) *Protestantem*: ut alibi demonstratum est significare. Et quoniam *Catholici* de signis Ecclesiæ gloriantur, observent hoc in loco, primò quod dies hic a Domino electus ad miraculum, fuerit doctrinæ verbi salvifici, secundò quod revelanda erat ratio

Ioan. 1. 51.

salutis

salutis illius in novissimo tempore, non primo: tertiò quod sit maioris fidei genus quod respondet fidei formali. Quæ tria reperiuntur in fide *Protestantium*, non *Romana*. Quia contrà, fides *Romana* est doctrina ἀπωλειας (i) destructionis libertatis Evangelicæ, secundò est forma salvandi primo tempore prædicata, tertiò non est majoris fidei genus: Testatur enim S. *Augustinus*. Quod quisquis in *Catholicæ* Ecclesiæ fide, non ascendit ad intelligendum mysterium fidei, quod sub illa reconditur, ad vetus testamentum pertineat.

Dicitur verò *Israel* Deo adæquatus ἐν μορφώσει εὐσεβείας, Maior illa fidei veritas, est *Protestantium* quæ ἀντίχριστος dicitur quoad *Catholicã*: quæ habet veritatem severitatis, et iræ Dei: non autem charitatis (ut fides *Protestantium*) Ad cuius clariorem intelligentiam recurrendum est ad primam nominis huius originem, et in eo longius hærendum. Dicitur *Et ecce vir luctabatur cum eo usque mane. Qui cum videret quod eum superare non posset, tetigit nervum femoris ejus, & statim emarcuit. Dixitque ad eum, dimitte me, iam enim ascendit aurora. Respondit non dimittam te, nisi benedixeris mihi. Ait ergo. Quod nomen est tibi? Respondit:* Iacob. *At ille nequaquam vocabitur nomen tuum* Iacob: *sed* Israel: *quoniam si contra Deum fortis fuisti, quantò magis contra homines prevalebis? Interrogavit eum* Iacob. *Dic mihi quo appellaris nomine? Respondit Quare hic interrogas nomen meum? Et benedixit ei illic.* Hæc est historia carnalis, velut actus scenicus alterius spiritualis.

a Thes. 2. 10.

Gen. 32. 25.

Isaac enim ut notum est, figura fuit *Christi*.

Expositio duorum filiorum Isaac.

Duo ergo filij *Isaac*, qui ex uno semine nati sunt, significabant futurum, ut in plenitudine temporum, (i) implemento actus Scenici *Iudæorum* per *Christum*, ex uno fundamento communi Fidei, salutis per *Iesum Christum* affequędæ, duplex genus *Christianorum* oriretur: quod in ipso ventre primitivæ Ecclesiæ inter se contenderet. Et primum genus esset instar *Esau* hispidum, in multitudine delineationum & ceremoniarum, quibus Ecclesia illa stipatur: & coloris sanguinei (i) speciei verisimilis, & glorioſæ, secundùm judicium hominis carnalis, *Edom*; similitudinem habens & *Venator*, & *Esau* Operarius propriæ justitiæ, (i) עשו & etiam formam vivendi rigidam, & Tragicum actum mortificationis corporeæ exhiberet: Vndè & שעיר Seir. (i) Tragœdus dictus est, & sedem haberet in petrâ, (i) fiduciâ successionis *Petri*. Alterum verò genus esset cutis planæ, (i) nudæ & simplicis professionis Fidei, cum pauciſſimis Sacramentis, et symbolis ceremoniarum, pallidi coloris, cum exiguâ specie similitudinis et probabilitatis, quoad judicium carnale: et supplantaret omnia quæ Ecclesia *Romana* fundamento Fidei superadderet: et à visibili cohabitatione in domo, et Ecclesiâ *Christi* longo tempore exularet. Cùm verò tempus veniret, ut ad patris tabernaculum reverteretur, timeret illi occurrere, et ullum unionis fœdus cum hoste antiquo inire. Et sicut *Iacob* ante congressum cum fratre suo, quem exitialem verebatur futurum, totâ nocte cum Angelo luctabatur: ita Ecclesia *Protestantium* toto hoc tempore luctata est cum viris spiritualibus

Ecclesiæ

Ecclesiæ *Catholicæ*, quorũ doctrina et praxis quoad formam vitæ austeram, cum simplicitate libertatis Evangelicæ contendit. Et ipsi etiam Angeli in demonstratione plurimorum signorum, et prodigiorum, pro formâ mortificationis *Catholicæ*, fidem *Protestantium* subversum iverunt. Duo enim sunt in Fide *Catholicâ*, forma Divinorum in verbis, et similitudine operum, et qui hanc prædicat, dicitur Angelus Dei; et opus ipsum quoad substantiam, et qui hoc sequitur, et magnificat, vocatur *Esau*. Et uterque horum Angelorum cum *Protestantibus* luctatus est, totâ superiori nocte temporum. Quia sancti Patres alijque Ecclesiæ *Catholicæ* viri spirituales, per formam contrariam verborum, nitebantur adducere *Catholicos* ad virtutem pietatis subintellectam, quæ est Fides *Protestantium*: et *Protestantes* ad unitatem pacis in formâ loquendi Canonicâ: et cùm hoc non possint præstare, percusserunt eos plagâ ignominiosâ Hæreticorum et *Antichristianorum*, quam etsi tempore nocturno, scientiæ rerum Dei confusæ, non senserunt: nunc tamen orto Sole sapientiæ, in ministerio meo, claudicare se sentient: in eo quod voluerint animam suam in hoc mundo Ecclesiæ *Catholicæ* salvare, neque commortui sint *Christo*, propter salutem mundi, neque crucem contradictionis ejus sustinuerint. Ita dicitur quod Angelus percusserit eum in concavitate femoris, vel nervo: quæ concavitas exponitur כף ברכות פני כאשר פניאל Benedictionis forma correspondens formæ Divinorum, & *femur* עקב אמר שלות Vestigium vel hypotyposis doctrinæ Apostolicæ; Est ergo nervus ille femoris

Ioan. 3. 17.

Forma Canonica, vel Analogica, loquendi de doctrinâ Apostolicâ, prout mundo decora videatur: Nihil autem in *Christo Iesu* mundo Romano decorum videtur, nisi sub formâ Crucis, & contradictionis ejus appareat: Vndè S. *Paulus* testatur se & reliquos Apostolos qui *Iesum* (i) rationem salutis in se viventem haberent, circumferre tamen mortificationem ejus in specie, ut vitam ejus sub formâ contradictionis manifestarent: & habere se the-

2. Cor. 4. 10. saurum illum conclusum in vasis ὀστρακίνοις (i)

2. Cor. 4. 7. specie doctrinæ ὁσιότητος τραχυτῆς sanctitatis asperæ. Sed negarunt *Protestantes* hodièque negant, se dimissuros luctam hanc cum viris spiritualibus et carnalibus Ecclesiæ *Romanæ*, donec benedixerint eis, (i) cõfessi fuerint veram esse publicam formam doctrinæ *Protestantium*. Propterea dico nunc illis, ut Angelus Ecclesiæ *Catholicæ*, cujus Fidem veram esse testor, quoad formam pietatis in hoc mundo. Quod non vocabuntur deinceps Hæretici, & Sectarij, sed *Catholici* & Orthodoxi, & Deo similes;

Isa. 52. 2. & induentur vestimento gloriæ *Catholicæ* pariter & nomine. Licet enim (in parte loquendo) id est, juxta formam administrationis mundi hujus *Chri-*

Matth. 22. 12. *stianè in Catholicis*, peccatum ab eis sit, quod sine vestimento nuptiali in festum Regis ingressi sint, ideòque condemnentur in carne, id est, exteriori verborum intelligentiâ à *Catholicis*: vivant tamen,

1. Pet. 4. 6. semperque victuri sint Deo in spiritu: Et nunc quando inductâ unitatis ratione in fidem, aboletur tota partialis forma docendi, & loquendi in Ecclesiâ *Catholicâ*, confidenter pronuncio: quod à viris spiritualibus factum sit cautiùs: sed à *Protestantibus*

stantibus simpliciùs, nobiliùs, fortiùs; & majori cum emolumento: pro uno enim grano, mille inducta sunt in horreum æternitatis. Quotus enim putas quisque est, qui sub velamine *Catholico*, penetrasset ad interiorem rerum notitiam: cùm per simplicem illum modum prædicandi Evangelium, per homines à mundo damnatos, tot myriades myriadum salvatæ sint. Quod si soliciti sint fideles *Protestantes* sciendi nomen fidei *Catholicæ* spiritualis, & quid sub quoque dogmate significetur. Respondeo *quare HIC, interrogas nomen meum?* ita enim in *Hebræo* legitur, id est, Quorsùm te solicitas ad intelligendum quid sub quoque dogmate *Catholico* contineatur, cùm tu IS sis, vel HOC; quod sub omni doctrinâ *Catholicâ* intelligitur? Populo enim illiterato qui Theologiæ professionem non suscepit, & ignorat profunda Satanæ, non imponet *Christus* aliud onus, ut nomen Angeli scrutentur: sed tantùm, ut quod habent, abundantiùs habeant, in implicitâ agnitione juris sui, quod obtinent in totam gloriam *Catholicorum*, donec veniat *Christus*. Et hæc est benedictio quam illis attribuo. Quod non solùm quoad ipsam substantiam pietatis, præferendi sint omnibus *Catholicis*; verùm etiam quòd ipse modus loquendi de Deo, & rebus Divinis, in claritate proprij sermonis, gratior sit apud Deum in posterùm, quàm *Catholica*. Verùntamen orto jam Sole claro revelationis Divinæ, sentient se claudicasse in parte, in eo quod crucem *Christi*, in condescensu ad fratres infirmos, superiori seculo, non gesserint: Et filij *Protestantium* in seculo futuro, doctrinam illam, & praxim majorum suorum,

1. Pet. 4. 6.

Apoc. 2. 24.

Ioan. 10. 10.

Isai. 52. 3.

Gal. 6. 2.

Phil. 3. 18.

ſuorum, in formâ diſcordiæ, in parte loquendo non approbabunt. Et hæc eſt clariſſima & ſuaviſſima interpretatio nominum horum : nunc ad nuptias revertor.

Et die tertio, &c. miror quam bullam ſimilitudinis efflaverint Allegorici pueri mei, de nucibus ſuis è voce *tertiâ*, neque enim vacavit mihi inquirere. Putas ergò liquorem aliquem ſapientiæ, ex arenâ hâc numerali exudare poſſe? Veni, & vide.

Τρίτη tertio, ∇ Η' τῶν γινομένων, ἐν ὑστέρῳ λόγῳ, ποιότης μέτρον. *Quæ rerum factarum vel creatarum, in poſteriori ratione vel reſpectu, facta eſt menſura.* Memineris per diem (ut dictum eſt) intelligi fidem *Proteſtantium* : quæ dicitur eſſe menſura, et exemplar eorum, quæ priùs facta ſunt : licet ipſa poſteriùs venerit. Eſt enim finis primum intentione, licet poſtremum actu. Sicut dicitur : *Ante me fuit, qui poſt me venit : quia prototypum meum fuit.* Et *ternarius* numerus ſignificat, *rationalem adæquationem rerum, vel Analogicam ſimilitudinis.* Eſt enim rationale τὸ λογικὸν id quod rerum quæ in poſteriori parte ſyllogiſmi per concluſionem dicuntur fieri vel eſſe, menſura exiſtit, in juſtâ diſpoſitione medij. Et ſimiliter Analogicum eſt, quod habet menſuram præcedentem rationis alicujus poſterioris. Scito enim *unitatem* perpetuò ſignificare ſimplicem apprehenſionem, vel id quod ſimpliciter apprehenditur : ſimiliter *duo* mutuam relationem unius ad aliud : *Tres*, rationalem adæquationem propoſitionis compoſitæ, vel rationaliter adæquatum : quæ tertia eſt operatio intellectus humani.

Joan. 1. 15.

Tertius

Tertius dies τείτη Δ sursùm legendo exponitur Δ Ὁ καταβάινων θεανθρὴν λόγος ἐν πίστει Ἰησοῦ. Doctrina cœlitùs descendens in fide *Iesu*, vel Verbi salvifici, id est, Doctrina fidei *Christianæ*, quatenùs in sensu cœlesti & Divino intelligitur, non humano & terreno. Quo sensu S. *Paulus* dicit Evangelium quod prædicaverat *non fuisse ab homine, neque secundùm hominem*, id est, non secundùm carnalem sensum verborum à Deo traditum esse: sed secundum revelationem rerum arcanam. Non enim loquitur de formâ verborum: eatenùs namque judicium illud *Cayphæ* de *Christo* crucifigendo erat à Deo: sed de sensu germano verborum, prout à Deo intendebatur. Et sic sententia *Cayphæ* erat à Diabolo. Præstare enim ut moriatur unus homo quàm ut totus populus in æternum periret: Dei erat sapientissimum & clementissimum decretum: sed præstare ut *Christus* innocens morti tradatur, potiùs quàm ut seditio aliqua oriretur in populo: erat decretum Diaboli: non est enim faciendum malum, ut veniat bonum. Hæc est ergò triplex significatio vocis *tertiæ*, quatenùs de die illâ intelligitur, sc. Religione *Protestantium*. Et hæc est brevis recapitulatio sensus horum verborum. *Die tertio*, id est, *In demonstrationem Ecclesiæ & fidei Protestantium*, quæ in fine seculi prædicanda erat, *quæ rationalis est in se, & eidea creaturæ totius sensibilis, & præterea sensus arcanus exterioris fidei Catholicæ; factæ sunt nuptiæ.*

Γάμος Nuptiæ ♆ has voces per tesseras suas producit. Γαλιλαίας μαθηταὶ χειμέναι χθαεισμὸν

χωρεῖσαι. Dictio *Galilæa*, *Hebraica* est, significans circulum, & sic in unum corpus aptantur. Γάμος ἐστὶ κυκλικῆς ἢ καθολικῆς μαθήσεως εἰς ὑποκείμενον καθαρισμοῦ χώρησις. *Est circularis disciplinæ in subjectum purificationis susceptio.* Circularis disciplina dicitur tam de scientiâ Philosophicâ, quàm de justi-
Phil. 3. 8. tiâ legali & *Catholicâ* operum, quam S. *Paulus* æstimavit stercus, ut *Christum* lucrifaceret. Expositio ergò utriusque in sensu spirituali de *Christo Iesu*, & Ecclesiâ *Protestantium*, est maritatio signi ad sensum suum, & susceptio utriusq; sensus carnalis, in unionem sensus cœlestis, per quem purificantur a sordibus & excrementis, sensus Physici, & *Catholici*.
Rom. 8. 19. Quoniam ipsa creatura sensibilis expectat revelationem filiorum Dei, id est, ut appareat mundo universo, quod Ecclesia *Protestantium*, sub omnibus
Isai. 30. 22. Naturæ symbolis velata fuerit. Et similitèr ipsa devotio Ecclesiæ *Catholicæ*, juxta Legis justitiam, quæ est in seipsâ tanquàm pannus menstruatæ, expectat historiam Ecclesiæ *Protestantium*, ad
2. Thess. 1. 10. quam mirificetur, id est, fiat mysterium rei arcanæ: & quam ipsa ornamentorum suorum appositione glorificet, & per cujus conjunctionem per fidem imputatam purificetur.

Et idem verbum γάμος Δ sursùm legendo exponitur ἀγγελικὴ ἄνοιξις πίστεως ὑποκάτω τοῦ Ἰησοῦ. Angelica expositio fidei subalternè ad *Iesum*, vel verbum salutis, id est, Expositio fidei *Catholicæ*, in verbo fidei salvificæ, cui subalternatur; idque non secundùm intelligentiam hominis, sed Angelorum.

rum. Si enim nullus esset alius sensus fidei *Catholicæ*, quàm κατὰ τὸ ῥητὸν, ut decreuit *Paulus IV.* non opus esset expositione Angelicâ: Nam si qui legit ità debeat intelligere verba prout scribuntur, esset Evangelium secundùm hominem.

Nuptiæ hæ, id est, figura spiritualium nuptiarum *Christi* in Ecclesiâ virili *Protestantium*, & fœmineâ *Catholicorum*, facta est in Canâ *Galilææ*.

Καινὰ exponitur ∇ Κλῆσις μαθητῶν ὑστατῆς ὥρας, Appellatio discipulorum novissimi temporis, & Δ γενέα, ἐν ᾗ καταβαίνουσι καὶ ἀναβαίνουσιν οἱ Ἄγγελοι, Generatio (hominum) super quam Angeli Dei descendunt, & ascendunt. *Calamus* ergò est nomen proprium, sed arcanum Ecclesiæ *Protestantium*: qui sunt discipuli novissimi temporis: ità dicti, & à similitudine naturali calami, & ab usu hominum: Sicut enim *Calamus* adhibetur pro mensurâ ædificiorum: ita Religio *Protestantium*, & *Protestans* ipse est mensura templi Dei, & Ecclesiæ *Christi*: De quo dicitur: *Datus est mihi calamus similis virgæ, & dictum est surge, & metire templum Dei, & adorantes in eo.* Est enim fides *Protestantium* quatenùs a *Catholicâ* distinguitur, instar virgæ, corrigens errata Ecclesiæ *Romanæ*, & auferens quicquid è fœno, & stipulâ, & ligno, extruitur super commune fundamentum. Et similis est *Protestans* calamo crescenti inter aquas multitudinis *Catholicæ*, arido tamen ab omni sensu eorum, cuius pars superior, in varietate opinionum mutuò concutitur; sed radix tamen immobilis est: Et habet calamus scalam quandam internodiorum, in similitudinem fidei *Protestantium*,

Apoc. 11. 1.

1. Cor. 3. 12.

stantium, per quam Angeli ascendunt Anagogicè ad supereminentem scientiam *Christi*, & descendunt Analogicè ad fidem Ecclesiæ *Catholicæ*.

Galilææ, Γαλιλαίας ∇ has voces per tesseras literarum producit, λεγει ωδε αντλατε ηδει καλον ελαοσω εποιησε αρχιω σημειων. Ex quibus ita contexitur tela orationis, ὁ λόγος τῶν ὁρατῶν ἐξ ὧν ἀντλᾶται ἐπιζήμιος, ἢ διὰ τὸ κάλλος ἐλαττοῦται τῶν πεποιημένων ἐν ἀρχῇ σημείων. Historia rerum visibilium, ex quâ hauritur scientia, quæ per pulchritudinem diminuitur signorum, quæ in principio facta sunt. Id est historia *Hexameri*, ex cuius verbis hauritur scientia clara rerum divinarum, quæ diminuitur per similitudinem operum *Hexameri*. Quoniam certum est, secula in *Christo*, & propter *Christum* creata esse: duobus autem modis declaratur mysteriũ *Christi* in *Hexamero*: primò per evidentiam verbi: secundò per decoram similitudinem rerum: illa instar luminis solaris, evidenter historiam *Christi* enunciat: hæc verò tanquàm Luna, et Astra, obscurè superficiem rerum divinarum describunt.

Cana ergo *Galilææ* idem significat in ratione Loci, quod *dies tertius* in ratione temporis (i) materiam intellectualem Ecclesiæ *Protestantium* quatenus historiæ *Hexameri* applicatur: Vt *Cana Galilææ* sit historia Ecclesiæ *Protestantium* commensurata *Hexamero*.

Et erat illic mater *Iesu*: Μητὴρ ∇ Τῶν μαθητῶν. ὑστάτων ἐν ποιήμασι μέτρον φέρουσα. *Quæ sustinet vel apprehendit formam discipulorum novissimorum in creaturis.*

in creaturis. (i) vir spiritualis qui supponit et sustinet in animo suo, totam historiam *Hexameri* formam habere Ecclesiæ *Protestantium.* Hi sunt enim novissimi illi, de quibus dixit *Christus. Quod erunt primi novissimi & novissimi primi.* Quia primi & multi (i) *Catholici* habent appellationem *Christi* discipulorum: sed novissimi (i) *Protestantes* electionem. Et hi sunt illi derelicti ad adventum Domini qui rapientur obviam, *Christo* in nubibus: Est enim nubes *Græce* νέφος tanquam ἑνῶν φάσις. Vnitatum indicatio (i) calculatio quadruplicis quadraturæ, temporalis annorum, intellectualis monadum & atomorum circuli, & spiritualis Ecclesiarum, & divina ætatis *Christi* Domini, & verbi Dei. Et νεφέλη nubes ἑνῶν vel ἑνοτήτων ἀ φέλεια: unitatum integritas (i) summa numerorum singularium, unde myriades stillarum descendunt, quæ dicuntur ὑέτος υἱῦ ἔτος: filij redeuntis annus, et ὄμβρος τῶν ὄμμως ἐχόντων βάρος, onus *Catholicæ* multitudinis, Quæ pluvia in in hoc libro placidè cadit, ad irrigandam terram *Protestantium*: sed vehementèr ad subvertendam segetem vanitatis *Catholicorũ.* Iuxta cuius computationis terminum *Protestantes* rapientur obviam *Christo*, μορφώσει τῶν θειῶν. Et sic semper cum illo erunt.

Ità primo *Apocalypsis* exponitur vox νεφελων ∇ Κατηπικὴ τελέιωσις ἀδελφικῆς βασιλέιας ἐπ' ἀτόμων λόγω Punctualis definitio regni *Christi*, in Atomorum supputatione: & Δ Ἀμήν θεῦ προφήτεια, ἐν ἀχοῇ λόγυ, τῦ Ἰωάννυ σημαινομένη. Filij Dei prædictio venturi

turi, in historiâ Evangelij Ioannis significata.

Μητὴρ Δ Ἀμὴν ἡ ὁ πιστεύων Ἰησοῦν ὑπὸ τὴς τοῦ Ισραὴλ ἀληθείας ἴρχεσθαι. Qui credit *Iesum* vel verbum salvificum sub *Iudæorum* & *Catholicorum* veritate venire (i) Qui credit virtutem religionis *Protestantium* sub veritate *Iudaicâ* et *Catholicâ* ingredi. Hæc est altera notio Matris illius spiritualis, quam *Christus* generationi carnali prætulit. Qui credit sub religione *Iudaicâ* & *Catholicâ* quæ umbram et formam habet pietatis: contineri religionem *Protestantium* quæ virtutem eius habet.

Vocatus est etiam Iesus & discipuli eius.

Ιησοῦς ∇ Μάθησις ὑστερὴ, ἐχουσα διακονίαν ἐν τῷ τῶν Ἰουδαίων χωρισμῷ. *Doctrina fidei novissima, quæ ministerium habet in secessu a Iudais & Catholicis.* Est enim *Iudæus* duplex: naturalis, et analogicus: et hic etiam duobus modis dicitur. Confessor *Christi* in formâ externâ, & virtute internâ: ille *Catholicus*, hic *Protestans*. Ita *Iesus* significat generalem rationem fidei *Protestantium*, quæ consistit in secessu non solum a *Iudais*, ut fit a *Catholicis*, verum etiam a *Catholicis* carnalibus ut fit a *Protestantibus*. Et discipuli *Iesu* sunt *Protestantes* qui formam illam pietatis sequuntur: et vocantur discipuli novissimi, quo nomine etiam a *Catholicis* appellantur: qui per nomen Novatorum *Protestantes* significant.

Et Δ γαλιλαία ἡ κύκλος ἀληθινῆς πίστως ὑποκάτω ἐν βασιλεία υἱοῦ. Circulus veræ fidei subalternus in regno filij. Primus autem circulus est fidei *Catholicæ*, interior *Protestantium*. Sicut enim *Christus* est

ipsa

ipsa humanitas indeterminata quatenus ad Deum refertur: ita etiam ipsa generalis dispositio animæ piæ ad Deum in religione *Protestantium*: nos enim pampini sumus, ille vitis.

Tota hæc narratio nuptiarum, et miraculi in eo facti, est מעשה חשב *opus cogitantis*, quod in animâ hominis spiritualis peragitur, investigantis sensum correspondentem *Hexameri*, cultusque *Catholici* in sensu *Protestantis*.

Cœpit in festo hoc nuptiarum spiritualium vinum deficere. Quià quotcunque commentarios scripserunt in primum caput *Geneseos*, non potuernnt ad tertium diem, vinum allegorici sensus extendere. Sed et illi qui magis spirituali ratione nuptias has colebant, ante hæc tempora de ejus defectu questi sunt. Sed et ipse S. *Paulus* profitebatur se nondum assequutum esse resurrectionem perfectam a literâ mortuâ, in novitatem spiritualis sensus.

Οἶνος Vinum ∇ Ἰησοῦ ἔξις διαχοσμηθεῖσα ἐν ποιμαίνουν Ἰουδαία ἢ ὁμολογία θεία. verbi salvifici appræhensio, administrata in operum creatorũ confessione divina. Id est, Allegoria operum creaturæ, in fide salvatoris, propria appellatio est & ratio fidei *Protestantium*: sicut nomen χειστὸς formæ pietatis *Catholicæ*, quatenùs refertur ad interiorem sensum. Illud nomen datum est ab Angelo, hoc verò ab hominibus. Quia nomen prius significat cultum *Christi* secundùm Deum: hoc vero secundùm hominem. Vnde in toto Evangelio nunquam appellatur *Christus* quando historicè ab Evangelista citatur: sed tan-

tantum *Iesus*.

Οἶνον Δ Ἰησοῦ λόγος ὕστερος γινόμενος εἰς καταβάσεις. Salvatoris doctrina noviſſima, facta in condeſcenſu. (i) quatenus refertur ad *Hexamerum*, vel religionem *Catholicorũ*, ut ſenſus ſubintellectus. Eſt enim οἶνος vinum dictũ, non (ut puerilitèr æſtimavit *Plato*) quod faciat hominẽ οἴεσθαι νοῦν ἔχειν putare ſe ſapientẽ: ſed quaſi οἷος νοῦς *ſenſus ſimilis & correſpondens*. Sicut *Aqua* ὕδωρ quaſi ἐυδὸρ quod aptè & convenientèr attribuitur ſubjecto (sc.) omnis notio intellectualis, de ſubjecto prædicabilis in ratione ſimplici.

Dixit mater Ieſu ad eum: Vinum non habent. Hoc eſt quod queſti ſunt viri ſpirituales ſuperioribus temporibus, quod non poſſint ſeriem *Hexameri* deducere pari greſſu ad libertatem ſpiritus, & doctrinam gratuitæ iuſtificationis.

Ἰησοῦς: ∇ ἣ ἦκυσα ἐν λόγῳ ποιμάλων καθαρὴ ὁμολογιά τοῦ θεοῦ, χωρυμένη καὶ μέτρον. Quæ venit in hiſtoriâ creaturarum, pura confeſſio Dei, ſub menſurâ vel ſimilitudine contenta. Hic eſt ὐλόγος σφραγὶς τύπος rerum creatarum, ipſa (sc.) notio fidei, et Eccleſiæ *Proteſtantium* quæ ſub ſimilitudinis mundanæ communibus lineis continetur. Et dictio illa *pura confeſsio Dei*, aptè explicat appellationem reformatæ religionis, quâ *Proteſtantes* a *Papiſtis* diſtinguuntur.

Et ſatisfecit ſpiritus *Chriſti* viris ſpiritualibus, indagantibus concordiam ſenſuum: non pertinere ad ſtatum *Catholicæ* Eccleſiæ, feſtivam celebra-

brationem nuptiarum harum : & claram revelationem gaudij arcani, sponsi et sponsæ. Sed pertinere ad illud tempus quando fides & Ecclesia *Protestantium* publicè prodiret. Et hoc est quod ait *Apostolus* quod Prophetis quærentibus in quod tempus inciderent illa, quæ sub Prophetijs continebantur passionum monumenta, & gloriæ futuræ, responsum sit : quod non sibi, sed alijs administrarent ea.

Dixit mater ministris. Quicquid dixerit vobis facite. Per ministros hos spiritualium nuptiarum, intelliguntur, rationes intellectuales quæ adhibentur inter meditandum, ad eliciendum sensum *Hexameri* allegoricum.

Διακόνοις ∇ Οι Ιυδαικὸν λόγον γεμίσαντες, προσφέρυσι γεῦσιν τῶν γεγενημένων, ἀντλουμένην ἐκ φώνων πάντων. Qui *Iudaicum* sermonem vel historiam implentes, adducunt eum gustum rerum creatarum, qui hauritur ex omnibus vocibus, (i) contesseratis. (i) Qui in studio faciendi allegoriam plenam totius *Hexameri*, eum sensum applicant, qui ex omnium vocum contesseratarum constructione elicitur.

λέγει ∇ ἀντλῶν ἐκ φώνων γαλιλάιας φανερᾷ πίστει; Exhauriens ex vocum circulo manifestā fidē, non est expositio vocis λέγει, quæ e numero stultorum est, sed explicatio sensus adiacentis (i) quicquid notio fidei *Protestantium* ex circulari ductu vocum contesseratarum dixerit, hoc facite (i) supponite pro sensu.

Erant autem sex hydriæ lapideæ positæ secundum purificationem Iudæorum; ὑδρίαι Hydriæ ∇ Ἰουδαίων ὁμολογίας θείας ἐπιστήμη ἀνθρωπίνη, προτεθεμένη ἐν ἐπιτομῇ τῶν ποιημάτων. *Confessionis vel narrationis Divinæ scientia humana, proposita in Epitome creaturarum, vel Hexamero.* Sex narrationes historicæ operum divinorum secundum sensum humanum, sunt totidem hydriæ aptæ sensum suscipere simplicem aquæ, & Allegoricum vini.

Memineris non adhiberi a me semper voces quas textus offert, sed homonymas: Vt in hoc loco προῆδει *sciebat*, repono ἐπιστήμη scientia, & pro ἐλάσσω minus ἐπιτομῇ.

Λίθιναι *lapideæ* ∇ Λόγοι Ἰησοῦ ἀνθρώποις προτεθεμένοι ἐν κάλλει ἀρχαίων σημείων. *Sermones Iesu, (i) verbi salvifici, propositi hominibus, in pulchritudine primitivorum signorum.* (i) Historiæ rerum ad *Christum Iesum* pertinentes, quæ sub decorâ similitudine signorum *Hexameri*, hominibus proponuntur considerandæ. *Hydriæ* ergò *sex* sunt totidē περιοχαὶ narrationis *Hexameri:* & *lapideæ*, quatenus sub figurâ proponuntur.

Καθαρισμὸν *Purificationem* ∇ Προσφορὰ γένους ἀνθρωπίνης, κάλλος τηρούσης τῶν ποιημάτων εἰς σημεῖον τῶν μαθητῶν ἐν Καπερναούμ· τοῦτ' ἔστιν ἱλασμοῦ παραμενόντων. *Oblatio sensus humani, decorem observantis creaturarum, in signum discipulorum, qui in propitiationis solatio permanent.*

Est ergò purificatio hæc, juxta quam positæ sunt

sex

ex hydriæ, relatio sensus communis *Hexameri*, in signum *Protestantium*, qui solâ Dei misericordiâ sine omni operum vel antecedentium, vel consequentium intuitu immobiles perseverant.

Ἰουδαίων *Iudæorum*, Οἱ χωροῦντες τὸν Ἰησοῦν κατὰ γεῦσιν ἐπιστήμης ἢ διακονήθη ἐν φωνῇ ἀνθρώπων πρώτων. *Qui suscipiunt verbum salutis, in illo gustu scientiæ, qui administratus est in voce Christianorum primitivorum.* Nam per *homines* spiritualiter soli *Christiani* intelliguntur, qui soli facti sunt ad imaginem *Christi*. Et hæc est definitio *Protestantis*, qui dupliciter distinguitur a *Catholicis*. Primò, quod verbum Evangelij non in literâ mortis & ἀπωλείας, sed in sensu vitæ & solatij gustat. Secundò, quod fidem primitivæ Ecclesiæ amplectitur, & traditiones ab Ecclesiâ *Romanâ* superadditas reijcit. Sunt enim Apostoli, bonus odor Deo in *Christo* omnibus hominibus, id est, *Christianis*: tam *Catholicis*, qui mortificationem libertatis Evangelicæ & naturalis; quàm *Protestantibus*, qui vitam et libertatem odorantur. 2 Cor. 2. 14.

Continentes duas vel tres metretas μετρήτας. Πλήρωμα λόγου ἀντλωμένου ἐκ τῆς περιφερομένης γενέσεως περὶ ἀρχῶν κάλλους ἢ κοσμικῆς θέσεως. *Plenitudo sermonis extracta ex vulgari libro Geneseos, de principijs pulchræ vel mundanæ dispositionis.* Est ergò metreta tota summa historicæ narrationis, libri *Geneseos*, vel *Hexameri*. Et hujus modi rationum sunt duo, vel tres modi subalterni; Quorum prima plenitudo narrationis, est ipsa historia literalis *Bereshit*, vel ex-

positio secundùm commentarios usitatos. Secunda Δύο. Ἐπιστήμη Ἰησοῦ ἔνδοξα *scientia Iesu gloriosa*, id est, fidei *Protestantium*, quæ glorificatur tam sub creaturâ sensibili, quàm sub fide Catholicâ. Neque enim fides *Protestantium* similitudinem vel figuram gerit *Catholicæ*. Sicut ait *Moyses*: *Non sunt divina nostra sicut divina illorum, & inimici nostri sint judices.*

Deut. 32. 31.

Τρεῖς ∇ Πλήρωμα τῶν ἀνθρωπίνων μετ' ἐλαττώματος πεποιημένων, εἰς σημεῖον. *Implementum rerum Christianarum, quæ cum defectu factæ sunt, in signum aliarum*: Id est supereminens scientia *Christi* in claritate Dei, quâ impletur totum mysterium *Christianæ* Religionis, quæ defectum habet in hoc, quod facta sit in signum, et similitudinem invisibilis Dei.

Et dixit implete hydrias aquâ, & impleverunt usque ad summum Γεμίσατε *Implete* ∇ τὸν λόγον ἀντλᾶτε γεγειημένον ἐν ἐπιτόμῃ ἀνθρωπίνῃ καλλυς (ἢ κόσμῳ) ἐν θέσει ἐλάττονι *Exhaurite sermonem factum per scientiam humanam vel Christianam, in pulchritudinis (i) mundi dispositione compendiosâ (i)* Colligite explicationem literalem ex commentarijs factis in Hexamerum quæ est epitome operis mundani decoris. Et observa quod spiritus sapientiæ non frustrà verba insumit in expositionem rerum manifestarum, ut quid sit *implere*, quod evidens est: sed ex occasione verbi communis sensus, explicat totum locum.

Ὕδατος aquâ Γεῦσις ἐπιστήμης διακονηθεῖσα ἐκ τῶν ἀντλωμένων

ἀντλουμένων κατ' ἀνθρωπίνην θέσιν. *Gustus scientiæ qui administratur ex eis quæ extrahuntur iuxta humanam dispositionem* (i) Scientia & intelligentia humana, vel *Catholica*, quæ extrahitur ex libro *Geneſis* per commentatores: (i) hiſtoriam Hexameri declarate juxta ſenſus commentatorum a principio ad finem.

Significat autem converſio illa aquæ in vinum in 6 hydrijs, converſionem literalis ſenſus vocum, quæ in commentarijs ſcriptorum in *Hexamerum* reperiuntur, in voces directè declarantes ſenſum allegoricum: quemadmodùm in hâc hiſtoriâ exponendâ feciſſe me vides. Ità enim eodem modo declarabo conſtantẽ expoſitionem, intelligibilem, rationalem, & æquabilem de *Chriſto* in Eccleſiâ *Proteſtantium*. Et dixit haurite nunc, et deferte ad Architriclinum.

Ἀρχιτρικλίνῳ ∇ Ὁ φέρων (ἢ βαστάζων) ἐν ἀνθρώποις ἀρχὴν σημείων ἔν τοῖς πιστεύουσι τὴν παράκλησιν ἱλασμῶ μανθάνειν, καὶ λύειν λόγον τῶ νάω νεκρώσεως. *Qui ſuſtinet, vel ſufficiens eſt inter Chriſtianos, principium ſignorum intelligere in illis, qui credunt ſolatiũ remiſſionis peccatorum & diſſoluere rationes Eccleſiæ mortificationis.* Quiſquis *Chriſtianorum* tanta præditus eſt ingenij, & doctrinæ facultate, ut poſſit intelligere Hexamerum expoſitum de fide *Proteſtantium*, qui in gratuitâ peccatorum remiſſione requieſcunt: & poteſt etiam diſſoluere argumenta facta pro doctrinâ *Catholicâ* mortificationis carnalis: hic iudex eſt idoneus qui de vino hoc Allegorico ſententiam ferat, ſitne bonum an ſecus?

Vocat Sponsum Νύμφιον Ὁ Ἄνθρωπος Ἰησοῦ μαθητὴς ὃς εἰς ἀδελφικὴν μόνην θεολογίας ἀνέβη. *Christianus verbi salvifici discipulus, qui ad fraternã* (i) *correspondentem Theologiæ mansionem, vel scholam ascendit.* Qui pervenit ad eum statum intelligentiæ, ut possit *Hexamerum* totamque doctrinam fidei *Catholicæ*, ad superiorem scientiam convertere, quam ipse novit & profitetur.

Et dixit ei: mos est hominibus primò bonum vinum proponere deinde cum inebriati fuerint, id quod minus: tu autem servasti bonum vinum ad novissimum.

Ἄνθρωπος Κάλλους, ἢ κοσμου ἀρχαίου μαθητὴς, ὃς ἱλασμοῦ παράκλησιν ἐν θεολογίᾳ ποιμαίνοι ἱερᾷ ἀναστρέφει. *Pulchritudinis mundanæ, vel mundi primitivi discipulus, qui propitiationis solatium in Theologiâ creaturarum sacrâ subvertit.* (i) Catholicus expositor *Hexameri*, vel operum sensibilium mundi, qui solatium gratuitæ peccatorum remissionis, per expositiones Allegoricas subvertit. Solent enim *Catholicorum* expositores Allegorici, generalia *Hexameri* capita ad *Christum* rectè applicare in communi fidei notione, & cum doctrina illa deliniti fuerint, æstimãtes non esse aliam magis arcanam, tunc subijciunt sensum destructionis. Ego verò qui post omnes Scripturæ sacræ expositores veni, pulchram Allegoriæ declarationem secundùm fidem *Protestantium* in novissimâ mundi ætate proposui.

Hoc principium signorum fecit Iesus in Cana Galilææ, & Discipuli ejus crediderunt in eum. Et hæc est prima demonstratio quadraturæ signorum, ad sensum *Protestantium*, & circuli ad rectam lineam,

&

& temporum mundi ad finem ejus: & hoc supra omnia signa futurum est, ut discipuli mei in me credant. Quemadmodum enim signum vel miraculum sensibile, est opus factum in Naturâ supra potentiam humanam, in testimonium veritatis: ita demonstratio hæc veritatis, quam exhibeo supra omnium hominum potentiam, per virtutem verbi, & donum intellectus, est argumẽtum ejus ad fidem conciliandam. Et quidem signa sensibilia stuporem menti inducunt: sed rationem operandi non ostendunt; & etiam dubitationem patiuntur. Quia non est plerumque certum, utrùm per virtutem Dei, vel Diaboli fiant. Hæc verò confirmatio veritatis evidens est per se, & negari non potest: & hoc est quod dicitur: *Et videbit omnis caro quod os Domini loquutum est.* (i) etiam carnales nullum rerum spiritualium sensum, vel fidem habentes, manifestè videbunt quod os Dei hoc loquutum sit. Isai. 40. 5.

Nunc ad secundam loci hujus expositionem accedo, quæ cum symbolicâ ratione conjunctam habet ænigmaticam. *Et die tertio factæ sunt nuptiæ.*

ἡμέρα Dies dicitur ab ἁ significante verè & veritatem, & μέρος parte, tanquàm declaratio veritatis particularis. Tertia τρίτη à τρεῖς, illa verò dicitur quasi ἑτέρων ἕνωσις ἢ ἰσωσις, unio rerum diversarum, vel adæquatio. Sicut enim unum perpetuò significat rem quatenùs simpliciter apprehenditur, et *duo* quatenùs ad rem aliam refertur: ita *tres* significat in intellectuali numerorum ratione, rem quamcunque, quatenùs notioni alteri reali unitur per rationem Logicam: vel adæquatur per similitudinem

tudinem Analogicam. Est ergò dies tertius conceptus rei unius, quæ alteri rationabiliter adæquatur: qui distinguitur determinatè per voces sequentes in *Cana Galilææ*. Significat *Cana* calamum et *Galilæa* circulum: Per calamum intelligitur diameter qui mensurat circulum. Et nuptiæ significant concinnationem et quadraturam circuli ad diametrum. Ita Deus ut perfectè exprimeret quadraturam circularis Ecclesiæ *Catholicorum*, et rectæ *Protestantium*, et similiter circuli, et rectæ lineæ, et circuli totius Chronologiæ ad ætatem *Christi*, elegit diem tertium, quando fieret, et Canam Galilææ, in quâ fieret; ut in numero, mensurâ, et pondere, nobilissimam demonstrationem exhiberet. Dies enim tertius est proprius numerus actus hujus: Et *Cana Galilææ* est mensura ejus, et conversio aquæ in vinum, est pondus ejus.

2. Cor. 5. 16. Gal. 6. 15. *Neminem*, inquit S. Paulus, *novimus secundum carnem: & si aliquandò Christum novimus secundum carnem, jam non novimus. Quoniam in Christo Iesu neque mas, neque fœmina, neque Iudæus, neque Gentilis est, sed nova creatura.* (i) res alia. Abstrahite ergò oculos à respectu historiæ terrenæ, ad regnum Dei, quod est in animâ hominis, meditantis mutuas rerum proportiones et amores conciliare, ad declarandum regnum Dei in *Christo*.

Historiam legistis carnalem, historiam audite spiritualem, quæ gesta est in animâ hominis investigantis quadraturam circuli ad Diametrum, et annorum mundi ad tempus *Christi*, ut indè tempus advenientis Domini computaret. Et in hâc expositione non personas hominum, sed notionales

actus

actus contemplamini.

Et erat mater Iesu illic: μήτηρ à μάω *appeto* dicitur, sicut πατὴρ à πάω *adipiscor*. Significat enim mater appetitum proportionalem intelligendi, perfectum & consummatum generatione scientiæ intellectualis correspondentis. Sicut pater, intellectum hominis quatenùs excogitavit id quod desiderabatur sciri correspondenter. Ἰησοῦς. Iesus, *Hebraicè* Salvatorem; sed secundum Analogiam Græcæ vocis, significat vocem salvificam, id est, verbum salutis. Est ergò mater Iesu in regno intellectuali Dei, desiderium animæ, quæ scrutando S. Scripturas, invenit verbum salutis correspondens, vel practicè, ut faciunt pij *Protestantes*: vel contemplativè, ut fecerunt spirituales viri, quotquot ab orbe condito intellexerunt rationem scripturæ seipsam exponentis; Et ratio vel conceptus ille verbi salvifici vel contemplativi ad scientiam, vel practici ad justificationem voluntatis, *Christus Iesus* dicitur. Undè *Christus* dixit: *Quis est pater meus? & quæ est mater mea? & conversus ad Discipulos dixit, Ecce pater meus, & mater mea*, &c. Matth. 12. 49.

Et deficiente vino. Οἶνος *vinum*, significat, ut dixi sensum, vel notitiam rei sub figurâ, vel similitudine, Analogicè & decorè expressum. Et quandò percipit intellectus aptam rerum similitudinem, tunc voluptatem gustat tanquàm vini suavis. Multò enim jucundior est intellectui, notitia rei sub figurâ aptè expressa, quàm simplicitèr concepta. Nam & res ipsæ quæ in seipsis ingratæ & odiosæ sunt, tamen sub similitudine productæ in-

tellectum delectant. Quemadmodùm anguium & bubonum formæ in opere argenti pustulato, placent oculis: licet res ipsæ per se conspectæ horrorem suscitent.

Cùm itaque deficeret vinum, id est, ratio proportionalis Diametri ad circulum, & ætatis *Protestantium* ad ævum *Catholicum*: dixit appetitus intellectualis illius hominis, sciendi hanc proportionem ad verbi lectionem internam. Non potest investigari proportio Diametri ad circulum, vel durationis Ecclesiæ *Protestantium*, ad *Catholicum* ullo alio modo, quàm virtute tuâ. Respondit notio λόγου ἐνδιαθέτου in animâ meditantis. Non propriè pertinet ad rationem verbi interni, vel investigationem ejus, demonstratio quadraturæ circuli, vel harmoniæ temporum. Virtus enim verbi insiti, exerit se in rebus spiritualibus non in temporalibus. Sicut dicitur *ventura interrogate me super filios meos* (i) pro certo statuite quod omia quæ pertinent ad regnum intellectuale sanctorum, possint e verbo interno fortuitò requiri: sed non ea quæ pertinent ad servos (i) res temporales quæ intellectualibus famulantur. Illa enim per rigidissimas leges libri lamentationis statuntur.

Isai.45,11.

Dixit mater ministris. Quicquid dixerit vobis facite. Dixit desiderium investigandi res arcanas per verbum insitum, cogitationibus studio illi famulantibus. Attendite ad verbi lectionem ænigmaticam & quod inveneritis dictum, observate et experimini

Erant illic positæ hydriæ lapideæ sex, secundum purificationem Iudæorum, capaces circiter duarum vel trium

um metretarum.

Sex hydriæ lapideæ sunt 6 literæ in voce hydriæ ὑδρίαι: quia sicut hydriæ capaces sunt aquæ, ita literæ *Græcæ* capaces sunt numerorum. Aquas enim significare multitudinem docuit Angelus. Apoc. 17. 15. *Lapideæ* vocantur (i) figuratæ: quia literæ figuræ sunt numerorum: et quicquid abstrahitur a respectu propriæ naturæ ad gerendum figuram rei alterius, in lapidem convertitur.

Continet autem dictio ὑδρίαι 525: Et dicuntur fuisse secundum purificationem *Iudeorum* (i) proportionem annorum Ecclesiæ reformatæ *Protestantium*, qui *Iudæi* spirituales sunt, quorum laus non est ab homine sed a Deo. Quia numerus 525, conflatur ex triplicatione 175, qui basis est quadri septenarij, & numerus ille commendatus a spiritu sancto in ætate *Abrahami*, Patris fidelium, & ipsius Ecclesiæ *Protestantium*. Supputato enim tempore vespertino Ecclesiæ nostræ 53 annorum & matutino 122 a primo anno *Lutheri* ad annum 1638 fiunt 175. Primi enim 33 anni *Christi* sunt commune fundamentum utriusque Ecclesiæ.

Sed numerus hic ulterius capax erat ἀνὰ duarum vel trium metretarum. Si ergo hydriæ 525 suscipiant 52 ad tres metretas,

525
525 = 1627
525
53

mensurant circulum temporis a *Christi* verâ ærâ ad annum Domini vulgarem 1625 quem finalem

mundo suppositui per revolutionem cœlorum ad illud punctum. Sed ad conciliandam extuberationem circuli Mathematici ad tres illas mensuras, si 525 suscipiant 52 in duabus mensuris (i) proportione diametri ad circulum, erit numerus circuli 1651. Et hic est numerus etiam annorum a primo anno æræ *Catholicæ* ad annum 5600 ab orbe condito, & hæc proportio 525 |52 ad circulum 1651 procedit ad 6 locum in scalâ *Ceulini*.

1|3·1415926.

Et dixit illis *Iesus*, implete hydrias (i) 525 aquâ ὕδατος 975, qui numeri simul coniuncti fiunt 1500. Et est tota summa annorum Ecclesiæ *Catholicæ* ad primum annum Ecclesiæ *Protestantium* perfectè inductæ, demptis 20 primis annis post mortem *Christi* qui pertinent ad *Protestantes*. Significat etiam implete hydrias, (i) literas numerales ὕδατος multitudine sua: & impleverunt eas usque ad summum (i) capacitatem totam etiam fractionum |52. Et dixit haurite nunc, per necessariam consequentiam circuli, & adducite comparativè ad primam trium mensarum (i) vnam trium diametrorum vel adducite ad *Arithmeticos* qui principes sunt trium proportionum *Arithmeticæ*, *Geometricæ*, *Musicæ*. Si autem diameter sit 525 |52 peripheria erit 1651, qui numerus etiam est totius circuli temporis *Christi*, a principio æræ *Catholicæ*. Alio etiam modo exponuntur ænigmaticè ἀντλήσατε νῦν: 51 sustinete per 500, id est, apponite 51 super 500, & adferte ad primas tres mensuras. Tres vero lineæ rectæ constantes ex 551 faciunt 1653 qui est numerus

rus mundi ab ærâ *Christi* verâ ad finẽ. Et in ratione circuli Geometrici iterum acutè determinat proportionem rectæ lineæ ad circulum. 51 sustinete per 500 et adducite ad primam vel unam trium mensurarum. Tres vero lineæ rectæ, constantes ex 550 $\frac{3}{7}$ æquiparant circulo 1651.

Et attulerunt. Cum autem gustasset *Architriclinus* princeps proportionis *Mathematicæ*, aquam notionis simplicis *Mathematicæ*, conversam in allegoriam, & tetragonismum, & nesciret unde esset (i) non possit intelligere modum, quo ex *Hebræo* et *Græco* textu deducebatur, qui autem attulerunt sciebant: alloquitur authorem reconciliationis *Protestantium & Catholicorum* per Epistolam, & dixit ei mos est *Allegoristis*, & *Mathematicis* qui quadraturam circuli profitentur, & correspondentem sensum typorum, primò probabilem doctrinam proponere, mox ubi decepti sunt auditores specie verisimilitudinis primæ, paralogismum, & doctrinam insipidam proferre: tu autem reservasti optimam demonstrationem sensus typici, & fidei *Protestantium*, & quadraturæ circuli & rectæ lineæ, & symmetriæ temporis mundani, ad ultimum locum.

Cap. 35.

Supputatio temporum per moram Christi in morte suâ.

VIx est alia pars narrationis historicæ per totam Scripturam magis inter se discrepans, & velu-

ti contradictoria quam hæc, de tempore quo *Christus* in morte suâ exegit. Et quidem de horâ mortis ejus non controvertitur, sed de tempore Resurrectionis dissentire videntur *Evangelistæ*.

Matth. 28. 1. Marc. 16. 2. Luc. 24. 1. Ioan. 20. 1.

Marcus enim tempus quo piæ fœminæ ad monumentum venerunt, definit *Sole jam orto*. *Lucas cùm profundum jam mane esset*. *Ioannes cùm adhuc tenebræ essent*. *Matthæus* verò factum id dicit, *Vesperâ Sabbati*, quæ lucescit in primam Sabbati. Est etiam non

Matth. 12. 40.

minor quæstio de modo, quo *Christi* Prophetia impleta fuerit, quòd *sicut fuerat Ionas tribus diebus, & tribus noctibus in ventre ceti; ità Filius hominis futurus esset tribus diebus & tribus noctibus in visceribus terræ*, ubi enim tres dies, & tres noctes deprehendes? cùm hora nona diei *Veneris*, id est tertiâ pomeridianâ mortuus sit, & manè diei Solis, vel Dominici, resurrexerit: nam utcunque trium dierum partes assignes pro integris, tamen non potest eadem pars temporis diei tertiæ, pro die simul & nocte accipi, cùm *Christus* disertè distinxerit dies à noctibus; Multò minùs tres noctes, vel partes noctium invenies: sed tantùm duas. Vt ergò brevitèr repetam quod in Apparatu meo dictum est de hac quæstione, advertendum quod *Christus* cùm signum ab eo peteretur à *Pharisæis*, & *Scribis*, dixerit: *Generatio prava & perversa signum petit, &*

Matth. 12. 39.

non dabitur eis aliud signum quàm signum Ionæ Prophetæ, & quare hoc signum ab alijs omnibus secrevit, quæ fecerat priùs & facturus erat? nisi signum hoc sit alterius rationis, quàm omnia alia quæ ediderat. Erant enim illa manifesta, & simplicitèr intelligenda secundùm captum vulgi: ergò hoc signum

gnum non debuit esse manifestum, & simplex: tunc enim frustrà, sepositis alijs, hoc elegisset; si ejusdem rationis fuisset cum prioribus: Sed sicut de Deo dicitur, quòd *cum simplicibus simplicitèr gradereturr, & cum perversis perverteretur.* Ita *Christus* multitudini simplici simplicia miracula edidit. Sed quia *Pharisæi* malitiosi erant, & captiosi, neque intentione bonâ hoc postulassent, ideò *Christus* se paria facturum promisit: & daturum illis signum, cujus intelligentia esset obscura, & gryphica; & non nisi subtili, & inusitato modo colligenda: veruntamen vera & indubitata, si rectè conciperetur. Et proposuit signum mortis & Resurrectionis suæ post triduum. Sciendum est autem quòd temporum computatio, & moræ numeratio semper intelligenda sit, respectu illorum de quibus aliquid historicè narretur; non autem semper respectu Auditorum: nam qui de *Chinensibus* loqueretur, & tempus, et horam diei explicaret, in quâ aliquid factum est: non esset intelligendus loqui de eodem die, et tempore diei, quo nos *Europæi* vel *Angli* opera nostra mensuramus: sed pro ratione illorum. Quoniam quandò Sol illis oritur, nobis occidit, et illorum nox nostra dies est. Ergò respectu *Christi* ipsius, exponenndi sunt dies hi, non autem *Indæorum*, ad quos loquebatur. His præmissis suppono *Christum* mortuum esse horâ tertiâ, post meridiem die Veneris, surrexisse horâ matutinâ tertiâ circitèr, diei Dominici: totũ autẽ hoc tempus continet 36. horas tantùm; quæ medium trium dierum et noctium habent. Deindè suppono *Christi* animam in momento descendisse ad centrum terræ, qui locus

Psalm. 17.

inferno

inferno destinatur, quòniam dicitur *descendisse ad inferos, & ad inferiora terræ*: Spelunca autem illa, in quâ Corpus *Christi* jacuit, non erat in inferioribus terræ, non magis, quàm acus cutem pungens dicitur ad cor descendisse, et ad inferiora corporis. Prætereà conveniebat, ut qui exaltandus esset super omnia, descenderet priùs sub omnibus, in ipsum novissimum infernum: quoniam personam hominis peccatoris in se suscepit, ideò necessariò descendere debebat eò, quò maximus aliquis peccatorum tenebatur in justitiâ Dei descendere. Tertiò, suppono quòd centrum terræ æqualitèr se habeat ad omnes partes terræ, et cœli, et quòd anima *Christi* eò descendens indifferentèr se habuerit ad *Iudæam*, et ad quamvis aliam orbis partem. Quartò, suppono quòd dies artificialis (prout à nocte distinguitur) sit motus Solis super horizontem per duodecim horas, et nox absentia Solis per totidem horas ab horizonte. His ergò necessariò suppositis, sequitur quòd cùm anima *Christi* in medio terræ esset: indifferentèr se habuerit ad omnes terræ, et cœli partes: et vel neque diem, neque noctem omninò habuerit: vel si habuerit rationem temporis, (quod necessariò concedendum est) simul habuerit et diem, et noctem per diversos respectus, et relationes sui ad Solem. Ergò si numeres ab horâ tertiâ diei *Veneris* quâ mortuus est: ad horam tertiam matutinam Sabbati, habueris diem artificialem duodecim horarum, ab unâ parte, et noctem duodecim horarum ab aliâ parte. Deindè ab hâc tertiâ matutinâ Sabbati, ad horam pomeridianam tertiam ejusdem, habuit vice versâ 12.

Ephe. 4. 9.

horas

horas diei hinc, et totidem horas noctis indè; et similitèr ab horâ tertiâ postmeridianâ Sabbati, ad horam tertiam maturinam diei Dominicæ, similitèr tertiam diem, et tertiam diversis respectibus numeravit noctem; Atque hoc modo præcisè et mathematicè per tres integros dies, et tres integras noctes in inferno fuit. Atque ex hâc luce intelligentiæ clarissimæ, illustratur illa caligo narrationis Evangelicæ, de diverso tempore Resurrectionis ejus. Quoniam per diversos respectus, et relationes sui ipsius ad cœlum, et ad certum locum terræ; quem respicere voluit, resurrexit omni horâ diei, & omni horâ noctis. Sequitur etiam quòd respectu alicujus partis terræ *Christus* resurrexerit vesperâ Sabbati, & non manè. Quoniam ubicunque imaginemur Solem in primâ Creatione suâ fixum esse in cœlo, necesse est, ut illa pars terræ, cui fuit Orientalis, duodecim horis priùs diem habuerit, quàm hemisphærium illi oppositum: ideóque numeratio diei artificialis, ex naturâ suâ, in illâ parte terræ, præverterit numerationem in oppositâ totidem horis. Quo supposito, sequitur etiam necessariò quòd *Christus* respectu illius partis, quæ seriùs cepit numerare diem, surrexerit nõ die Dominico mane, sed in vesperâ ejus. Nunc ex tempore durationis *Christi* in inferno. Supputemus tempus revelationis ejus futuræ. Status mortis spiritualitèr intellectus, est status animæ sub literâ legis, & literali sensu manentis: undè dicitur quòd *litera occidit, spiritus vivificat*. Ergò mora *Christi* in morte, significat aptè tempus, quo Ecclesia *Christi* à puritate Evangelij, & vitâ libertatis deficiens,

in ſtatu mortis fuerit ſecundùm veritatem, licet per imputationem Dei ſit vivificata. Literæ autem Hebrææ (quæ primitivæ ſunt, & regula non modò reliquarum, verùm etiam totius mundi) ſunt 22. Duratio *Chriſti* in morte, fuit horarum 72. reſpectualium, ſed 36. naturalium, multiplicentur 72. per 22. id eſt, mora in morte, per cauſam ejus, & fiunt 1584. Numeretur tantùm tempus ab illo anno excluſivè, in quo principium fidei *Catholicæ*, & mortem *Proteſtantis* pono, qui eſt *Chriſtus* ſpiritualis, id eſt 54. à Nativitate *Chriſti*, ſecundùm *Catholicos*, & excurrit ad annum Domini 1638. qui eſt ultimus annus explicandus in hiſtoriâ mundi; quando corpus Eccleſiæ primogenitorum *Chriſti* unitum, reſurget ad gloriam ſenſibilem: ſicut nunc incipit aſſumere gloriam intelligibilem; omnes autem illi anni excreſcentes ſuper 1625. ad illum annum reducendi ſunt: ut dixi in revolutione cœlorum.

Cap. 38.

Supputatio temporum ex analogica partu Mundi.

Mundus Græcè κόσμος dicitur ob formam decoram operationis ſenſibilis et moralis *Hebraice* ☐שׁ ab occultando. *Habens ſcriptum in fronte ſuâ myſterium, quæ eſt Babylon magna mater omnis corruptionis, quæ in terra accidit.* Sicut enim illa fidei iuſtificantis occultatio facta per *Romanos*,

Apoc. 17.5.

cauſa

causa est omnis spiritualis fornicationis, et abominationis Ecclesiæ, deflectentis se ad idola sensuum: ità ipsa repressio potentiæ, naturæ sensibilis liberæ, per leges inditas à spiritibus huius mundi principibus, causa est omnis corruptionis rerum genitarum. Et sicut defixio conscientiarum hominum per canones *Pontificios*, causa est abominationis in operibus appetitus rationalis: et sicut ex rigidâ illâ defixione verbi Dei per canones et puncta ad carnalem lectionem, Evangelium *Christi*, et verbum Dei captivum, et vinctum tenetur *quod in naturâ suâ non ligatur*: ità ordinatio punctorum *Biblij* practica, ad gubernationem sensibilium, secundum principes huius seculi, causa est omnis corruptionis sensibilis. Quòd enim quodque punctum scripturæ habeat in se virtutem operandi, patet ex eo, quòd *Christus* dicat, *Possibilius esse ut cælum et terra transeat, quàm ut unus apex pereat de lege.* quod non intellexit *Christus* quoad rationem virtutis, quæ in verbo divino describitur: quia veritas sermonis non alteratur propter alicujus accentus alterationem; sed propter vim, et efficaciam in operando: undè etiam cœlum ipsum appellatur שחק id est, *Rubus canonicus*, qui, in fine seculi, descendente Deo, ad liberandum populum suum èpotestate dæmonis, ardebit quidem, quoad condemnationem abusus spirituum, sed non consumetur per inanitionem; propter aliam dispositionem virtutis et nominis divini, in eo latentem. *Creatura enim tota (ut ait Paulus) vanitati subdita est, non sponte sed in spe restaurationis suæ recuperandæ in revelatione filiorum Dei.* Per κτίσιν *creaturam*, intelligit κτίσιν id est,

Rom. 8. 10, 11.

2 Tim. 2. 9.

Luc. 16. 17.

Rom. 8. 20. &c.

statum naturæ exprimentem vestigia rerum divinarum æquabili modo libertatis vitæ; et incorruptionis, quæ sub hac formâ, et regimine mundi corruptibilis opprimitur. Quatenùs enim est corruptibilis, non est creatura Dei, *quia Deus mortem* Sap. 1. 3. *et corruptionem non fecit, nec eis delectatur. Fecit enim omnia ut essent* non autem ut non essent. Sed per peccatum *Adami* acquisivit diabolus potestatem, et super ipsum, & super mundum hunc, undè *princeps et Deus huius mundi* 1. Cor. 2. 6. dicitur. Conveniens enim erat ut quandoquidem corporea natura speculum est intellectualis, repræsentet etiam speciem intellectualis naturæ in peccatum lapsæ, in simili formâ corruptionis. Sicut qui intuetur faciem suam in speculo; si deformis sit, videt speciem deformem: si pulcher pulchram: ità creatura mundi sensibilis, quandò restituetur Ecclesia integritatati suæ in animâ; ipsa etiam similitudini eius exterius conformabitur, Quandoquidem ergò, *creatura hac*, (ut Rom. 8. 21. ait *Paulus*) *parturit libertatem corporis sui*, necesse est ut etiam habeat analogiam temporis mulierum parturientium, cuius mensura sit decem mensium, vel 280 dierum.

Non autem eodem modo metiendi sunt menses illi, sicut fit in fœminis: sed proportionali modo, ut exprimat rationem similem mundi sensibilis, Ecclesiam Dei parturientis. Dies ergò mensium mundi similitudinem habebunt dierum hominis.

Dies autem hominis constat ex vesperâ, et mane, simul conjunctis: ergò et dies seculi, vel cœli constabit, ex quâdam vesperâ et quodam mane conjunctis. Dies autem isti non possunt statui dies

humani;

humani; quoniam in cœlis perpetua est dierum illorum visio, & usus, ubi sol perpetuò videtur. Habet autem rationem vesperæ totus cursus Lunæ, quæ noctis Domina est, et rationem auroræ lucentis Sol Dici imperator. Ergò ex conjunctione et conventu motuum in duobus his Luminaribus, aptè statuetur ratio Diei. Concursus autem, & consensus hic luminarium horum ad idem ferè punctum redit in anno 19. Vndè circulus decennovalis dicitur. Licet totum annum decimum nonum non absolvat. Hujusmodi autem dierum, id est, cyclorum decennovalium καλὰ πλάτος erunt ab initio mundi ad annum 1638 mundi terminalem, 294 qui sunt 10 menses », cum dimidio. Neque enim semper ad finem 10 mensium pariunt fœminæ, sed aliquibus diebus posteriùs. Ergo pro ratione puerperij humani nunc impletum est tempus quoad partum filiorum Dei in statu inchoato gloriæ intellectualis, sicut illo anno fiet in statu corporeo. Et in utroq; hoc anno geminæ concurrẽt puerperæ, unius pueri mundi naturalis, et spiritualis Ecclesiæ *Catholicæ*, hæc *Benoni* parturit, illâ *Benjamin*. Est autem puerperium ipsum, assensus datus quod veritas fidei *Protestantium* ex secundinâ Ecclesiæ *Romanæ* per ordinationem Dei egrediatur. Quem tamen assensum non sine maximis tormentis intellectus & voluntatis edet. *Venit enim super eos repentinus interitus, tanquam dolores puerperæ, & non poterunt evadere, vellent enim.*

Cap. 39.

Computatio temporum ex singulis versibus Psalmi 24.

ACcedo nunc ad Psalmum 24 quæ quot numerat versus, tot habet supputationes temporis. Sed priusquam partes Psalmi exequor in ratione numerorum, per totum *Psalmum* decurram in alueo fluvij *Tigris* (i) tertij modi legendi S Scripturam, per situs inversionem. Et in 7 columnis lectionis, Psalmum hunc erigam. In quo nomen Dei, יהוה quod sæpius in Psalmo hoc occurrit, expono per vocem εὐτυχίας, per quam non intelligo cæcum & irrationalē impetum aliquem, sed infinitam potentiam verbi Dei, qui est hoc quod esse vult, ex quolibet eventu fortuito suppositio: & ex complacentiâ illâ voluntatis suæ, fontem emittit sapientiæ. Quia omnia operatur Deus ex consilio voluntatis propriæ contra quam fit ab homine, cujus voluntas a sapientiæ consilio dependet. Per εὐτυχίαν ergo expressi hanc potentiam verbi Divini ἐνδιαθέτου, ut vitarem multarum vocum enumerationem, quæ contextum orationis perturbaret. Et interpretor dictionem hanc εὐτυχίαν benè & convenienter evenientem orationem, ex quavis dispositione verborum, ut idem tamen sit cum λόγῳ ἐνδιαθέτῳ. Sunt vero 7 hæ columnæ

lumnæ, totidem regulæ de lectione, & intelligentiâ generali ipsius Psalmi, juxta 7 primorum numerorum significationem: Voces autem Psalmi in parte determinavi ad lectionem internam, additis dictionibus ad faciendum orationis contextum. Primam autem verbum רוד explico per dictionem amandi, quia amorem significat: eam enim latitudinem vocibus adhibendam superius monui.

Nominis autem illius applicatio spiritualis supereminenter propria est *Christo* sed per communionem capitis & corporis etiam in alios diffunditur, quos *Christus* ob fidelitatem in ministerio spiritus præstitam, non seruos sed amicos vocat. Ne miretur forte quispiam quod titulum Psalmi huius ad historiam rerum mearum applicem, quæ sub *Paulo* quarto gestæ sunt. Omnia enim quæ in historiâ *Davidis* narrantur accidisse, non possunt *Christo* personaliter convenire: ut illud de adulterio *Bersebæ* & homicidio *Uriæ*.

iuxta Lectionem Hiddekel.

בשנות In enarrationibus
את יהוה εὐτυχίας,
יתהלל illustrabit
את יהוה εὐτυχίαν unam
את יהוה per aliam
אלי illi
עונה correspondentem
מלאך Angelus, vel enunciator Divinorum,
וירא & respiciet
את יהוה εὐτυχίαν
ברש simplici
בינה intelligentiâ,
ויחפץ & reprimet
לשון linguam
מרעה a determinando sensum
יהוה εὐτυχίας:
כי יהוה quoniam εὐτυχία
יה est hoc
יהוה quod esse vult,
וירע & displicet
כל omnis
רשע turbulentè agens
את יהוה ipsi

Modus exponendi & enunciandi sensum.

אוהב Qui diligit
ברכת benedictionem
יהוה Verbi fortuiti
הגריל magnificare,
ידרש scrutetur
מבט respectum
כזאת hujusmodi
מחנה situs;
ומעם & sensum
יראה attendat
לכפר conciliare
הולך venientem:
מי האיש Quisquis
נצר אלה observat hæc,
הסיר divertat
עיניו oculos suos,
מפנות a facie
צעקה clamoris
קרובת occurrentis
לרבים multitudini:
ושומר Et observando
מותח cum spe,
יפרה liberabitur.

Modus simpliciter apprehendendi situm consonantium & vocalium determinationem.

את מעמ

את טעמו Qui Alphabetum intelligit illud
בכל עת de mensura temporis,
נפשו anima ejus
אתי mecum est:
ושנת & correspondenti
נהר illustratione
קרא legit
יהוה יהוה.
כי טוב Cùm rei ipsius
קודש sanctitatem
תרעב desideras,
שמע collige
היום tempus
מדבר ex verbo externo,
ועשה & fac
צדקה justam
מעשה operationem
שמע sermonis
נשברה fracti;
וצדיק & justam
עצם substantiam
רעה sociati
נפש sensus

לנפי juxta faciem
תמיד continui textus,
את שמע sermonem
הרים elevа,
ומכל & ex omni
פני facie, vel significatione
יהוה verbi interni
סביב circunda
יהוה sermonẽ internum.
כי אין Neque enim
דורש qui investigat
לי me,
אהב diligit
רע perversitatem,
אם טב si famam
הצדיק justificat
רע socialem
מכל ex omni
לב sensu,
ומכלם & ex omni sermone
אחת unam
שנה doctrinam
יעבר operetur

Modus adæquandi sensum lectionis. Sit sensus definitio temporum, & ordinatio ejus per conspirationem lectionis fractæ & integræ in uno contextu.

Suspensè constituat lectionem internam juxta formam externæ, & æquivocationem verborum observet.

Psalmi 34 Expositio

אבימלך Papa rex vel patriarcha
תהלתו prædicatū ejus est vel titulus
אשר ענוים Cujus Protestantes
שמו nomen
ינירו timent.
ואל Sed non
שמעו doctrinam ejus
יראו timent,
אשר quoscunque
יחסר stipavit
יהוה verbum internum.
כי יראת Quia timorem vel religionem
ימים temporalem
ישפת disponit:
ובקש & quærit
אזנים auditores suos
להכרית mortificare,
צרות in afflictionibus
ואת רכאהם et contritionibus ipsorū
ויציל הם sed liberabit opinionem suam
מהנה ab eis
צדיק justus,
ולא יאשם ut non perdatur.

Singularis inductio exempli in verbo אבימלך *significante Papam cujus doctrina disponit per timorem ad amorem.*

ואגרשהו Et eliminabo eum
בפי ore meo
וישמחו et lætabuntur
יחדו simul
הענילים qui liberantur
מחפרו ab ignominia ejus,
ומכל צרותם et ab omnibus afflictionibus suis
יחלצו solventur
הגברים viri
יראי qui me timent
לא יחסר Non indiget
יהוה verbum fortuitū
מראות visionibus
דבר rerum,
לשלום ut perficiat
שועתו prædicationē sui
בארץ in terra:
כי הצילם quoniam liberabit eos.
רוח Spiritus
יהוה verbi fortuiti
ולא נשברו et non frangentur
אשם contradictione
כל חוסיבו omnes qui illi fidunt.

Universaliter abstrahetur Papa universalis Episcopus, per spiritum oris Christi, non per signa visibilia.

וילך	Et veniet
יהושע	Ieſus
אל חוסי בו	ad eos, qui ſibi crediderunt.
וכל טוב	et omne bonum
ילמדם	docebit eos.
משוה	ex fama
רומה	Romana:
וירדף	et perſequitur
זכרם	memoriam eorum
ישועתו	ſalute ſua

Eſſentialiter definitur Chriſti adventus.

Psal. 34.

Davidi cum mutaret sensum suum coram Abimelec & expulit eum & abijt

לדוד בשנותו את טעמו לפני אבימלך וינרשהו וילך

ut a- quòd e- patriar- co- demõ. ip- in an- Dile.
beat. limina- châ vel rã stratio sa nis su- cti
verit eũ Papa ejus est is

Nomen *Davidis* exponitur ד גדולה יהוה יחבה. דורש. Qui magnam rerum divinarum unitatem investigavit. (i) Qui investigavit rationem reconciliandi *Catholicos Protestantibus*.

Δ הקודש לב חסידים ביחידה. Qui sanctificavit cor vel sensum τῶν ἐσεβῶν piorum in unitate. Est enim חסיד Nomen *Protestantis* qui visceraliter *Christo* per fidem unitur. Qui sanctificatur in unitate *Catholicæ* Ecclesiæ, in totam gloriam sanctitatis eorum.

לדוד בשנותו

Dilecti in annis suis Sub his duabus vocibus continetur numerus annorum a nativitate *Christi*, ad illum annum, quando in carcerem inquisitionis conjectus sum *Romæ*, & coactus insaniam simulare ut inde liberarer. Accidit autem hoc AD. vulgari, 1609. Quo etiam anno, liber *Apparatus* mei damnatus est.

ב 2

ל ד ו ד ש ג ו ת ה

6 400 6 50 300 4 6 4 30

Bis 806.

Qui numerus geminatus, (quod innuitur per literam ב significantem binarium) facit 1612 qui si computetur

computetur a primo anno inchoato nativitatis *Christi* veræ, incidit in annum vulgarem Domini 1609. Et hæc est numeratio temporis per nomen Dei בְּ. Sunt enim 10 hujusmodi in primis versibus Psalmi hujus, usque ad literam י. Sunt autem nomina Dei decem (i) breves dictiones per quas Deus in sacris literis aliquando appellatur, & sub quibus mysteria sua compendiosè enunciat. Quorum prima quæ hoc in loco, & in totâ scripturâ occurrit, est בְּ significans IN. Et est nomen *Christi*, quatenùs in illo Deus recapitulavit vniversa, & quatenùs caput est omnium Ecclesiarum. Vnde & מקום locus, pro Deo accipitur etiâ in eâdem Scripturâ, ut annotarunt ante me *Rabbini*. Ephes. 1. 20.

Est autem locus manifestus ad confirmationem veritatis hujus in Propheta *Osee* Cap. 13. v. 9. Perditio tua a te est *Israel*, sicut a me בְּ est auxilium tuum Neque ulla alia interpretatio dari potest, quæ non superfluam faciat literam illam, & importunam.

Sed ut clariùs ista appareant, ex Sionis Oráculo, rem totam demonstrabo: בְּBE, inquam, est Nomen Filij Dei, qui genitus est ab unitate super seipsam reflexâ, quatenùs est Consiliarius patris in Creatione sæculorum. Quoniam in humanitate *Christi* quam assumpturus erat, & præcipuè sub ratione Ecclesiæ *Protestantium*, corporis sui virilis, exemplar exhibuit omnium rerum creandarum, in charactere, verbo, & sensu. Ita enim declaratur ab Angelis descendentibus & ascendentibus in scalâ verbi.

ש בְּ אבמלך ברוך בכלעח בפי בירוח בסביב.

Patris Consiliarius, benedictus in omni tempore, verbo, sensu complacentiæ, & circulo, & ב. באשר בטח בעם לב רב גבור. In quo confidit (sc) Pater, in nomine, sensu, & multitudine virorum, hoc est in coronâ, vel circulo Ecclesiæ. Consideratur enim in ך Character, verbum, sensus, quadruplex. Habet enim ך Characterem cœli super terram moventis, in quo consistit ratio temporis. Habet etiam verbum idem significans CVM, QVANDO: habet etiam sensum *Christi* hominis in momento quo transiturus est, in Ecclesiâ primogenitorum a tempore in æternitatem. Et momentum illud, continet totum tempus mundi hujus, sicut manus *Iacobi* tenebat a principio pedem *Esau*. Et hoc est illud *Nunc*, ex quo *Mariam* beatam dicent omnes generationes. Et *nunc* dies salutis, & tempus acceptabile; & *Hodiè* quem genuit Pater, & horâ in quâ veri adoratores adorabunt Deum in spiritu, & veritate, &c.

Luc. 1. 48.
2. Corin. 6. 2.

Psal. 2 17.
Ioan. 4. 23.

Secundò ך habet figuram circuli ambientis qui continet omnem figuram & locum, & appellatur nomen ejus IN, quod significat *Christum*, in quo omnia comprænduntur & constant. Licet enim videatur mundus hic ingens spatium, & latam distinctionem rerum ab invicem continere; certum est tamen, quod totus comprehendatur in puncto. Quemadmodum in somnio apparet dormienti mundus non minoris quantitatis, quàm in vigiliâ: & si vellet Deus fortificare illam imaginationem quæ apprehenditur pro reali, & omnium hominum animas sub phantasmate illo inducere, non minùs crederent se esse in vero mundo spatioso, quàm

nunc

nunc faciunt vigilantes; & tamen phantasma illud latitudinis mundanæ est in puncto. Et sic in ipsâ imaginatione *Christi* virtute Divinâ fortificatâ, & in universalem rationem per radios individuales corporis sui Ecclesiastici expansi, continebitur triplex mundus: præsens in momento recessus ab eo, futurus in momento accessus ad alium, et medius in momento transitus ab uno in alterum.

Tertiò, ה habet figuram oris aperti, et loquentis: et nomen ejus est ה consona. Et significat *Christum* quatenùs in uno apice Dagesh continet omnem literam, et omne verbum: quoniam Dagesh duplicativum pro omni literâ accipitur.

Quartò, habet ב Characterem domus, et nomen ejus est בית Domus. Quod significat *Christum* esse principium omnis sensus notionalis *Divinorum*, quia verbum בראשית significat in principio (i) in literâ ב. Et hæc est ratio quâ *Deus* recapitulavit omnia in *Christo* ad dispensationem plenitudinis temporum, in puncto, apice, centro, et monade: Vndè et nomen suum professus est esse *Principium*. Ephes. 1. 10. Ioan. 8. 25.

Sed præter hanc sublimem contemplationem Nominis *Christi* ב est alius inferior sensus expositionis *Hebraicæ*, quia significat accipiendam dictionem ב pro temporis mensurâ in hoc loco Scripturæ: Quia monet numerum illum 806. esse duplicandum, אבימלך ברוך בכל עת. *Primum consilium vel sensus benedicitur in mensurâ temporis.*

Sequitur & hæc est demonstratio coram Patriarchâ summo Episcopo, quòd eliminatus sit: & ut loco suo cedat. Nomen autem *Abimelech*

אבימלך

אבימלך valet in numeris 1582. Et hæc est perfecta summa annorum Ecclesiæ *Romanæ*, ab illo ipso anno Apostasiæ suæ à *Christi* simplici Evangelio, post annum 53. usque ad præsentem annum 1633. ordiendo a primo anno Nativitatis *Christi* veræ. Quia annus 1635. a primo Nativitatis veræ, est annus 1633. secundùm æram Dionysianam.

Nomen verò *Abimelec* quod significat patrum Regem, & Patriarcham, vel patrem regem, (i) *Papam*: exponitur in titulis *Sionis* ∇ ברוך בבל חמי׳ בשמע גרול מלאך Qui benedictus est inter *Catholicos* perpetuò, sub famâ magni Angeli. Qui prædicatur perpetuò à *Catholicis*, ut homo per Spiritum sanctum loquens è cathedrâ suâ. Et sursùm legendo ∆ אשר בטח שמח מגן יהוה לחכיו Qui sub operimento gaudet tradere res Divinas expectantibus se, id est, *Papa* qui est propositor rerum Divinarum in *Christo*, sub formâ operimenti, & mysterij.

Et hæc supputatio temporum ex verbo Dei, est respectus *Christi* ad *Petrum Romanum*, ut aliquandò ad pœnitentiam conversus confirmet fratres suos; Quis enim habet potestatem confirmandi fratres suos, præter Pontificem *Romanum*? qui adeò confidit de firmitate petræ suæ, & privilegio veritatis, ut audacter profiteretur, quod licet omnes *Christum* derelinquerent, tamen confessurus eum esset. Prædictum est enim ei à *Christo* quod antequàm gallus cecinisset, ter negaturus eum esset. Ecce cecinit gallus in libro *Apparatus*, expectandum esse adventum Verbi interni omnia indicantis. Et nunc iterùm directè canit in proximo

esse

esse Adventum *Christi* ad judicium generale. Et ante utrunque hunc cantum negasti *Christum* tèr. Primò negasti doctrinam timoris legalis, in *Catholicâ Religione*, esse præparationem ad fidem & justitiam fidei. Secundò, negasti in communionem Ecclesiæ *Catholicæ* suscipere *Protestantes*. Tertiò, negasti *Protestantes* qui crederent se per solã fidem imputationis meritorum *Christi* justificandos, posse salvari: Hæc feciſti, neque negare potes. Et hæc est triplex illa negatio, quam *Christus* prædixit. Audi testimonium veritatis ex *Sione*. Τεὶς ∇ Primò, negabis ταραχὴν καρδίας εἶναι ἑτοιμασίαν πρὸς πίστιν. Perturbationem cordis per legis onera, esse dispositionem & præparationem ad fidem. Secundò, τὺς ἐν τόπῳ σῦ πορευομένυς ἑτοιμάσαι πρὸς τὺς ἀδελφὰς αὐτῶν. Negasti præparare eos qui in loco vel Ecclesiâ tuâ incedunt, ad fratres suos gemellos, sunt enim *Esau Catholicus*, et *Iacob Protestans*, ejusdem *Christi* filij, eodem tempore nati. Tertiò, τὺς ἐρχομένυς πρὸς ὄρασιν Κυρίυ σωτῆνας. Negasti eos qui accesserunt ad intelligentiam *Iesu* Verbi salvifici, et justitiam ejus posse salvari. Hoc est testimonium Angelorum descendentium: audi similem accusationem ascendentium in scalâ verbi, ad res Divinas judicandas.

Triplex negatio Christi per Papam statuta.

Negasti esse aliam formam cultus divini magis gloriosam, in cujus comparatione etiam quod glorificatur in *Moysis* facie revelatâ (i) in fide *Catholicâ* non glorificetur, et quæ sit præparatio ad spiritualem *Christi* cultum. Secundò, negasti ullum usum habere te *Protestantium*, qui paupertatem

omnium bonorum spiritualium profitentur in confessione *Christi* Salvatoris. Tertiò, negasti eos qui existimant se per celerem illam rationem justitiæ *Christi* imputatæ liberari à judicio Dei, posse salvari. Hæc sunt enim testimonia Angelorum ascendentium, Δ· ἐχειν μίχεαν δόξαν εὐθύτητος. Primò, negasti te habere minorem gradum rectitudinis et justitiæ: aut esse alium superiorem quærendum in hâc vitâ. Secundò, πτωχῶν χρεῖαν ἔχειν ἐν σωτηρίας ἢ Ἰησοῦ ὁμολογία. Negasti te ullum usum habere communionis papperum *Protestantium*, in confessione *Iesu*, et rationis salvandi. Tertiò, τὸς ταχυόλας ἀπὸ χείσεος ϛ Κυείυ σωθῆναι. Negasti eos qui festinant a judicio Dei, posse salvari per compendiosam rationem fidei solius justificantis.

Versus 2. *Laudabo Deum in omni tempore, semper laus ejus in ore meo.* Id est, Laudabo eum in supputatione omnium annorum, & temporum mundi, semper laus ejus in ore meo, id est, per totum Psalmum materiam hanc tractabo, & in singulis versibus. Altera lectio Chronologica ita legenda est: אברך ה׳ את ידוד תמיד תהלתו בפי׳

Benedicam ה׳ *per ipsum nomen* יהוה׳, *continuaetis prædicatio ejus in partibus temporis:* significat enim פי׳ partem, & tempus: & simul accipienda sunt ad declarationem sensus.

ה׳ significat quinarium, & Nomen Dei יהוה׳ exponendum est perpetuò in numerali ratione, tanquàm esset יההה׳, nisi contrarium in textu moneatur. Accipitur enim pro 25. et non pro 26. Quinarius autem benedictus, id est, multiplicatus per

25. efficit 125. qui numerus si per omnes partes temporis repetatur, id est, secundùm numerum tredecim mensium Lunæ multiplicetur, facit 1625. Qui est annus secundùm æram *Catholicam*, in quo revolutio cœlorum sistet in fine mundi.

Et hæc est numeratio secundi Nominis *Christi* quod vocatur ה. Nam *Christus* spiritus oris nostri dicitur a *Hieremiâ*: qui est ה, et est nomen super omne nomen, in hoc seculo, vel in futuro: Quodcunque enim nomen enuncies præponendus est articulus ה ὁ ἡ τὸ· Ideòque in signum *Christi* ex *Abrahamo*, & *Sara* nascituro, in nominibus utriusque interposita est ה. Lam. 4 02; Gen. 17. 15.

Et secundum hoc Nomen *Christi*, est appellatio Agni Dei, quatenùs in similitudine mortis, detensus toto vellere potentiæ, divitiarum, sapientiæ, gloriæ, Divinitatis, vicit aperire librum vitæ omnibus invisibilem, per quam victoriam assequutus est totam virtutem quam deposuerat. Et est nomen ejus, quatenùs a *Romanis* editur, sub formâ laboriosâ acquirendi justitiam per opera legis. Quod arcanam radicem habet, ingratitudinis & superbiæ, quod per communionem sapientiæ & justitiæ *Christi* dedignarentur salvari: sed ipsi per virtutem operum suorum, vellent utramque assequi. Propterea in mundum hunc post hæc ponendum in statu inferni, sine redemptione similitudinis inducentur, ut ipsi in igne spirituali studij divinorum, per immensos labores & dolores, hoc in parte assequantur, quod humiles & grati *Protestantes* sine labore adipiscentur: Ita enim legitur ∇.

ד יהוה מהלל מרום הציל מביש בנהר פניהם

Deus benedictus Romanos liberare respiciens, vel intendens, per illuminationem facierum eorum, id est, per actus sapientiæ genitos ex primâ revelatione facta illis per *Christum*, quod sit aliud verbum, & sensus, & forma rerum divinarum, præter vulgarem, quæ variis tentationibus & experimentis exploranda sit. מגרש׳ יהוה יחכה להציל להשועות ח ב במעש׳הם *Qui eliminatos a Deo, expectat liberare ad salutem, per opera eorum.* Eliminati à Deo dicuntur, qui a gratuitâ justificatione per fidem *Christi* excluſi sunt in statum inferni: quos agnus in illo fornace examinis spiritualis, expectabit salvare in seculo futuro, per propriæ meditationis opera, quia charitatem veritatis per fidem solam justificantis, non sunt amplexi ut salvi fierent. Quantum enim putas tormentum patientur animæ illæ, quæ per tot annorum centurias victuræ sunt, ut puer centum annorum habeatur: in quibus indefatigabili studio investigaturæ sint sensum arcanum sub omnibus creaturis reconditum, & rationem arcanam enunciandi illum ex verbo Dei, & modum exactum intelligendi singulas literas, et vocales, et puncta, et regulas eorum, ut ipsa cogitatio tanti tormenti terribilis sit. Vbi ignis desiderij investigandi correspondentiam hanc rerum et signorum, numquam extinguetur, et vermis erroris deprehensi, et spei inanitæ, nunquam morietur. Ibi erunt lachrymæ, id est, defluxus notionum præsumptarum, et stridor regularum legendi, sibi mutuò collidentium. Et quicquid Poetæ de inferno fabulantur, deprehendentur vera symbola fuisse indefessi laboris hujus, et spei irritæ.

Tormenti inferni spiritualia.

Versus 3. *In Domino lætabitur anima mea, audient mansueti & lætabuntur.*
ב יהוה תתהלל נפשי ישמעו ענוים וישמחו

In numero 25. det 65. multiplicatio mea, audient humiles, id est, *Protestantes*, operum suorum gloriam deponentes, et de tempore liberationis suæ audientes, lætabuntur. Numerus 25. multiplicatus super 65. fit 1625. qui est numerus annorum secundùm æram Dionysianam, ad terminum finalem seculi, in quem cœlum revolvetur.

3 *Nomen Dei* יהוה.

Nomen יהוה deducitur ab הוה, significante essentiam, complacentiam, infortunium, & interitum, ex quibus in unam sententiam conjunctis, oritur notio *Dei*. Qui ad placitum suum est, quod esse vult, ex privatione suppositâ. Ad cuius nominis rationem respiciens *Iob* dixit Numquid ex manu *Dei* accipiemus bona, & non mala? Et S. *Paulus* vocat patrem misericordiarũ & *Deum* totius consolationis. Non est autem consolatio nisi de infortunio, & defectu aliquo præcedente, vel appræhenso ut venturo. Est ergò *Deus* universi defectus & privationis suppositi solatium alijs, & in seipso. Monet enim sapiens cogitare de *Deo* in bonitate. & sublimia, & glorioſissima, de eo prædicare: non secundum illum modum excellentiæ, cujus res creatæ in aliquâ parte capaces sunt, quia in eo deficiemus, sed alio modo, super omnem conceptum vulgo præsumtum. Est autem maxima & glorioſissima notio de *Deo* cogitabilis, quod

Iob. 2. 10.
2 Cor. 1. 3.
Sap. 1. 2.
Eccli. 43. 29.

ſuppoſito quod non eſſet *Deus*, vi huius ſuppoſitionis *Deus* eſſet. Evidens enim eſt in primâ luce intelligentiæ, quod non poſſit majus aliquid de *Deo* concipi. Eſſe enim ſummè potentem verum, bonum iuſtum ex naturâ ſuâ, minus eſt quam quod ex contradictione ſuppoſitâ emicaret. Quod autem vera ſit notio iſta de divinâ naturâ, demonſtrativè probari poteſt. Quia *Chriſtus* quà homo, dicitur imago Dei inviſibilis: quatenus enim *Deus*, eſt non eſt imago, ſed ipſa eſſentia illa in-

Col. 1. 15. viſibilis: & etiam quatenus eſt ὁ λόγος pariter inviſibilis eſt per ſe: nihil autem eſt in imagine, quod non eſt in prototypo ſuo. Atquì quod primo intuitu videtur in *Chriſto*, eſt quod ſponte ſupponendo ſe morti, ad vitam ſurrexerit. *Debet* ergo neceſſario ſimilis aliquo modo notio de inviſibili divinitate concipi. Alioqui dicetur cujus eſt hæc imago &

Matth. 22. 29. inſcriptio *IESVS CRVCIFIXVS*? qui eo nomine præcipuè appellatur & in omnibus ſignis pingitur.

Et primum hujus rei exemplum in ſpirituali hiſtoriâ *Chriſti* habemus. Quoniam ſuppoſito interitu fidei & Eccleſiæ *Proteſtantium* in judicio publico *Catholicorum*, ex ipſis verbis contradictionis *Catholicæ* emerget: ut in proximo libro oſtenderur. Et ſub hoc reſpectu nomen יהוה etiam *Chriſto* in corpore Eccleſiæ ſpiritualis communicatur. Ita enim legitur in commentario *Sionis*. Verſu 3 hujus Pſalmi ביהוה תתהלל. Et ita exponitur deorſum legendo ∇ נפשו מרומה בשמו נוצל. Qui animam ſuam e *Româ* per nomina eius eruit. (i) Qui fidem *Proteſtantium*, & fideles ipſos eruit a condemnatio-

ac

ne *Romanâ* per ipsa nomina, & dictiones quibus contradicitur: sicut idem e sepulchro surrexit salvis sigilis quibus claudebatur. Et △ יהוה נפי תהילם ירך מנרש: In ore laudis, vel temporis prædicatione, incedet eliminatus: (i) *Christus* in fide *Protestantium* expulsus per Ecclesiam *Romanam*, in omni sermone in quo laudatur fides *Catholica*, commendabitur; & in ipsa contradictione sua vindicabitur: sicut dicitur ut vincas cum condemnaris. Psal. 51. 6.

Hoc est exemplum Dei invisibilis in *Christo*, cujus ratio quærenda est in antitypo suo. Conversio rerum omnium creatarum sub ratione symbolicâ, vel ænigmaticâ, ad sensum correlpondentem in divinis, est ratio hypostasis paternæ. Si vero tota scriptura sacra quæ primum subjectum est hypostasis paternæ, perverteretur a situ suo, secundùm ullam imaginationem humanam, & ita basis convertendi res creatas ad vestigium divinorum tolleretur, oriretur tamen nova basis æqualis gloriæ: Sicut ab *Esdrâ* dicitur quod domus Dei demonstranda esset in loco, ubi nullum esset ædificium. Hujus veritatis confirmationem, habes in integrâ lectione Psalmi hujus, sursum & deorsum ductâ. & in libro lamentationum quem ad calcem hujus libri subijcio. Hujus veritatis confirmationem in tertia lectione ▽ conteſſerata *Sionis* hujus, habes post voces. Esdr 9. 24.

הביטו נהר פניהם הושיע quæ pertinent ad filium Dei sicut proximè declarabitur. Voces autem tertiæ relectionis post hæc incipientis, sunt istæ: סובב גמרים ראות לחפן. Qui circumgyrat humanas

nas visiones ad placitum suum. (i) Qui quocunque modo contingat textum verborum, & rerum ab homine mutari, semper circumducet imaginationem humanam ad beneplacitum suum. Et sursum ascendendo secundo loco legitur אבימלך חכה נפש חיות תם. Patris consilium expectans animam vel sensum suum vivificare perditum.

Demonstratio verbi a privatione suppositâ.

Sequitur demonstratio filij, verbi Dei: Et supposito quod omnis ratio eloquendi mysteria divina auferretur, & omni modo obscuritatis obtenebraretur: tamen ex ipsis literis contesseratis vocum singularum, gigneret pater verbum sui interpres: cujus exemplum hic repræsento. Si enim omnes homines & angeli silerent Deum glorificare, per ipsa labia silentium, erumperet scaturigo veritatis æternæ, & ipsa tesserarum confusio produceret navas tesseras commentarij. Ita enim exponitur nomen יהוה secundo loco Δ מביטה נהר בפני הם מושיע Qui respectum commentarij, in facie perturbationis salvat. Δ Et sursum ascendendo tertiâ repetitione lectionis, נוצל תשועה מגברים מלכות liberans commentarium vocis vel eloquutionē ex hominū consilio, vel æstimatione, (i) quoquo modo voces ab homine perturbentur, verbum Dei commentarium suum eliciet.

Demonstratio Spiritus sancti, ex privatione suppositâ.

Proximo loco venit demonstratio spiritus sancti. Qui est notio rationalis sensus divini, ex charactere patris & testimonio verbi, & evidentiâ rerum in seipsis emanans (sc) de paterno intellectu investigante seipsum, et omnem sapientiam suam sub involuchro creaturarum. Dicitur enim Deus scrutans corda & renes (i) eliciens sapientiam suam

sub

sub formis symbolicis, et ænigmaticis divinorum. *Ipse enim invenit omnem viam sapientiæ ab æterno*, uno simplici actu: ex suppositione privationis eius. Supposità enim privatione omnis rei intelligibilis et omnis intellectus; Suppositio hæc, vel erit in se intelligibilis, vel non erit: si non sit intelligibilis in se, tunc non est; quicquid enim est, quatenus est, intelligibile est: et tunc redibit intellectus divinus, et res intelligibiles. Si verò sit intelligibilis in se, tunc necesse erit, ut sit intellectus aliquis, qui possit intelligere, quoniam intantum est intelligibile, quodcunque objectum, in quantum est intellectus, qui possit intelligere; Si autem non sit intellectus, qui possit intelligere, pariter non erit intelligibile, Supposità ergò privatione omnis intelligibilis, et omnis intellectus necessariò sequitur esse intelligibile aliquid, et intellectum aliquem. Et ratio hæc spiritus sapientiæ, et sensus correspondentis exponitur ∇ אוהב חיים בראות מרמת *Diligens vitam vel essentiã correspondentem in visione* .i. suppositione inanitatis eius. (Est enim חיה vita, quasi אח יה fraterna, et correspondens essentia: Et exponitur Spiritus iustitiæ sub umbrâ custoditus). Sursum ascendendo quartâ vice יהוה exponitur מעשה בינה ביוצר משגיח *Qui opera intelligentiæ in figmento contemplatur*. siue *Intelligas res creatas a Deo* sive *figmentum suppositionis eius quod non est, esse.* Baruc: 3, 37. Iob. 28. 27.

Quintò considerandæ est ratio essentiæ Divinæ, quæ eodem modo ex privatione supposità emicat. Supposità enim privatione omnis pulchritudinis, veritatis, bonitatis, vnitatis, potentiæ, iustitiæ,

Demonstratio essentiæ divinæ exprivatione suppositæ

essentiæ, vel erit suppositio hæc pulchra, vera, bona, una, possibilis, iusta, ens; vel non erit; Si non fit; tunc necesse est ut redeat prior pulchritudo, veritas, bonitas, unitas, potentia, iustitia, essentia; vel si fit talis, necesse est ut sit nova pulchritudo, veritas, bonitas, unitas, potentia, iustitia, essentia, per quam priores evacuantur; Quia quicquid est quatenùs est, pulchrum est, et verum, et bonum, et unum, et potens, et iustum, et ens, Exponitur ratio hæc Divinæ essentiæ ע בעיני כריתות צעק נצלחי *Informâ privationis exclamat vici.* Et sursum ascendendo, exponitur בן בטט מרור תנואה *Filius scintillans ex generationis irritatione.* Tanquam Phœnix ex cineribus suis reviviscens; et tanquam filius suijpsius, ex privatione exoriens. Breviter ergò, per nomen יהוה intelligitur character, verbum, sensus essentiæ correspondentis in *Christo*, & complacentiâ divinâ, quæ ex priuatione suppositâ redintegrantur.

Versus 4.

Magnificate Dominum mecum & exaltemus nomen eius in ipsum.

Numeratio nominis Christi.

גדלו ליהוה אתי ונרוממה שמו יחדו

Magnificate per לידוד (i) 56 ipsum י (i) denarium: & exaltemus nomen eius in seipsum, (i) י nomen, quod valet 10, multiplicemus in seipsum. Denarius in seipsum multiplicatus, fit Centum, et 56 centuriæ fiunt 5600. Qui numerus est perfectus Chronologiæ mundanæ. Sed posteriora verba suscipiunt etiam aliam expositionem. *Et exaltemus nomen communi consensu.* Id est literam quod nomẽ Dei est et in voce יהוה occurrit exaltemus

temus ſecundum communem æſtimationem valoris ו. (i) 6 uon 5.

Et hæc eſt numeratio quarta per quartum nomen Dei ', quod multis nominibus hominum coniungitur in ſacris literis; cuius nominis rationẽ poſſum ex Sionis archæologiâ declarare, ſed velum obducam tam illis, quam cæteris quæ ſequuntur.

Verſus 5.

Quæſiui Dominum, et exaudivit me, et ab omnibus pauoribus liberauit me

ד רשתי את יהוה ומכל מגורותי הצילני

Quater fæneratus ſum את nomen Dei, & reſpondit mihi, & ab omnibus peregrinationibus meis liberauit me; Valet את. 1400 qui quater multiplicatus ſit 5600: numerus integer annorum Mundi. Significat autem *a. ω.* principium & finem, & nomen eſt Dei, & *Chriſti*: quod in ratione temporũ quatèr fæneratus eſt *Chriſtus* hominibus, in figurâ quadruplicis Eccleſiæ ſuæ. *Naturalium; Iudæorum, Catholicorum, Proteſtantium*, ut recipiat ſuum cum vſuris, exactâ peregrinatione ſeculi huius. Luc:19.23

Numeratio nominis Chriſti את

Verſus 6.

Reſpexerunt ad eum, & ad placitum decurrerunt, & facies eorum non ſunt confuſæ.

הביטו אליו ונהרו ופניהם אל יחפרו

Reſpicite אליו 47 & ad placitum decurrite. Sed facies eorum non confundentur. Numerus 40 ad placitum decurrens eſt 1600 et numerus 7. ad placitum decurrens, et ſuper ſe reflexus eſt 49: Sed non confundantur facies eorum, .i. non dices

Numeratio nominis Dei אל

quadrageſies ſepties 47: ſed quadrageſies quadraginta, et ſepties ſeptem. Sic fiunt a primo anno æræ *Dionyſianæ* excluſivé, ad annum finalem Mundi excluſivé, 1649. qui eſt annus Mundi antepenultimus, qui etiam idem eſt cum ultimo.

Verſus 7.

Numeratio nominis Chriſti וה

Iſte pauper ad Dominum clamauit, et exaudiuit eum, et ab omnibus angustiis liberauit me.

זה עני קרא ויהוה שמע ומכל צרותיו הושיעו׃

Duodecies 130 voca, & Complacentia Diuina audiet, et מכל Numerus 90 ab anguſtijs ſalvabit eum. Nomen *Chriſti* וה valet 12, qui ſi multiplicetur per 130 producit 1560; qui numerus adhuc anguſtus eſt, ſed numerus 90 additus ab omnibus anguſtijs liberat totam ſummam. Sunt enim a primo anno æræ *Catholicæ* excluſivè ad finem ſeculi 1650 anni.

Verſus 8.

Numeratio nominis Chriſti. ה

Caſtrametatur angelus Domini circa timentes ſe, & eripiet eos.

חנה מלאך יהוה סביב ליראיו ויחלצם׃

Caſtrametatur plenitudo ה. 500 & 25 circumductus circa timentes ſe, & liberabit eos. Plenitudo numeri, & incrementum eius eſt duplicatio eius: ſic plenitudo 500 eſt 1000. Sed gyratio numeri 25 eſt multiplicatio eius in ſeipſum, ad 625 qui millenario appoſiti fiunt 1625. in cuius anni regreſſu omnes Sancti in caſtra Angelorum recipientur, & liberabuntur. Et hoc eſt nomen arcanum *Chriſti* toties repetitum Pſalmo. 119. Significat autem ה ſimilitudinem finalem, quæ eſt *Chriſtus* imago Dei inuiſibilis.

Verſus

Versus 9.

Gustate, et videte quam bonus erit Dominus, beatus vir, qui confidit in eo.

טעמו וראו כי טוב יהוה אשרי הגבר יחסה בו׃

Inserite, & considerate numerum כ׳ 30 geminatum, in 27. Numerus 30 geminatus fit 60, et implantatus in numero 27, ita ut ex singulis unitatibus germinet, fit 1620, Beatus vir, qui geneologiam suam ducit a quinto anno post omne (i) qui anno 1625 redeunte, sentit se novam geneologiam ducere ad vitam: Est vero כ׳ nomen Dei quatenus est causa universalis omnium. *Versus* 10.

Numeratio nominis Dei כ׳

Timete Dominum sancti eius, quoniam non est defectus timentibus eum.

יראו את יהוה קדשיו כי אין מחסור ליראיו׃

Timete ipsum numerum nominis יהוה 25 sanctificatum per ׳ et ו Numerus 25 multiplicatus per decem fit 250 Deinde 250 Multiplicatus per ו facit 1500. Et hæc est duratio Ecclesiæ *Romanæ* a principio æræ *Christianæ*, usque ad annum 1520 completum, demptis 20 annis in ipso principio Ecclesiæ *Christianæ*, qui pertinent ad *Protestantes*. Timete religionem & fidem illam, quæ sub gyro illorum annorum concluditur: quoniam illo tempore durante; non erat defectus illis; qui Deum sub fidei illius formâ venerabantur. Anno enim 1520 excidit Ecclesia *Romana* a fœdere *Christi*, per quod, *Mysterium impietatis* toto *superiore tempore* ἐνεργεῖτο tunc vero è medio sublata est ratio salvandi per fidem *Catholicam*: quoniam negarunt *Protestanti* filio, et hæredi Domini vineæ *Christianæ* reditus eius numerare, sed occiderunt eum, et proiecerunt

2. Thess. 2. 7.

Mat.21.39. iecerunt per anathema suum extra vineam. Hæc est decima numeratio per nomen Dei יהוה Contractum in י': sicut ipsa religio *Catholicorum* est contractio Dei misericordiarum in formam iræ, אף.

Et observa decoram formam numerationum harum decem. Prima numeratio deducit tempora ad præsentem annum, qui est principium Ecclesiæ *Protestantium* ingredientis in gloriam. Decima verò ad principium eiusdem Ecclesiæ ingredientis in mundum hunc, in nuditate naturæ.

Secunda, et tertia, computationem suam terminant in Anno Domini finali 1625. Quarta & quinta in anno 5600. Sexta, et septima in anno 1650. Octava & nona in anno 1625. Ita per jugi concordantiarum suavissimè decurrunt rationes hæ chronologicæ.

Præterea ipsa nomina Dei, & *Christi*, aptè respondent decem numerationibus primis. Significat enim primum, simplicem apprehensionem, cuius nomen est יִהְיֶה IN, significans respectum loci, in quo omnia comprehenduntur. Secundum, mutuam relationem unius ad aliud, cuius nomen est ה articulus Præpositivus ;, qui semper refert intellectum ad id quod sequitur. Tertium, Rationalem adæquationem, cuius nomen est יהוה *Essentia complacens, et quod complacet esse,* (i) quod rationabile videtur. Quartum, suspensam constitutionem יהיה EST, inter affirmandum, cuius nomen est (') significans Est. & formam habet suspensæ enunciationis.

Quintum, singularem inductionem, quæ voca-

tur

tur אר, quæ est dictio significans aliquid singulariter inductum. Sextum, abstractionem vniversalis rationis ex multis singularibus, quod dicitur, אל, & significat superliminare, et correspondens, qnod abstrahitur a limine singulariū .Septimū, Essentialiter definitum, et nomen habet זה HIC. Individuum definitum in essentiâ suâ Octavum, Exemplarem propositionem rei in similitudine suâ, et nomen habet ך quod significat similitudinem, et Idæam. Nonum, Heterogeneorum deductionem id est contrariarum consequentiarum rei vel anomaliarum, et vocatur כי significans causam, vel contractionem rei ad diversum genus. Decimum, Homogeneam reductionem, (i) ad rem analogam Et dicitur י' quod nomen est Dei et *Christi* contractum ex יהוה, et significat summalem rationem divinorum. Omnia autem hæc nomina in vnam sententiam apté possunt recolligi.

אל	אר	יר	יהוה	ת	ך
Deitas	singulariter	Deo esse	complacet	Christo	In
י'	כי	כ	זה		
divinorum contracta,	rationis	idæa est	hæc,		

Versus. 11

Leunculi indigent, et esuriunt, sed quærentes Dominum non indigent omni bono

כפירים רשו ורעבו ודורשי יהוה לא יחסרו כל טוב

Qui in tegumento, vel figurâ reconciliantur, indigent, et esuriunt senarium (i) Hexamerum mundi alterius, vt iterum in scenam inducantur, ad assequendum veram reconciliationem. Totus numerus est 1716. Sed qui quærunt Deum complacentiarum, non indigent vniverso complicato bis

כל שה, universum complicatum valet in numeris 65, qui si demantur de 1716 remanebunt 1651, qui sufficiunt pijs ad recipiendam hereditatem gratiæ divinæ, & omnium bonorum.

Ergò illi, qui in hac vitâ non assecuti sunt veram pacem conscientiarum alio modo quam mundus dat iterum in mundum hunc redibunt, vt recipiant mercedem suam centuplam in hoc mundo, unde non per redemptionem gratiæ, quæ non est in inferno, sed cum afflictione spirituali animæ studentis, & veram sapientiam investigantis liberabuntur. Sed qui *Christo* Dei verbo interno vniuntur in agnitione iustitiæ fidei, & πληροφορία communionis omnium bonorum *Christi* non indigebunt statu hoc temporali excrescente in aliud seculum. Quòd enim reducendum sit iterum in actum seculum hoc corruptibile, non in spe redemptionis, sed in statu inferni, manifestum est. Quia dicitur, quòd regnum huius mundi factum sit *Christi*, & quòd sancti in eo regnabunt: atqui regnare non poterunt in mundo hoc, quatenus iam transijt, sed quatenus est rediturus; neque in hoc mundo receptum est centuplum ab illis, qui pro nomine *Christi* passi sunt: ergò iterum rediturus est in actum.

Mat. 19. 29.

Apoc. 11. 15.

Versus 12.

Venite filij audite me, timorem Domini docebo vos.

לכו בנים שמעו לי יראת יהוה אלמדכם׃

Miscete Discipuli collectionem istam 40. (id est) in seipsam multiplicate, & timorem Domini docebo vos. Numerus 40. in se multiplicatus fit 1600. qui numerus si computetur à primo anno

Ecclesiæ

Ecclesiæ *Christianæ* secundum æram vulgarem incidit in annum præsentem, 1633. In quo grande illud secretum timoris Dei, nunquam prius publicè declaratum, in hoc libro aperui; vel misereto filij, collectionem illam 40. & timorem 25. pro numero temporis vestri docebo vos. Timorem vocat tremendum tempus diei Iudicij generalis, Anno 1625. revoluto.

Versus 13.

Quis est vir ille qui desiderat vitam, & diligit dies ad videndum bonum?

מי האיש החפץ חיים אוהב ימים לראות טוב

Tres dictiones accipiuntur ænigmaticè in hoc versu, absque respectu sensus, pro certis numeris. Numerus 365. desidetat 628. diligentem 660. ad videndum bonum. Appone tres istos numeros in unam summam, & fit perfectus numerus annorum, in quo videbitur bonum Dei in terra viventium, id est, annus 1654. à primo anno Natiuitatis veræ incompleto, qui idem est cum vulgari anno. 1651. Psal. 26. 13.

Versus 14.

Custodi linguam tuam à malo, & labia tua ne loquaris dolum.

נצור לשונך מרע ושפתיך מדבר מרמה

Custodi linguam ך 500, ne loquantur רע 270. (id est) aufer 270. à 500. & remanebunt 230. Et custodi labia tua שפתיך 1290. à dolo, id est, ne aliam faciem numeralem ostendant præter simplicem; Adde 1290 ad 230. & producunt 1520. Qui

כל שה, universum complicatum valet in numeris 65, qui si demantur de 1716 remanebunt 1651, qui sufficiunt pijs ad recipiendam hereditatem gratiæ divinæ, & omnium bonorum.

Ergò illi, qui in hac vitâ non assecuti sunt veram pacem conscientiarum alio modo quam mundus dat iterum in mundum hunc redibunt, vt recipiant mercedem suam centuplam in hoc mundo, unde non per redemptionem gratiæ, quæ non est in inferno, sed cum afflictione spirituali animæ studentis, & veram sapientiam investigantis liberabuntur. Sed qui *Christo* Dei verbo interno vniuntur in agnitione iustitiæ fidei, & πληροφορία communionis omnium bonorum *Christi* non indigebunt statu hoc temporali excrescente in aliud seculum. Quòd enim reducendum sit iterum in actum seculum hoc corruptibile, non in spe redemptionis, sed in statu inferni, manifestum est. Quia dicitur, quòd regnum huius mundi factum sit *Christi*, & quòd sancti in eo regnabunt: atqui regnare non poterunt in mundo hoc, quatenus iam transijt, sed quatenus est rediturus; neque in hoc mundo receptum est centuplum ab illis, qui pro nomine *Christi* passi sunt: ergò iterum rediturus est in actum.

Mat. 19. 29.

Apoc. 11. 15.

Versus 12.

Venite filij audite me, timorem Domini docebo vos.

לכו בנים שמעו לי יראת יהוה אלמדכם׃

Miscete Discipuli collectionem istam 40. (id est) in seipsam multiplicate, & timorem Domini docebo vos. Numerus 40. in se multiplicatus fit 1600. qui numerus si computetur à primo anno

Ecclesiæ

Ecclesiæ *Christianæ* secundum æram vulgarem incidit in annum præsentem, 1633. In quo grande illud secretum timoris Dei, nunquam prius publicè declaratum, in hoc libro aperui; vel misecte filij, collectionem illam 40. & timorem 25. pro numero temporis vestri docebo vos. Timorem vocat tremendum tempus diei Iudicij generalis, Anno 1625. revoluto.

Versus 13.

Quis est vir ille qui desiderat vitam, & diligit dies ad videndum bonum?

מי האיש החפץ חיים אוהב ימים לראות טוב

Tres dictiones accipiuntur ænigmaticè in hoc versu, absque respectu sensus, pro certis numeris. Numerus 366. desidetat 628. diligentem 660. ad videndum bonum. Appone tres istos numeros in unam summam, & fit perfectus numerus annorum, in quo videbitur bonum Dei in terra viventium, id est, annus 1654. à primo anno Natiuitatis veræ incompleto, qui idem est cum vulgari anno 1651. Psal. 26. 13.

Versus 14.

Custodi linguam tuam à malo, & labia tua ne loquaris dolum.

נצור לשונך מרע ושפתיך מדבר מרמה

Custodi linguam ל 500, ne loquantur רע 270. (id est) aufer 270. à 500. & remanebunt 230. Et custodi labia tua שפתיך 1290. à dolo, id est, ne aliam faciem numeralem ostendant præter simplicem; Adde 1290 ad 230. & producunt 1520. Qui

est numerus annorum à Nativitate *Christi* verâ ad annum primum *Lutheri* completum: & à nativitate apparenti ad annum primum Ecclesiæ *Protestantium* perfectè se ostendentis in hoc mundo. Et in illo anno prodit generatio hominum, quorum fides non sonat materiam malignam afflictionis, & libertatis Evangelicæ restringendæ, neque alium sensum contrariũ sub verbis fidei celant: *Nos enim adoramus, quod scimus: Papistæ*, quod nesciunt: qui afflictionem & malum in sensu aperto loquuntur, per quod perimitur sensus realiter intentus.

Ioan. 4. 22.

Versus 15.

Declina à malo, & fac bonum: quære pacem, & persequere eam.

סור מרע ועשה־טוב בקש שלום ורדפהו

Recede à sensu incongruo, & fac convenientiam horum numerorum 402. 936. 301. qui simul sumpti fiunt 1639. qui si computentur ab anno vero Nativitatis *Christi* exclusivè desinunt anno vulgi 1638. quando plenè recedetur à malitiâ & incongruitate sensus ad pacem æternam.

Versus. 16.

Oculi Domini ad justos, & aures ejus ad clamorem eorum.

עיני יהוה אל־צדיקים ואזניו אל־שועתם

Est ordinata dispositio millenarij centenariorum denariorum, & monadis æræ *Christianæ* ad finem seculi,

culi. Oculi יהוה figuræ 25. respiciunt justitiam ם 600. & aures ejus attendunt ad clamorem ם 1000. Quoniam in numero 1625. numerus posterior dependet à priori. Illo igitur anno Deus perfectè exaudiet justos. Literam enim י in Nomine Dei memineris semper legendam esse pro ה quinario.

Versus 17.

Vultus Domini in facientes malum, ut perdat de terra memoriam eorum.

פני יהוה בעשי רע להכרית מארץ זכרם׃

Facies Dei יהוה est dictio quæ Nominis Divini loco ponitur, ut in nominibus שמעון & ראובן *Ruben*, & *Simeon*, & valet in numeris 6. Dictio רע *malum* valet 271. & sexies 271. faciunt 1626. qui est primus annus novi seculi, in quo memoria eorum qui faciunt incongrua excindetur è terrâ viventium. Facies Dei 6. in justitijs 271. tendit ad excindendum facientes malum è terrâ.

Versus 18.

Clamaverunt, & Dominus exaudivit, & ex omnibus angustijs eorum liberavit eos.

צעקו ויהוה שמע ומכל צרותם הצילם

Clamavit senarius 6. & numerus 25. exaudivit eum, & ab omnibus angustijs liberavit eum. Clamor unitatum est elevatio earum in denarium, ut 1. in 10. 2. in 20. sic clamor senarij est 60. qui exauditus à numero 25. facit 1500. Qui est nume-

rus annorum proprius Ecclesiæ *Romanæ*, ut sæpiùs dictum est; & significatus sub cubitis atrij exterioris. Significat etiam Nomen Dei, relationem ab exterioribus ad interiora, & correspondentia. Et nominis illius particeps est, quisquis pertæsus mundanæ justitiæ desiderat justitiam Dei, quæ est per solam fidem. Sic ergo anno vulgari Nativitatis Domini, 1520. qui est primus annus Ecclesiæ *Reformatæ* exerentis se cum ἐπιγνοίᾳ, vel 1518. ab æra *Christi* verâ, qui est primus annus completus ejusdem timidè se prodentis, pij Deo devoti clamaverunt, ut liberarentur à jugo legalis justitiæ, & exaudivit eos Deus emittendo claram Evangelij lucem.

Versus 19.

Propinquus Dominus contritis corde, & attritis spiritu salvabit.

קרוב יהוה לנשברי לב ואת דכאי רוח יושיע

Applica numerum 25. contritionibus 32. & contritos spiritu salvabit: Contritiones vel fluctuationes 32. sunt fissuræ ejus geminæ, (id est) 64: & 25. adjunctum multiplicando super 64 producit 1600. qui est præsens annus à primo exordio Ecclesiæ *Christianæ*, secundum æram *Catholicam*; in quo declarantur *Protestantes* salvari qui non sunt spirituales juxta confusam apprehensionem *Romanæ Babylonis*, sed spirituales in hoc mundo contriti.

Versus 20.

Multæ sunt afflictiones justi, & ex omnibus

bus his liberabit eum Dominus.

רבות רעות צדיק ומכלם יצילנו יהוה

Multæ sunt afflictiones צדיק 204. (id est) justorum in *Primitivâ* Ecclesiâ per 6. persecutiones *Paganorum* in illo tempore, sed 56es 25. ex omnibus liberabit eos. 56es 25. sunt 1400. qui additi ad 204. faciunt 1604. & totidem sunt anni à primo anno vulgari Ecclesiæ *Christianæ* exclusivè, ad ultimum annum mundi hujus 1638. quando justi liberabuntur ab omni afflictione *Paganorum* & *Christianorum.*

Versus 21.

Custodiet omnia ossa eorum: unum ex ijs non conteretur.

שומר כל עצמותיו אחת מהנה לא נשברה

Servat כל numerus 50. fortificationes ו 16. sed una pro utili non reputabitur. Multiplicatio 50. per 16. dat 800. sed una non sufficit, ergò bis facienda est multiplicatio, & fiunt anni 1600. à morte *Christi*, secundùm computationem *Catholicam* ad hunc annum.

Versus 22.

Interimet impium malitia, & qui oderunt justum in desolatione erunt.

תמותת רשע רעה ושנאי צדיק יאשמו

Occidet impietatem numerus 275. sexies repetitus Numerus 275. sexies multiplicatus fit 1650.

qui est ultimus annus mundi à me suppositus, & demonstratus; à primo anno æræ *Dionysianæ* exclusivè: & tum qui oderunt *Protestantes* in desolationem conijcientur, & privationem gratiæ Dei.

Secundus hic denarius non confusè, humani sermonis more, sed ordinatè declarat decem gradus ascensionis ad Deum in vitâ alterâ.

1. *Simpliciter apprehende fidem Christi*, (id est) in simplicitate veritatis secundùm *Protestantes*, non figuratâ ratione remissionis peccatorum, ut fit à *Papistis*.

2. *Parallelè* refer te ad vitam socialem, non ad ἀπωλείαν, sed facias hoc in timore Dei.

3. *Rationabiliter* ad æqua studium Theologiæ in desiderio sciendi essentiam rerum correspondentium.

4. *Suspensè statue* id quod probabiliter occurret in illo studio, adhibendo linguæ tuæ custodiam ne loquatur ejaculationem subjecti ad prædicatum.

5. *Singulariter inducas* in omnibus experimentis formam sensus & scientiæ æquabilis, sine anomaliâ & perversitate.

6. *Universaliter abstrahe* sensum unum communem, qui omni in loco respondeat justè subjecto exponendo, quia mensuram & mensuram odit Deus. Prov. 20. 10.

7. *Essentialiter definì* sensum illum universalem, quem assignas particularibus, secundùm doctrinam *Protestantium*, quatenùs purgativa est errorum Ecclesiæ *Romanæ*, quoad sensum carnalem.

8. *Exemplariter propone* sensum fidei *Protestantium*,

stantium, elicitæ ex contradictione *Romanâ*, ad investigandum similem liberationem veritatis *Divinæ* ex violentiâ mundi hujus.

9. *Heterogeneè deducas* res spirituales in diversa genera intelligentiæ per discretionem, & contritionem spiritus: spiritualia spiritualibus comparando. 1. Cor. 2. 13.

10. *Homogeneè deducas* ad unum genus pacis, & concordiæ, contrarietates rerum per constantem patientiam variarum tentationum, quæ inter studendum subeundæ sunt.

11. *Subalternè compara* sensum *Protestantis* ad sensum alterius mundi, absque irritatione minimæ opinionis, quatenùs *Protestantium* propria est.

12. *Analogicè introducaris* in mundum alterum è *Catholico*, non secundùm sensus sympathiam, quæ evacuabitur, sed secundùm formam proportionalem.

CAP. 40.

Demonstratio alterationis temporum,
Ex DANIELIS *Capite*
VII.

DIxit Angelus Prophetæ desideranti scire vaticiniorum suorum expositionem & sensum perfectum. *Vade Daniel, quia signata sunt & clausa verba hæc usque ad finem.* Ut ergò appareat venisse nunc finem illum, quem designavit Angelus, clarè aperiam præcipua capita libri hujus, & Prophetias e- Daniel. 12. 9.

dicas

ditas de quatuor regnis, & rebus in illis spiritualiter gerendis, quæ omnibus ante hæc mortalibus clausa sunt.

Quod ut efficiam duæ mihi adhibendæ sunt claves, altera mortis, altera inferni. Est verò clavis (ut cuivis obvium est) ratio aliqua aperiendi id quod clausum erat; Et quidem claves aperiendi practicas, quibus corpora, & animæ ex statu mortis, & inferni solventur, solus *Christus* habet: Sed claves aperiendi Scripturam intellectuales *Dominus Iesus* mihi communicavit, ut earum potestatem alijs facerem. Est verò mors intellectualis lectio, & intelligentia Legis secundùm literam, quæ spiritualem sensum conjungendum separat à corpore orationis. Et Infernus שאול Significat repertorij, hoc est *Dictionarium*, in quo tota significatio & valor verborum reperitur abstractus à determinatâ loci illius lectione, in quo reperiuntur. Quemadmodum infernus sensibilis, locus est, in quo carnales animæ separatæ à corporibus reconduntur, cum memoriali omnium operum, quæ fecerunt absque relatione ad alias animas vicinas, quoniam *nullus illic ordo habetur*.

Iob. 10. 22.

Sed est alterum genus mortis, quæ est lectio, & intelligentia Scripturæ, secundum literarum tesseras, quæ ad proximè sequentes, vel antecedentes voces deducunt Lectorem, cujus exempla plura hactenùs exhibui; Et est alterum genus inferni intellectualis, & Repertorij, et *Dictionarij* cujus hactenùs mentionem non feci. Est verò *Dictionariũ* illud ratio fortuita requirendi significationem verbi cujusvis per literas numerales vocis suæ.

Sicut

Sicut enim sunt 22. literæ Alphabeti Hebraici, juxta quas Dictionaria diriguntur: ita sunt 22. folia Biblij Hebraici, qui numeraliter respondent toti Alphabeto. Et, cujuscunque dictionis expositionem scire desideras, respice primam literam radicis ejus, & vade ad folium quod respondet ei. Sed in Plantini Biblijs primum folium indifferenter sufficit declarationi duarum literarum ℵ, & ב. Et observa lineam textus, in quâ dictio exponenda collocatur, & locum ipsius lineæ; & ab eadem lineâ, & loco, incipies requirere voces contesseratas, ex quarum contextu facienda est expositio.

Et hæc est illa mors vivifica, & ille cœlestis, & beatificus infernus, de quo Deus affirmavit: *Ero mors tua ô mors, ero morsus tuus ô inferne.* Quoniam sicut literalis expositio legis dissolvit spiritum à corpore orationis: ita analytica divisio, & interpretatio verbi dissolvit ipsam expositionem literalem Grammaticorum. Et sicut Dictionarium partes orationis dividit, & insolitario sensus gustu masticat: ita repertorium hoc secundùm numerum foliorum, comminuit themata verborum in totidem literas, & seorsùm significationes earum tradit. Ose 13. 14.

Et hæc est infinita potentia trium personarum Divinitatis, non in figuratâ, sed in verâ visione. Quia suppositio, quòd character Scripturæ ad Divina relatus, privetur omni relatione ad verbum suum naturali modo generandum, et potentia emanantis spiritualis rationis eodem modo separetur, et ad fortuitum repertorium secundùm numerum foliorum remittatur: inde emerget æquabiliter to-

ta vita, et virtus Trinitatis, sicut in sequentibus demonstrabitur.

Et hanc potentiam λόγυ εἰδιαθέτυ admiran
Psal. 139. 6. David, dixit: *Admirabilis est scientia tua supra me non sufficio ad eam. Quò ibo à spiritu tuo? & quò fugiam à facie tuâ? Si ascendero* suprà textum vulgarem ad lectionem supernam, *tu illîc es. Si descendero* ad repertorium, illîc tu es. *Si accepero alas Auroræ* (id est) similis respectus investigationis, *& habitavero in extremitatibus Vniversi correlati*, illîc *etiam manus tua deducet me, & confirmabis me dextrâ tuâ.* (id est) recta ratione legendi. *Si dixi forsitan* sensibilium verborum *obscuritas* in locis quibusdam Scripturæ *conculcabit me*, et visionem meam conteret, etiam *ipsa nox* narrationis figuratæ *illuminabit circa me.* Etiam figurata lecutio non prohibebit à te, et historia figurata tanquàm clara propositio illustrabit me, (id est) textus rerum figuratarum et intellectualium eodem modo se habent.

Dan. 7. 1. *In Anno primo Balthazar Regis Babel Daniel somnium vidit, & visiones capitis ejus erant super lectum ejus. Tunc scripsit somnium per capita dictionum indicans.*

Significat ergò quod somnium illud per Raseteuoth (id est) literas tesserales integrarum vocum indicaverit.

Vox משכבה Lectus. Hoc modo exponitur in loco proprio. חלמא ראשים כאדיה לכב יתיב *Crassities* (id est) crassus sensus *Principiorum, vel regnorum, juxta illustrationem quatuor sensuum attribuendus.*

Somnium ergò *Danielis* est lectus, in quo visi

quatuo

quatuor sensuum, vel expositionum S. Scripturæ susceptа est.

Descende nunc ad infernum, hoc est Repertorium significationum per numeros paginarum. Et prima litera vocis requisitæ ש linea 4ª paginæ, deducet te ad foliũ ש 300. & quartam lineã ejusdem paginæ primæ in Biblio Plantini, ubi sic exponitur, משכבה Lectus. ממלכות נתוש על כמה חשב רעה *Regnorum eradicatio juxta similitudinem consiliorum, vel æstimationum malarum.* Hoc est historia quatuor Regnorum mundi hujus, tandem eradicatorum, quæ similitudinem habent 4. sensuum, & rationum exponendi Scripturam, quæ etiam evacuandæ sunt per rationem superiorem. Ipsa historia literalis quatuor Bestiarum, quæ legitur *Lectus est*, Elevatio narrationis literalis ad similitudinem rei alterius (scilicet) quatuor regnorum mundi, *somnium* est: vera autem intelligentia sensus significati, expositio est somnij.

Respondit Daniel & dixit. Cui obsecro respondebat à nemine interrogatus? Veniant omnes Babylonis Sapientes, & nodum hunc explicent. Sciatis ergò quod dupliciter loquutus est *Daniel*. Primò juxta literalem formam orationis. Secundò juxta tesseralem verborum suorum expositionem, quæ alteri perpetuò respondet: sicut dicitur quod scripserit somnium & per principia dictionum indicaverit. Propterea respondet *Daniel* sibimetipsi narrationem Propheticam explicans, per tesseras dictionum, in loco proprio, & per numeros Repertorij in loco altero. Vers. 28

Vidi in visionibus noctis, (id est) non verâ visione,

ne, sed somniali imaginatione. לילה Nox in hoc loco *Danielis* exponitur. יסוד חיון סלק שנה קדם *Dispositio indicationis per silentem doctrinam seculi.* (id est) Propositio veritatis alicujus per mysticam, & figuratam doctrinam seculi; Nox ergò hæc est visio literalis 4. Imperiorum, quæ per figuram describit quatuor modos exponendi S. Scripturam. Et omnis expositio veritatis per Analogicam similitudinem rerum *Nox* dicitur. Sicut clara propositio per verba Scripturæ, *Dies.*

Sequitur Nox inferni folio ל. 30. לילה *Nox.* שאול מבי ארן על אתיו *Repertorium* (scilicet) numerale *deducens subjectum ad fraternitatem, vel correspondentiam suam* (id est) locum Scripturæ, in quo exponitur: ita quod figura sensibilis est in terrenis, hoc est directio numeralis in inferis. Neque enim in generali tantum ratione solent voces exponi per lectionem hanc *Sionis*, sed frequentissimè per applicationem specialem vel individualem, ad rem quâ de agitur. *Et vidi, & ecce quatuor venti cœli confligebant in mari magno.* רוחי Spiritus.

רבים מחוים תורה הורה *Doctores exponentes visiones essentiæ Physicæ*, (id est) quatuor genera Doctorum exponentium intelligentiam simplicem, & naturalem Scripturæ, Et in inferno folio ל lineâ quinta רוחי Venti ▽ צורי יה באח יואב אמרים 6. *Indicantes figuras Dei*, id est, Scripturarum *in fraternæ vel correspondenti desiderio*, id est, sensu.

שמיא Cœlorum. ▽ שנין קדם אריה ארעה *Doctores seculi illuminantes res objectas vel terrenas.* Et in Repertorio Numeri ש.

עוש מלכות בעיני אמר: *Qui faciunt cogitationem*

vel sensum cogitandum in figuris sermonis. Quo sensu Sancti Apostoli fuerunt *Cœli enarrantes gloriam Dei.* Psal. 19. 1.

Venti enim vel Spiritus Cœli, sunt Spiritus cœlestes, id est, homines profitentes tradere doctrinam arcanam de rebus Divinis.

Confligebant super Mare magnum, מא' *Mare.* חיון קדם ארוח *Signorum secundi dispositio*, id est, relatio ad sensum significatum. Duplex est intelligentia *Maris*, altera contemplativa, altera activa. Mare enim aptè repræsentat totam potentiam signorum sensibilium, quatenus ad res alias significandas agi ari, & applicari possunt, per quadruplicem ventum intelligentiæ, per quos referuntur ad res sensibiles, intelligibiles, spirituales, Divinas. Est autem altera significatio in materiâ practicâ folio י. 10. תמה מאר אל אברם *Admiratio multitudinis erga Papam, vel Doctores Romanos*, id est, universæ multitudinis generis humani propensio, & dispositio ad significandum in formâ quadruplici Regnorum, exemplar Ecclesiæ *Romanæ*. Vnde dicitur quod *Admirata sit tota terra post Bestiam.* Sicut enim omnes Christiani carnales respiciebant Ecclesiam *Romanam*, ut exemplar fidei: ita omnes nationes terræ, quoad intelligentiam Dei, habebant desiderium secretum conformandi regna sua ad eidæam Expositorum Ecclesiæ *Romanæ*. Et ex illâ arcanâ inclinatione in materiâ sensibili, & typicâ, prodierunt quatuor regna generalia ad repræsentandum quatuor rationes exponendi S. Scripturam, usitatas in Ecclesiâ *Romanâ*. Omnes enim gentes, quoad rationem actus politici; positi sunt in Apoc. 13. 4.

Analogiâ sensibili *Catholicorum*, qui incedunt in ratione Theologicâ exponendi sanctam Scripturam. Quemadmodum in mundo altero *Mare* significat multitudinem hominum carnalium, *quorum nomina non sunt scripta in libro vitæ*: qui instar fluctuum Maris agitabiles erunt ad repræsentationem rerum hujus seculi. Sicut enim res sensibiles abstractæ à Naturæ propriâ consideratione, per vim Allegoriæ, in intelligibilem Naturam transeunt, quadruplicis materiæ, sensibilis, intellectualis, spiritualis, & Divinæ: Ita tota materia generis humani condemnati לדראון עולם in actum scænicum mundi, abstracta in extasin sensus, transformabitur in omnimodam formam quadruplicis materiæ, juxta proportionem operum suorum: & cogetur personam gerere earum: sicut dicitur *Merces*

Apoc. 22. 12. *mea mecum est reddere unicuique secundum opera sua.* Et hoc fiet per ministerium *Protestantium* & virorum Spiritualium qui eodem modo subigent mare materiæ damnatæ, ut experimentum faciant novi mundi creandi, unà cum *Christo* capite suo: Sicut in hoc seculo solent viri spirituales tentare omnes modos quibus possint constantem Allegoriæ telam à principio creaturarum ad finem texere. Quod præfiguratum fuit in liberatione populi Iudaici ab *Ægypto*, quando aquæ instar montium divisæ immobiles steterunt, donec populus Dei transisisset. Ad hanc enim rerum historiam respiciens *Moses* dixit: *Erant immobiles tanquam lapis, donec*

Exod. 14. 22.

Exod. 15. 16.

Apoc. 18. 21. *transeat populus iste.* Et *Babylon* magna Ecclesiæ *Romanæ* in formâ lapidis molaris deijcienda est in mare seculi alterius. *Dominabuntur enim eis justi in*

Psal. 49. 15.

matutino

matutino; & discurrent tanquam scintillæ in arundineto. Indicabunt nationes, & dominabuntur populis, ad ligandum reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis, ut faciant in eis judicium Scripturæ, hæc est gloria omnibus Sanctis ejus. Sapien. 3. 7. 8. Psal. 150. 8. 9.

Et alcenderunt quatuor Bestiæ חיון Bestiæ ▽. Vers. 3. חזה הוה מרט נטל *Visiones essentiæ extra corticẽ apprehẽsa.* Et fol. 8. ח ▽ exponitur אלהים סיר בעור הולך Rerum Divinarum secreta sub pelle incedentia, (id est) res spiritualis sensus sub pelle, vel superficie rerum sensibiliũ incedentes. *Prima Bestia similis erat Leoni.* ארוה *Leo* ▽ ארעה לרגלים לבב יתיב Leo quid? *Objecti ante pedes sensus suscitatio*, id est, expositio Allegorica Scripturæ per res obvias, & merè sensibiles. Quemadmodum hoc in loco Angelus tanquam ventus Aquilonis suscitando fluctus relationum visionis hujus, ad res sensibiles produxit sensum 4. Regnorum terræ. Et in lectione Repertorij numeralis, אלהים רקיעבליל המים *Rerum Divinarum expansio, vel expositio in nocte cogitationum*, id est, per signorum imaginationem, vel signa imaginabilia. *Et habebat alas Aquilæ.* נשר *Aquila.* Aquila נטל מאנוש ארו *Abstractio ab humanâ consideratione.* ארו *Ecce* per latitudinem significationis *visio, & cõsideratio.* Et in Indice numerali מש כן עשה רעה *Abstractio à basi operantis cogitationis*, id est, quod excedit captum imaginationis humanæ.

גפין *Alæ* ▽ נרגל פומה בין שנה *Figura demonstrans intellectualem doctrinam, vel figurata demonstratio.* Est enim *Ala*, relatio signi ad rem signatam per figuræ similitudinem, Et folio 3. *Ala.* Alæ רגל

גון פרד ראש פ׳ שן *Similitudinis divisio in principia*

pia sententia, vel *interpretationis alterius*. Repræsentat enim Ala relationem plurimorũ respectuum communem, qui reperiri possunt in re altera.

Expositio ergò Scripturæ Allegorica ad sensum historicum, habebat alas similitudinis in textu figurato; sed excedebat captum hominis determinatio ejus. Quis enim expositiones illas somniorum, quæ in Scriptura narrantur, assequi potuisset vi intellectus humani.

Et vidi donec avulsæ sunt alæ ejus, & ablata est à terrâ, & super pedes suos stetit tanquam homo.

Alæ avulsæ. Consideravi donec avulsi sunt respectus similitudinis, quos habebat textus somniorum exponendus ad interpretationem suam, & ablata est interpretatio ab illo loco Scripturæ, & posita est in alio proximè sequenti: & stetit supra propriam basin literæ tanquam homo, id est, intelligentiæ arcanæ propositio, sine respectu ad symbolum suum.

Homo. אנש *Homo.* ארז תנרה שמר *Luminosa, vel admirabilis narrationis Scriptura publica.* Sicut sensus expositionis quatuor animalium postea subijcitur, tanquam quævis alia Scriptura historiæ, & doctrinæ communis, cùm sit arcana expositio somnij. אנש Folio primo קרא שני השמים *Scriptura secunda rerum cælestium*, id est, descriptio Prophetiæ 4. Regnorum considerata ut narratio simplex, non ut res arcana. Cùm enim dicitur, *Bestiæ significant quatuor regna, & mare seculum*, hæc est Scriptura Cœlorum prima, sed cùm simpliciter proponitur. Quatuor regna surgent in seculo, hæc est Scriptura rerum cœlestium secunda: ita *Catholici* & *Protestantes* quatenus simpliciter considerantur sine relatione

tione gloriosâ, hinc ad typos *Catholicorum*, indeàd typos *Iudæorum*; hic est homo, & ille filius hominis.

Et cor hominis datum est illi, id est, visionis sensui allegorico, datus est sensus absque respectu Allegoriæ.

Et Bestia 2. similis Vrso. חר פום רין גבירה ס. רב Vers. Ursus *Acuta, & nova demonstratio Iudicij exaltati.* Significat sensum moralem, qui per modum Allegoriæ, ex typis Scripturæ subtili modo producitur, & exaltatur. Et רב folio 4. מאר ברית כרור אב רהם *Multitudinis fœdus, & leges in generatione Papæ Romani vel Catholici:* Forma disciplinæ, quâ populum gubernant, & in ordinem redigunt, in Ecclesiâ *Romanâ*. Et ecce expositio alia Magistralis, similis Vrso. (quoad literas nominis tesserales.)

Et tres ordines dentium erant in ore ejus. Dens Hebraicè שן. Significat doctrinam canonicam, & legem; Quia omnis cibus doctrinæ practicæ per leges suppositas examinandus est, & omnis sermo qui ab ore procedit per leges loquendi cónformandus est: cujusmodi in illo genere mysticæ expositionis tres sunt ordines, ad quos typos Scripturæ deducunt Expositores Tropici: ad legem moralem, ceremonialem, judicialem, tam Ecclesiæ *Catholicæ*, quàm *Iudaicæ*. Dens

תלת *Tres.* Per triplicem relectionem. תלת, ostenditur quid per tres illos ordines significetur. Prima, ס אתר בחזית אמרת *Quod incedit in signis veritatis.* & hæc est Lex *Ceremonialis.* Secunda, ס. תקומרה בגרגל מת שכל *Quod revolvitur in figurâ mortificantis intelligentia.* Et hæc est litera mortificans Tres 1. Ordo dentiū 2.

cans legis *Moralis*. Tertia, יתיב בקרטים מלרה *In Magistratuum sermonibus sedet*. Et hæc est lex *Iudicialis*. Et in Repertorio ת 400. ▽ לצבאות פלילה תשם *Quod toti congregationi judicia proponit*. id est, *lex judicialis*. Secundò, נסע לפני מלא *Quod transfertur in formâ plenâ*. id est, *lex moralis*, quæ ex Religione *Iudaicâ* integrè transfertur ad Religionem *Christianam*. Tertiò, שלה לנהר ליונקים *Quod ostenditur ad commonefactionem lactantium*. id est, *Ceremonialis*, quæ parvulis in *Christo* lac delineationum intellectualium demonstrat.

Et ita dicebant in illâ surge, & comede carnes multas. בשר *Caro*. ▽. אתר בראשי ארו *Quod incedit in principijs doctrinæ visibilis*. Hoc est sententias rerum moralium quibus omnes primò imbuuntur, simpliciter accipe absque aliquo typo. Et in tabulâ numerorum folio secundo בשר ▽ מה רשא מזריע *Quod bonitatis germen seminat*. Cato ergò multa, est doctrina boni & mali, quæ multitudini obvia est, & in usu. *Comede*. אכל. ▽. כשיא כל שכל אלה *Iuxta multitudinis apprehensionem intellige hoc*. & folio 2. ▽ קראכן למינהו פרי *Appella bonum in ipsa specie fructus vel operis sui*. Id est, quicquid de bono & malo dicitur, juxta literalem & publicum sensum suscipe, & observa.

Posthæc vidi, & ecce alia Bestia similis Pardo, & ala volucris erant illi super corpus, & quatuor capita erant bestiæ.

נמר *Pardus* ▽. ראש אמת יחיר *Principium veritatis excellentioris*. Doctrina (scilicet) Religionis *Christianæ*, quæ ex typis veteris Scripturæ producitur. Doctrina enim *Moralis*, & *Physica* commu-

Caro.

Comedere

Ver. 6.

Pardus

bis est *Iudæis*, & alijs: sed doctrina *Christiana* altioris generis est. Et folio 50. נ. נמר *Pardus*. ▽ פני משכן לארך *Conversio Tabernaculi ad Salvatorem* (id est) Allegoria *Christiana*.

Et habebat alas quatuor volucris. Allegoria *Christiana* habebat quatuor relationes figuratas ad res *Christi* gestas, in quatuor Evangelijs. עיף *Volucris* Volucris
▽ רמס בחוירת פומה *Expansio per signorum demonstrationem*. Et hæc est volucris Allegorica, per *involucra sermonis*. Et folio ע. 70. *Plantini* עלל בטבל פעם *Studens per tincturarum, vel similitudinum agitationem.* גפין *Ala* ▽ גביא תקופה יתיר שנרת *Exaltatio status excellentioris doctrinæ*, id est, relatio figurarum veteris Testamenti ad excellentiorem statum cultus Divini in Evangelio. Et folio נ. 50. גפין *Ala* Alæ
עע פסח רבר בין *Contigua applicatio rerũ communium.* Sunt ergò quatuor alæ volucris in tergo Pardi quatuor relationes figuratæ, expositionis Allegoricæ ad Evangelia totidem.

Et Capita quatuor sunt quatuor diversa principia Evangelistarum. Vox ארבע *Quatuor* quatèr lecta declarat, quænam fuerint principia illa. Primum caput ארבע. ▽. ראש אתר מחוי ועירת *Principium procedens à visione Parvuli*. Et hoc est Βίβλος γενέσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ. *Liber generationis Iesu Christi.* Et fol. primo Biblij, אשר מזרע טוב ועדב *Fœliciter procedens à semine boni, & beneplaciti*, id est, *Abrahami*, & *David*, quorum prior *amicus Dei dictus est*, posterior *beneplacitus*.

4. Capita Patriarchæ.
1. Caput.
Matth. 1. 1.
Iac. 2. 23.
1. Reg. 13. 14.

Secundum caput *Christianæ* Allegoriæ sequitur in secundâ earum literarũ lectione, קרם עקר ברב עד *Præponit fundamentum in Doctoris testimonio.* Et sic

2. Caput.

Marc. 1. 2. incipit *S. Marcus*: *Initium Evangelij Iesu Christi Filij Dei, sicut scriptum est in Isaiâ Prophetâ: Ecce ego mitto Angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam. Vox clamantis in deserto*, &c. Et in libro Repertorij secundo loco, אמר מארת ברק'ע עך *Orationis illuminatio per confirmationem testimonij.*

2. Caput. Tertium caput historiæ Allegoricæ in tertiâ relectione dictionis ארבע: ראש פרשו סבבין עך *Principium quod declarationis suæ causas testatur.* Eo enim modo orditur *S. Lucas*, Ἐπειδήπερ πολλοὶ ἐπεχείρησαν. *Quoniã quidẽ multi conati sunt ordinare narrationem*, &c. Et in Dictionario Inferni. מאר רק'ע יומו בערב *Luminare explicans diem, vel declarationem suam cum fidei interpositione.* Quia *S. Lucas* profitetur, se veram narrationem historiæ *Christi* traditurum. Sicut ab Apostolis αὐτοπταῖς audiverat, quorum fidem interponit ad asserendam authoritatem libro suo.

3. Caput. Quartum caput materiæ Allegoricæ describitur quartâ repetitione, ארבע. חויית שאר ח' ערן *Indicatio Incarnati Verbi in tempore.* A quo *S. Ioannes* orditur. Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ λόγος καὶ ὁ λόγος σὰρξ ἐγένετο. Et in Repertorio א. אמר רק'ע בבראשך *Verbi expansio vel firmamentum in creaturâ involuta*, (id est) Hypostasis Verbi incarnata.

Vers. 7. *Posthæc aspiciebam in visione noctis, & ecce bestia quarta terribilis, atque mirabilis, & fortis nimis, dentes ferreos habebat magnos, comedens atque comminuens, & reliqua pedibus conculcans: Dissimilis autem erat cæteris bestijs, quas videram ante eam, & habebat cornua decem.* Ira enim verti potest, & debet. Et ecce expositio quarta erat religiosa, vel crisago-

gica

gica, & gratificativa, & captivabat cæteras, & ea-
nones χαρακτικὸς erant illi, Magisterium habentes
super omnes Magistros, vel Rabbinos, & devora-
bant & comminuebant, & carnalia sub pedibus
conculcabant: & differebat ab omnibus expositio-
nibus prioribus, & decem rationes in propugna-
tionem sui ipsius habebat.

חיורה *Bestia.* Exponitur per clavem mortis Bestia 4.
רחילה אל אמת תקיפה יתרה *Introductio ad veritatis comprehensionem excellentiorem*, id est, anagogica. Et per clavim inferni, אחורה טובה לנפש במצרים *Concinnatio bonitatis suæ, ad animam in statu afflictionis, vel figuræ.* id est, Imputatio justitiæ spiritualis ad eos, qui in figurâ ejus conversantur. Et utraq; hæc expositio continetur in attributis sequentibus רחילה eisagogica, vel anagogica, & sui gratificativa; dicitur enim אמתני à מתן gratificari.

Exponitur רחילה Anagogica ∇ מרקה Terribilis
חוית קרם מתשכל הוות *Conterens expositionem seculi vel priorem, à mortis intelligentiâ, & destructionis.* (id est) elevans à sensu mortis, & destructionis, ad rem vitæ, & libertatis. Et folio quarto, versu 14. רעה חנכה אל עיר ילדי אחודה *Scientia initians in Civitatem filiorum unitatis*, id est, *Hierusalem* cœlestis, & hæc est anagogica. אמתני Gratificativa. Mirabilis
שאר משניה אל שכל בין קרם ∇ *Carnalia alterans in intellectum seculi medij*, id est, per imputationem gratiosam convertens opera Ecclesiæ *Catholicæ* in intelligentiam Ecclesiæ *Protestantium*, quæ est seculum medium, *& tabernaculum Dei cum hominibus.* Apoc. 21. 3.
Et per clavim inferni aperitur אמתני folio 1. versu 14. אשר למינה מארח שונים רקיע *Dirigens ad*

speciem suam maledictam rebellium expositionem.

Et dentes ferrei illi erant, id est, rationes analyticæ dividendi voces, per quas convertuntur in dictiones rerum intellectualium, quæ prius fuerant sensibilium שנין *Dentes* idem quod סנין *Canones*. V. ארש משניר אל קדם בונה. *Quod elocutionem vel lectionem mutat in seculum intellectuale.* Regula, scilicet, legendi per Analysin. Et folio ש linea 14. שבל נתיבות בשמות נירות *Via vel methodus rerum spiritualium per nominum commotionem.*

Dentes ferrei

פרזל *Ferri* Hebraicè ברזל purgatio sordiū & rerū cōemptibiliū. Exponitur V רמז ארת ועיר וסלה *Conculcans viæ ductum continuum per mutatias*, (dictionum) *& translationem.* Quoniam per æquivocationem vocis integræ, vel metathesin, vel analysin ejus in quarta hac ratione exponendi producuntur sensus. Et folio Biblij *Plantini* 80. פרזל *Ferrum* חלף רב אחז ליהוה *Quod mutat societatem rerum simul acceptarum ad placitum.*

Quartum ergò animal significat quartam rationem exponendi mysteria S. Scripturæ per anagogiam ad intelligentiam cœlestem & imputationem gratiosam virtutis spiritualis ad opera fidelium carnalia. Et dicitur habuisse rationes alterandi voces ad libitum per divisionem, vel transpositionem. Hujus regni exemplum in Apparatu meo edidi. Devorare dicuntur dentes hi, sive regulæ lectionis analyticæ: quoniam omnem Scripturam in sensum suum convertunt. Et dissimile est genus hoc exponendi omnibus alijs. *Et decem cornua habebat.* Cornū significat rationem paratam publicè reddi pro actu intellectuali aliquo: ideo in muni-

Cornu

mentum

mentum capitis additur quibusdam animalibus, quod sedes est intellectus.

Decem cornua, hæc, sunt rationes à me breviter recollectæ, & in fine Apparatus positæ, in defensionem Expositionis hujus Anagogicæ: & dicuntur compendiosè decem pro duodecim, Sicut septuaginta Discipuli appellantur qui erant 72. Luc. 10.v.1.17

Primum Argumentum desumptum est ab usu Etymologiarum in sacris literis. Secundum à continuatione sensus mystici, qui per hanc rationem eliciebatur. Tertium ab æquabilitate orationis, quâ sensus illi exprimebantur sine ope similitudinum. Quartum, quia Lectio hæc interna lucem sæpè dat Scripturæ, & historiæ externæ. Quintum à consonantiâ Scripturæ in seipsâ sine contradictione. Sextum, à consensu aliarum linguarum cum literis Hebræis. Septimum, ab observatione perpetui carminis inter legendum. Octavum à mysterijs fidei *Catholicæ*, quæ per hanc analysin eliciebantur. Nonum, à rerum inde elicitarum subtilitate. Decimum, à sensuum similium continuitate, qui perpetuò conspirant juxta speciem rerum. Vndecimum, à novitate rerum quæ per analysin excogitantur. Duodecimum, ab authoritate Divinâ quæ ubique confirmat modum hunc legendi, tanquam unicè sibi gratum. Decem argumenta pro quarta ratione exponendi

Sed licet hæc conformitatem habent ad priora, non tamẽ manifestò apparebit, quod ad rationes has respexerit Spiritus sanctus, nisi per clavem mortis & inferni veritatem hanc reseravero, quod etiam clarè præstabo.

קרנין *Cornua.* Vox hæc duodecies per tesseras literarum

literarum successivè lecta tam in loco hoc Danielis, quàm in Repertorio numerali testimonium veritatis hujus signabit.

1. Ab usu Etymologiarum in S. Scriptura.

▽. סלקת אורח עקר מין קרם עינין. *Ascendunt ex literarum radice species primitivarum significationum.* (id est) ex divisione Etymologicâ dictionis primitivæ voces oriuntur. Et in Repertorio ק linea 16. in media ▽ קרח זרח שמע שנים בינה *Punctuatus, vel Canonicus oritur anditus ex bimembri intelligentiâ vel sensu Dichotomiæ.*

2. A continuitate sensuum.

▽ עתיק חור נקא שבין בר *Continua intelligentia justificatur ex fractionum cogitatione.* Et in Repertorio numerali sequitur פקוד ערה אן בבינה ישלח *Respectus conjunctæ mentis vel sensuum in intelligentiâ hac proseratur.*

3. Ab æquabilitate orationis.

▽. דלק נהר נגידה קרם שם שונה. *Sequitur cursus placidus expositionis, vel narrationis coram nominum variatione.* Et in Repertorio numerali ita procedit. ▽. פקודה אור נבע בבינה שרד זבל *Respectus luminosæ orationis in intelligibili posteritate habitantis.*

4. Ab elucidatione Scripturæ externæ.

▽. קרם שפרין ארן מלה שלט נהו: *Coram Scripturâ hac basis sermonum (Scriptura exterior) obtinet potestatem Grammaticam,* id est, Grammaticus textus externus cõfirmatur per lectionẽ internam. Et in Repert. sequitur פקוד אף רום בינה מביר נשה *Respectus faciei altæ,* id est, *cœlestis Scripturæ, intelligentiam facit agnosci evagantem vel externam.*

5. A consonantia Scripturæ internæ.

▽. עתיק קרב בשלשן יקר לשון. *Perseverat cognatio inter notas, vel literas varioris linguæ,* id est, *arcanæ.* Et in Repertorio sic פקוד אף רום תחן בינה שנה *Respectus faciei altæ spissatur,* id est, *continuatur in intellectuali*

lectuali Doctrinâ.

∇. קרב לאמר דע חויתא מלל כן *Adhæret verbis scientiæ notarum sermonis similis.* Et in Repertorio, ∇. פקור אר בעה בנה שוי נפתל *Respectus doctrinalium sermonum multiplicium qui ædificantur similitudine implicitâ.* Quoniam superiorum similitudinem aliæ linguæ inducuntur inter legendum. 6. A consensu linguarum.

∇. קבל יתר שניה נרגל נפל *Suscepit chordarum canones in pedes cadentium*, id est, regulas disponendi lineas in pedes metricos. Et in Repertorio. ∇. פקור אר בעה בנה ישראל נחילה *Respectus doctrinalis sermonis ædificati per correspondentiam Musicam.* Arg. 7. A carminisperpetua observatione.

קרם רברבן רקן קדשים רינה *Coram Catholicorum suggestis sancta judicat.* Et in Repertorio. פקור גורל נחילא אל פפי בינה *Respectus fortuitæ harmoniæ ad Papæ intelligentiam.* 8. A Mysteriis fidei Catholicæ peranalysin elicitus.

קדשים אמר שננא מדיקום *Rerum sanctarum sermones, acutæ cogitationis suscitat.* Et in Repertorio sequitur פקוד גרס שנן לב קרב נרב *Respectus disciplinæ acuti sensus, qui comungitur spontaneè.* 9. A rerum subtilitate.

יקום אחרי שנא בקרם מלכן *Suscitat posteritatem doctrinæ, juxta primitivæ dictionis similitudinem*, id est, juxta similitudinem sensus primitivi suscitat continuationem similium sensuum. Et in Repertorio. קרב זרה לפני הורה בינה *Continuitas vel cognatio dispersa juxta formam essentialis intellectualis.* 10. A sensuum similium continuitate.

קדש סבר שני מזמן יהב *Sancit cogitationes diversas ab eis quæ in tempore dantur vel inspirantur.* Et in Repertorio. פקור ישראל נתן בינה כהן *Respectus correspondentiæ rerum Divinarum quæ datur in intelligentiâ Beatorum.* id est, consideratio rerum Divinarum, quæ per hanc rationem legendi traduntur, 11. A novitate rerum quæ peranalysin excogitantur.

non in vulgari intellectu, sed in scientiâ Beatorum.

12. הקודש רעיון יבהל בזיויו וישרת נון *Ipse Deus cogita-*

Ab authoritate Divina. *tionem hanc elevavit splendore faciei suæ, & posuit in Filium*, id est, declaravit esse Filium *beneplaciti sui*. Et in Repertorio fol. 101. יקוד ישראל ירדן יריה הרון *Respectus approbationis Divinæ descendentis in spirituale hoc præconium.*

Et hæc sunt cornua illa prima in defensionem Apparatus mei erecta: post quæ sequutum est cornu aliud magis terribile *Pontifici Romano* quàm cætera, & per cujus virtutem rationes priores radicem fortius egerunt. Hæc est verò forma verborum, in quibus noviſſima illa & compendiosa ratio proposita est.

Nam si non sit certa aliqua methodus, quâ primitivæ illæ dictiones reperiantur: Valdè confusa & anceps fuerit tota hæc Etymologiarum investigatio. Præterea, nisi regulis quibusdam novus iste intelligendi processus definiatur, quibus in germanam intimamque Scripturæ cognitionem perveniri possit: etsi multi sensus è verbis eruerentur, adhuc tamen incertitudine fluctuarent omnia. Sciant itaque studiosi quod quemadmodum externa Dei opera multâ sapientiâ inter se composita sunt: ita etiam, internam hanc Scripturam ejusque lectionem & intelligentiam ordinatissimâ ratione distinxit. Neque humanarum artium ulla est quæ principiorum certitudine, deductionum firmitate, & regularum omnium æquabilitate, cum hos comparanda sit. Ego quidem in hoc libro indeterminatam sensuum possibilitatem, quarum instar ebullientem aperui; Sequenti verò tractatu exactissimas rerum harum totiusque Mysterij Christiani *rationes pensiculatè tractabo.*

Con

onsiderabam cornua, & ecce cornu aliud medium Vers. 8.
ascendebat inter ea, & tria à cornibus primis avulsa sunt coram eo. Et ecce oculi tanquam oculi hominis, erant in cornu illo, & os loquentis magnalia. Sed alio modo interpretanda sunt verba: Considerabam rationes illas pro interpretatione Analyticâ, & ecce ratio alia compendiosa ascendit inter ea: & cogitatio dubia priorum rationum eradicata est per respectum ejus.

Ratio illa brevis & compendiosa à me exhibita, quæ post cæteras inducta est, illa est (ut dixi) quam post enumerationem reliquarum apposui, quod esset certa quædam ratio legendi internam Scripturam, quæ tam constanter dirigeretur, ut omnem legendi & exponendi varietatem & inconstantiam tolleret. Quo supposito, aufertur dubitatio & suspensa cogitatio de prioribus rationibus, ideo in margine textus Hebræi monetur bis, legendum esse, *eradicata est* in singulari numero; & *cecidit*, non *ceciderunt*; quia non de numero ternario intelligenda esset תלת sed singulari, à תלה quod significat cogitationem suspensam.

Et dicitur quod oculi erant in cornu hoc tanquam hominis. אנשא *Homo* exponitur. ∇. דא רברבן ראשי נקא *Possidens Catholicorum primitivam justitiam.* Et folio 1. Gen linea 19. המאר קטון למשלרת אותם מי *Luminare diminutum ab adæquatione, & similitudine signorum suorum.* Hoc est *Protestans* respectus absque relatione ad gloriam similitudinis *Catholicæ.* Et hic est cujus oculi vel respectus erant in ratione illâ assignatâ & promissâ. Quoniam doctrina illa à me proposita de Scriptu-

râ sacrâ seipsam interpretante, speciem ferebat *Pr*
Gen. 27 22. *testantis*, unde sicut *Isaac* de *Iacobo*, ita de me pro
nunciavit *Papa*, formam loquendi habere me *Pr*
testantis, sed opera *Catholici*.

Et loquebatur magnalia, vel magistralia omnium
Magistrorum, (id est) rationem Grammaticæ sa
cræ, quæ omnes Grammaticos in ordinem red
geret.

Ver. 9. *Considerabam donec sedes judiciales positæ sunt, &*
antiquus dierum sedit. Vestimentum ejus sicut nix al
ba, & capilli capitis ejus sicut lana munda, Equite
ejus scintillæ ignis, & rotæ ejus ignis accensus; Flu
vius ignis flagellabat, & prodiebat coram eo, (id est)
Vers. 10. *modum helicis: Mille millenum ministrabant ei, & my*
riades myriadum coram eo stabant: judicium stabat, &
libri aperti sunt.

Textum hunc, Comentatores ad unum omne
de Deo Patre intellexerunt; sed quantum halluci
nati sint in eo, clarè apparebit. כרסין *Throni*, ve
sedes בעמר יפרש כפרין פתיח ארן *Secundum fascicu*
Throni. *lum exponitur literarum ostiam subjecti*, (id est) se
cundum significationem quæ in ק ræ voci assigna
tur. Et folio 20. versu 19 קראה כסף הצירל מאב
Significationem respice quæ secundum limen vel hu
ram eruitur præ al quâ prieri, vel quæ juxta limin
eruitur desiderium. Sedes ergò significat tempus
& actum judicio statutum, & ipsum consessum
Papæ, & Cardinalium Inquisitionis cùm in judicium
vocatus sum *Romæ*, de libro *Apparatus* à me edito
in quo rationes illas numeraveram pro method
Antiquus. analytică interpretandi. *Antiquus* עתיק exponitu
V. שער אם יפתח ארן לקול *Qui æstimat an da*

dasit licentia voci vel prædicationi publicæ. Et fol. 70. vers. 20. העולה על חט אם קדושים לקח *Qui ascendit vel disponit super Scripturas*, (id est, librorum) *an sanctitatem suscipient.* Et ipsa integra dictio עתיק significat non solùm *vetustum*, sed etiam *libertatem* & *transcriptionem*; & simul sumptæ: *Qui dat libertatem transcribendi, vel imprimendi libros.*

יום *Die ũ* vel *librorum* ∇. יתיבב חור בעמר שביבין *Quod suscitat intelligentiam in fasciculo notarum.* (id est) literarum. Omnis liber scriptus, & publicè editus, qui intelligentiam in animâ legentis suscitat. Et folio 10. ver. 20 עמם אמר אלהים לשדים יתן *Publicus sermo rerum Divinarum qui contemplandus datur.* Hic est ergò sup emus Iudex *Catholicis* in causis Ecclesiasticis, qui solus licentiam dat prædicandi, & libros de Theologiâ promulgandi. Sequitur latior descriptio Iudicis illius. Dies

Vestimentũ eius גלגל רבי קדם ארשו העיד ס לבושה *Operimentum quo Doctor ille seculi, vel Doctorum primas, elocutionem suam testatur.* (id est) Forma loquendi sub quâ sensus *Papæ* tegitur. Et fol. 30. ver. 20. ערפ הכל מהר בו שם אלהים *Confessio Catholica, in quâ proponere festinat Divina.* Vestimentum

Sicut nix יתיב מילה בגו. ∇ תלג *Impetuum præcisio in corpore.* Et fol. 40. vers. 20. חית אלהים בנתת *Vivificatio Divinorum in torculari.* Forma loquendi, quâ Doctor ille sensum suum vestit, est summæ austeritatis, & mortificationis omnium affectuum, & voluptatum corporis, etiam naturalium & honestarum. Nix

חור *Candida* פתח הור רברב *Manifestans generationem, & appetitum magnificum.* Quia forma- Candida

illa Religiosorum in voto paupertatis, castitatis & obedientiæ, videtur vulgo hominum pulcherrimam habere speciem vitæ Angelicæ; & si subtiliter observes simillima est nix cætibus religiosis: Quia licet oriatur ex aquâ, & in aquam resolvatur (quæ ex naturâ suâ apta est mutuò misceri) tamen per Ecstasin quandam abstrahitur ab omni mixturâ, & imbricatim in seipsâ glomeratur, sine pondere, & propensione ad commixtionem: quemadmodum *Religiosi* in stuporem spiritus abstracti, abstinent à naturali conjunctione corporum, & usu voluptatum naturalium.

Capillus capitis ejus sicut lana munda. שער ראש עמר פרם *Primam collectionem æstima.* (id est) fasciculum literarũ vocis. Et fol. ש.ום לרעה זכר. *Pax sit sociali comm morationi.* (id est) acquiescce in sensu æquivoco vocis. Est autem שער *Cogitatio* vel *æstimatio.* Erant ergò cogitationes capitis ejus, & præjudicatæ æstimationes. כעמר נקא sicut lana munda, vel more seculi justificari.

Et sequitur per compendiosam expositionem æquivocationis, contextus iste: Stimuli ejus scilicet ad justitiam, erant scintillæ inferni, Cœli ejus infernus ardens, admonitionem inferni prædicabat: & quod processit à majoribus suis. Mille Doctores ministrabant illi, & multitudo multitudinum, (id est) Ecclesia universalis coram eo stabat. *Iudicium sedit, & libri aperti sunt,* (scilicet *Apparatus in revelationem Iesu Christi*, & alij libri qui in judicium vocati sunt. *Vidi deinde propter vocem sermonum grandium quos Cornu loquebatur*, ve quos sub illâ ratione dicebat, *se intelligere sufficien*

Vers. 19.

ter

ter, interemptum est: Et condemnata illa interpretatio, & destructum corpus libri, & traditum est in rogum ignis. *Et reliquarum Expositionum* * *confirmata est potestas:* Et continuatio in exponendo data est illis, quoad commoditatem & tempus. Vers. 12. * ערר

זמן *Tempus commodū* ∇ חזרה עם ענן *Visionis popularis divinatio per signa.* Et fol. 70. זמרת כשפרת פנים *Cogitatio rei secundum dispositionem faciei;* Et *tempus* ∇ עדן ענן עד שלטן *Nubili testimonij potestas* (id est) literalis sensus sententiæ typicæ & figuratæ. Et folio 70. רגל דם נותר *pes similis translationis.* Literalis sensus historiæ & pes & basis Allegoriæ. Hi sunt ergò duo limites, sub quibus potestas, triū priorum generum interpretandi permissa est, & definita; (scilicet) ut historicus sensus Scripturæ dirigeretur ad pedem literæ, & sensus Allegoricus similitudinis, non excederet materiam notam & approbatam *Catholicis.* Tempus.

Et hic est ille quem tot annos *Catholici* in Templis suis adorarunt, sub opinione Dei *Patris:* ut tandem pudeat eos stuporis & idololatriæ suæ.

Considerabam in visionibus noctis: & ecce cum nubibus Cæli, tanquam Filius hominis venit, & ad antiquum dierum accessit, & coram eo obtulerunt eum; Vers. 13.
Et ipsi dedit potestatem, & dignitatem, & regnum; & omnes populi, nationes, & linguæ coram ipso servient. Vers. 14.
Potestas ejus est potestas æterna, quæ non transibit, & regnum ejus alteri populo non tradetur.

In visionibus noctis לילא *Nox.* שלטן יקר עם באמם לשון ברית *Notæ honorabilis populi cum Papæ linguâ confœderatæ.* Clara declaratio fidei & Ecclesiæ *Protestantium,* dies est, sed introductio ejus- Nox.

dem

dem sub figuris, & Scripturâ *Catholicorum* Nox est (id est) cùm considerarem quomodo doctrina Ecclesiæ *Papalis* confœderata esset cum doctrina *Protestantium*, sub ijsdem notis. Et folio 30 נסעבית אל אהל אל מקום אשרי *Translatio Ecclesiæ Dei à Tabernaculo ad locum Beatorum*, (id est) à statu fidei *Catholicæ* ad fidem *Protestantium*.

Nubes

Et ecce cum nubibus Cæli ענני *Nubes* עתיק שלטן בלשון פלח *Translatio potestatis per linguæ analysin*, (id est) potestatis *Papæ* ad Ecclesiam, & ministerium *Protestantium*. Et fol. 7. עזרה מכהן נתן אל פני יהוה *Assensus à Sacerdotio, & traditio ad formam vel faciem Christi*, (id est) à ministerio Ecclesiæ *Catholicæ*, quod meditationis locum habet, ad ipsam faciem gloriosam *Christi*, rudè propositam in Ecclesiâ *Protestantium*. Est enim *Nubes* (ut dixi) studium vel meditatio quadraturæ circuli ad rectam lineam, quæ quatuor modis fit. Primò, Circuli Mathematici ad rectam lineam diametri. Secundò, Circuli totius Chronologiæ ad definitam summam ætatis *Christi*, & Ecclesiæ *Protestantium*. Tertiò, Ecclesiæ *Catholicæ*, id est, circularis, ad *Protestantium* justitiam rectam. Quartò, Scripturæ circularis ad rectam lineam verbi Analytici. Hoc in loco sermo habetur de translatione, & æquâ relatione Religionis *Catholicæ* ad *Protestantes*, per quam circulus Ecclesiæ *Romanæ* œcumenicæ resolvitur in Ecclesiam nostram.

Cœli

Cæli אנש מטא קדם עם אמם ▽ שמיא *Homo veniens in occursum populi Papalis*, (id est) Ecclesia *Protestantium* parallelè respondens Ecclesiæ *Catholicæ*, sicut cœlum terræ, & per applicationem perpetuam

petuam imputatæ. Et in Dictionario numerali 300. שלום אמר קנה יצאים אל גיא: *Doctrina pacifica possidens eos, qui egrediuntur ad terrena.* Quoniam in virtute fidei *Protestantium* continentur *Catholici* ad salutem. *Quia sanguis*, id est, similitudo *eorum animalium sanctificat in Templo, quorum corpora*, id est, exterior forma loquendi tanquam profana *foris condemnatur*. Brevitèr ergò hoc in loco *Nubes Cœli* significant *Conciliationem & translationem Ecclesiæ Catholicæ ad Protestantes*, per cujus doctrinam tanquam pluviam terra Catholica irrigatur. Hebr. 13. 11

Tanquam Filius hominis בר *Filius* ▽ חבל בריח Filius hominis בגו ראשן *Ligans Scripturam confœderatam in tergo prioris.* Et folio 20. ריב ערב בקר באמר *Qui controversias concinnare quærit per ipsum verbum Scripturæ parallelum.* אנש *Homo.* ▽ יאתר בשלטין לשון Homo *Qui venit in notis linguæ Protestans* profitens se eam fidem tenere, quæ in verbo Dei scripto invenitur. Et folio. 1. אמר למינה עשרה *Qui expositionem verbi juxta speciem ejus facit*, (id est) per locorum similium collationem exponit Scripturam. Est ergò *Homo* אנש nomen *Protestantis*, quatenus per Scripturæ solius testimonium fidem suam propugnat; sed filius ejus, qui per analyticam rerum lectionem hoc præstat.

Et ad Licentiatorem librorum commentariorum accessit, & obtulerunt eum coram eo, scilicet discutiendum an permittendus esset dies iste verbi, & *Christi*, per totum horizontem terræ *Catholicæ* splendere. Et ipsi dedit potestatem, & dignitatem, & regnum; & omnes populi *Papales* & linguæ,

ipsi servient. Potestas ejus potestas est æterna, re
transitoria, & regnum ejus non destruetur. Ha
est sententia aliquando danda à Petro *Romano*, cùm
Luc. 22. 32. conversus ad pœnitentiam *confirmabit fratres su*
de unione *Catholicorum* & *Protestantium* faciendâ,
de ratione hâc exponendi Scripturam honorand
& de Adventu *Christi* expectando.

Ver. 15. *Contraxi spiritum meum ego Daniel in corporis v*
ginam, & visiones capitis mei conturbabant me. (i
est) Intellexi arcanum aliquod sub visionibus ist
secondi, ideoque recessi ad interiora signorum co
poreorum; sed conceptus, & notiones quas appr
hendi, non faciebant mihi concordem & ration
lem sensum.

Ver. 16. *Accessi ad unum ex astantibus, & veritatem ce*
tam quærebam ab eo de omnibus his, & dixit mihi; e
intepretationum sermonem indicavit: Hæ quatu
Ver. 17. *Bestiæ grandes, quatuor regna sunt, quæ consurgent*
terrâ; Et suscipient regnum Sancti altissimi, & pos
Ver. 18. *debunt regnum in seculum, & seculum seculorum.* (
est) Hæ quatuor Bestiæ grandes, sunt quatuor se
sus S. Scripturæ, qui consurgent ex Ecclesiâ C
tholicâ, & suscipient directorium exponendi *Pro*
stantes, qui sunt Sancti cœlestes correspondent
terrenis: & obtinebunt Scholam & Cathedra
sapientiæ in omnem generationem mysteriorum

Ver. 19. *Posthæc volui discere certitudinem de Bestiâ qu*
tâ, &c.

Ver. 21. Considerabam, & cornu illud faciebat conju
ctionem vel cognationem cum Sanctis, & perfe
fuit cum illis, donec venit *Papa* judex contro
sarum, & judicium (scilicet) Ecclesiæ *Cathol*

atrib

attribuit Sanctis sensus correspondentis. Hoc est, Author ille expositionis Analyticæ faciebat relationem amicæ cognationis *Catholicorum* ad *Protestantes*: & ad Ecclesiam, & communionem *Protestantium* transijt: & pro illis se simplicitèr declaravit; donec *Pontifex Romanus* submisisset se ad unionem Ecclesiæ *Protestantium*, sententiâ definitivè editâ. *Et sic dixit. Animal quartum* est quarta ratio dirigendi sensum Scripturæ, quæ futura est in Ecclesiâ *Catholicâ*: & differt ab omnibus alijs directorijs, & convertet in se totam Scripturam externam, & triturabit eam, & comminuet lectione analyticâ. Et decem cornua in eâ regnum est, vel directorium exponendi per decem rationes: & aliud directorium consurget post illas, quæ prioribus prævalebit, & humiliabit totam gentem priorum directionum. Vers. 23.

Et sermones contra fidem *Christi* correspondentem loquetur, & Sanctos ejus destruet. Hoc factum à me est in libro *Apparatus*, in quo fidem Ecclesiæ *Romanæ* propugnavi, & *Protestantium* destruxi. Æstimabam enim externam formam pietatis *Catholicæ*, quam velum sciebam esse *Protestantium*, eousque tuendam esse; donec Apostasiam à verbo Dei διαθέτῳ fecissent: quod futurum sciebam. Et cogitabit ut possit mutare rationem exponendi, quæ fit per similitudinem & statum Grammaticæ lectionis. Ad hæc enim duo collimabam, ut viros doctos ab allusione signorum ad verbi sui iudex deducerem. Secundò, ut à servitute lectionis Grammaticæ, ad libertatem vocarem. Et dirigentur in manu ejus ad tempus, & tempora, & di- Ver. 25.

midium temporis. שרן valet in numeris 774. שרין 834. per divisionem autem temporis intel ligitur non medium temporis 774. sed non est computandam utramque rationem numerandi pe consonas, & vocales simul: sed tantùm per conso nas numerales temporis. 774. & 834. conjunct faciunt 1608. annus est à Nativitate *Christi* secun dum *Catholicos*: post quem damnatus est *Apparatu in revelationem Iesu Christi.*

Anno 1609. Iudicium sedit *Inquisitorum Roma* Cap. 20. *norum*, & licentia prius data à duobus librorum Censoribus translata est, & retracta; ut conteretu liber, & destruetur usque ad finem. Quo tempo re regnum, et potentia, et amplitudo regni, sub omni cœlo dabitur populo Sanctorum corresponi dentium, &c.

Vers. 27. Numerus verò vocalium qui præteritus est in numeratione consonantium עדנים facit 25. qui si apponantur priori summæ annorum 1608. prodibit præsens annus 1633. Verba enim dupli cem habent sententiam, juxta ambiguitatem dictio nis ש: quæ significat *usque*, et *ad*.

Vide Regulam numerorum.

Et dirigetur in manibus ejus, hoc est, ad breve tempus, sine contradictione perget liber *Apparatu* uno anno: usque ad שרן שרנים. Sed cum divisione temporis: id est, tantùm numeratione consonarum acceptâ, non vocalium, qui est annus 1608. E dirigetur in manibus ejus in æternum, ad שרן שרנים, et divisionem temporis, id est, duplici mo do numerandi, per consonas, & vocales adhibito qui est annus præsens 1633. puncta enim vocali in duabus illis vocibus valent 25. quæ si addantu

numero

numero 1608. ascendunt ad annum 1633.

Ita exponitur פלג Divisio. שופא מל כורח *Deficit sermo similiter multiplicans.* (id est) vocalium. Et folio ב. 80. יסף על ערך יגאל *Id quod apponitur super ordinationem, demetur.* Est verò ordinatio, dispositio punctorum, quibus lectio Scripturæ ordinatur. Divisio

Vnde sequitur. *Et Iudicium (Inquisitionis) sedebit, & transferetur potestas,* (scilicet) prius per Censores librorum data, *ut perdatur, & destruatur usque in finem:* (id est) annum 1633. quando methodo illi analytice legendi jam perfectæ, accedet iterum æstimatio dignitatis publica. Voces illæ *ad perdendum, & destruendum*, quæ tautologiam habent in exteriori interpretatione: ita distinguuntur. להובר שלטן מלכורח רניאל נהל ד להשמדח *Ad perdendum potestatem consulendi judicium, vel sententiam Divinam festinantèr.* Hoc est enim primum, quod statuerunt. Nequis existimet esse rationem legendi arcanam, à Deo appositam sacræ Scripturæ; per quam statim sciri possit sententia Divina, de quâcunque voce exponendâ. Et folio ש 400. נכה לשון שומע עמר על׳הם *ut percutiatur, vel condemnetur, qui expositionem attendit stantem supra consonas, vel textum vulgarem.*

Exponitur verò חוברח *ad perdendum* יהיב עלין כהל להניאל נוראח *Tradatur correspondentis, vel superioris sensus agitatio ad judicium Dei tremendum.* (id est) anathema sit, quisquis æstimat esse alium cultum Dei internum, super sensum *Catholicorum.* Et folio א. המאר נותן ברקיע להבריל יחשך *Qui luminare posuit in cælestibus ad faciendum distinctionem, obtenebretur, vel in tenebras mittatur.* (id est) qui

in rebus cœlestibus ponit luminare ad dividendu
tenebras à luce, (id est) qui introducit distinctio
nem sensus figurati, à spirituali, in rebus cœlesti
bus, & Divinis, anathema sit.

Et regnum, et potestas, et magnificentia regn
sub toto cœlo data est populo Sanctorum corres
pondentium, ut superius dictum est.

Cap. 41.

Expositio 8. Capitis Prophetæ Danielis.

Vers. 1. *In Anno tertio regni Balthazar Regis, visio appa
ruit mihi* (scilicet Danieli) *post illam, quam in
principio videram.*

Nabuchodonozar, & *Balthazar* duo fuerunt Re
ges *Babylonis* ultimi. Significat verò *Babylon* dire
ctionem expositionis S. Scripturæ secundum sen
sum literalem, & historicum; sive in Testamento
veteri, sive in novo. Est enim ministerium litera
2. Cor. 3, 6. oppositum ministerio spiritus, non solùm in Leg
Iudaicâ: verùm etiam in Novo Testamento: cu
jus regnum penes Ecclesiam *Romanam* semper fuit
Significat ergò *Nabuchodonozar* statum Docto
rum, & Expositorum S. Scripturæ veteris in Ad
ventu *Christi* priori: qui regnum illud confusioni
contra *Christum* elevarunt, cùm regnum Dei ap
propinquans, id est, parallelè correspondens le

gi

gis literæ, prædicaret esse : & propterea admoneret Scribas, et Pharisæos, ad μετάνοιαν. (id est) alterationem sensus prioris transire. Vndè dicitur, quòd *post finem mensium duodecim ambulaverit in Palatio suo glorificans seipsum, in regno Babylonis, & non attribuens gloriam Deo.* Verba sunt לחצות ירחין תרי עשר Quæ æquivocè sonant *post finem spiritualis admonitionis Decalogi:* id est, postquam *Christus* admonuisset, esse spiritualem cultum Dei significatum sub Lege. Et propterea magnus ille Vigil de Cœlo *Christus* prædicavit *ablatum esse regnum* Scripturæ, à Doctoribus *Iudæorum: & cor bestiæ dandum illis esse: donec septem tempora transijssent.* id est, usque ad Adventum *Christi* secundum: qui per multiplicationem Iubilæorum ætatis *Christi* numerarentur, id est, quinquagies 32. $\frac{1}{2}$ ad annum 1625. redeuntem, vel quinquagies 33. ad annum 1650. ab ærâ *Christi* vulgari exclusivè. Vel donec septem tempora in quadro numerali septenarij geminarentur, quod in idem incidit, ut superius dictum est. בל שא צור *Qui Babylonis assumit figuram,* in Ecclesiâ. *Balthazar* verò significat seriem *Pontificum Romanorum,* præcipuè *Paulum V. Pontificem maximum,* qui ultimus est Regum *Romanæ* Babylonis, qui rationem mutavit Ecclesiæ *Romanæ,* & priorem doctrinam *Theologiæ mysticæ,* quæ tanto tempore in Ecclesiâ *Catholicâ* agnita est, abolevit. Et בל שא אצר *Nullum apprehendens thesaurum* in verbo Dei, & fide Catholicâ. Et mysterium iniquitatis, quod per gratiam Dei, efficaciam habuit ad salutem, sustulit è medio: negando, esse aliquod mysterium in fide *Catholicâ,* quod ad altiorem

Matth. 4. 17.

Dan. 5. 26.

rem Dei cultum subordinaretur. *Et in vasis Templi Dei, & in omnibus* signis, & sermonibus, qui de rebus Divinis habentur, *libavit Dïjs suis* (id est sensui populari Divinorum, qui in figmento imaginationis humanæ formatur. Quatuor anni quibus regnavit *Balthazar*, significant quatuor regulas doctrinæ corruptæ, quas in Ecclesiam introduxit. Primò, non esse sensum alium arcanum rerum visibilium, quàm qui vulgò inter *Catholicos* cogitatur. Secundò, non esse aliam virtutem, & lectionem verbi, præter usitatam. Tertiò, non esse aliam mentem, & intentionem rerum moralium & vitæ religiosæ, præter illam, quæ omnibus obvia est. Quartò, non esse aliud regnum *Christi*, vel Ecclesiam hominum perfectiorem venturam in terrâ, præter *Romanam*.

Hæc demonstrantur per expositionem nominis *Balthazar*, prout in textu sacro occurrunt. Capite 8. versu primo. בלשאצר *Balthazar*. בר לחם ירושלם כמלכות צבע רעין *Qui facit substantiam doctrinæ concordis, juxta consilium fucatæ cogitationis.* Qui totam doctrinam correspondentem rerum sensibilium, intellectualium, spiritualium, & Divinarum, in eo sensu disponit, quem cogitatio mimica sensus carnalis format, & nihil altius cogitare permittit. Et in Repertorio ב. linea 11. ברא אלהים רשא בארץ עצה פרי *Qui rerum Divinarum germen interreno consilio, vel sensu fructificat. Germen*, significat memoriale, & symbolum, quod gerit mentem, & mentionem rei, & ita exponitur ibidem בריל שנה מאור ס רשא *Quod per signa doctrinam illustrat.* Generaliter ergò *Pontifex Romanus* est il-

Balthaz-

Balthazar ſpiritualis, qui omnia ſymbola rerum Divinarum, ſenſibilia, intellectualia, ſpiritualia, Divina, in ſenſu terreno exponit: nec ulterius traduci ſinit.

Primus annus, vel doctrina *Balthazaris Romani* exponitur V. Capite 5. *Danielis* verſu ſecundo. טעם מאן ירושלם למלך בצבע חרץ: *Qui ſenſum repudiat doctrinæ concordis, vel correſpondentis, æſtimare in rebus Phyſicis ſtatuendum.* Et in Repertorio ב lineâ duodecimâ. טב שלש השמים אותה וארץ מאר *Qui ſaporem perfectum cœleſtium ſignorum, & terrenorum maledicit.* Qui non patitur alium ſenſum perfectiorem rerum creatarum æſtimari præter uſitatum, in ſenſibilibus, intellectualibus, ſpiritualibus, & imperialibus, quæ ad regnum Dei pertinent.

Annus ſecundus, vel doctrina ſecunda *Pontificis Romani* ſequitur in ſecundâ mentione nominis *Balthazar.* Capite 5. verſu 9. מחבהר עולה שבוש למלכות נצר חרט Qui ut ſeipſum dirigat, *aſcendit per errorem, ut conſilium, vel ſenſum tueatur literalem.* In Directorio בתוך מברל עשה אלהים בארץ קרא *In medio dividens eum, qui facit res Divinas in terrenâ Scripturâ.* In medio dividit ſeparando eum à corpore *Chriſti*, qui in vulgari ſcripturâ, Scripturam Divinam animo format. (id eſt) per anathema.

Tertius Annus *Balthazar* ſignificat tertiam doctrinam maledictam *Pontificis Romani. Danielis* Capite quinto, verſu ultimo. אל רהב עולה שלט בטלא נצח סרח *Qui ad ſectam aſcendit dominantem in crucis perfectione corruptibili.* Qui æſtimavit, non eſſe altiorem aſcenſum in pietatis cultu, ſupra il-

lum, qui in *Religiosorum* mortificatione carnali p
ficitur. Et folio ב lineâ tertiâ, אלהים חשך
בקרא ארץ ראות *Qui bonitatem Divinam prohibe*
occursum terrenæ respici.

Quartus Annus *Balthazaris* respondet qua
doctrinæ *Pauli V.* קבל מ כות שנן אחש נצח סרח
oppugnat regnum secundum majestatis in seculo cor
ptibili. Qui non patitur esse aliud regnum *Chri*
Malæ 47. 8. & Ecclesiæ suæ majus in hoc seculo. *Ego sum,*
præter me non est alia. Et folio ב lineâ vigesi
Apoc. 18. 7. quartâ בורא גדלים נפש אשרים משרץ ברך *Qui*
struit majorem animæ beatitudinem, quàm quæ in m
titudine (Catholicâ) benedicitur. Qui negat esse
tiorem gradum beatitudinis Sanctorum in hac
tâ supra illam, quæ in *Catholicâ* Ecclesiâ glo
catur.

Nunc redeamus ad visionem illam Capitis
quæ in tertio Anno *Balthazaris* pertinet ad ter
doctrinam *Pontificis Romani*; de judicio boni &
li, & æstimatione judicio rum Divinorum in
vitâ. Quæ dicitur accidisse Anno primo sub ra
ne Canonis doctrinalis primi. Quo prohibe
omnes *Catholici* cogitare de alio genere sens
in expositione historicâ, morali, Allegorica, &
nagogica; quàm illo qui *Catholicis* in usu est.

Sequitur post hanc altera visio de intellige
cultus pietatis, & impietatis in judicio Dei fa
in rebus hujusmodi.

Vers. 2. *Vidi in visione, & videbar esse in Susan Civi*
quæ est in Elam *provinciâ.* שושן *Susan* expo
אשר ראה משא עין *Directa forma Prophetiæ sign*
tionis, idem, quod שושנה *adæquata doctrina*, id
to

forma historicæ narrationis. Et in Repertorio ש lineâ 26. מכשלים חורה חרשכהן *Humiliatæ (Solymæ) calamitas fabricata prognosticè.* Et determinatio generis ad ipsum subjectum singulare. Videbatur esse in ipsâ narratione historicâ excidij *Hierosolymitani*, quæ formata fuerit in figuram rerum gerendarum in Ecclesiâ *Christianâ.* הבריח *Civitate* ab חבר *apta fieri Prognostica rerum*, quæ erat in *Elam* Provinciâ per æquivocationem, quæ erat in occulto judicio. Non est opus clavim mortis, & inferni adhibere ad expositionem hanc: quoniam sensus, qui educetur, monebit accipiendam esse significationem aliquam vocum integrarum.

Et vidi in visione quòd essem iuxta fluvium Vlai. Vox אובל, quæ in exteriori historiâ vertitur fluvius; significat etiam lamentationem. Et dictio אולי *Vlai* significat præterea interpretationem, vel principium. Locus ergò, in quo visio intellectualis requirenda est Prophetiæ sequentis, est principium libri *Lamentationis Hieremiæ*, & ratio interpretandi eam. Et materia visionis hujus pertinet ad tertiam doctrinam *Pontificis Romani*, de judicijs Dei, & de pœnis impiè viventium.

Et elevavi oculos, & vidi, & ecce aries unus stabat coram fluvio, & duo erant illi cornua, & cornua magna erant, & unum majus altero, & magnitudo ejus ascendebat posterius. Ver. 3.

איל *Aries*, אחר פני אובל *Apprehendens faciem Lamentationis*, id est, literalem sensum, qui ascendit è verbis Scripturæ. Et folio א lineâ 27. מלא אמר אלהים למינה *Qui implet verba Dei in specie suâ.* (scilicet) qui non requirit aliam expositionem

verbi Dei; quàm naturalem, & propriam; In ve
cibus enim paucarum literarum (quando ſenſu
planè non exprimitur) duplicanda eſt teſſeræ al
cujus lectio. Eſt ergò *aries ſtans coram fluvio*, Theo
logus literalis, ſiſtens ſe ad librum *Lamentationis*
קרנין *Cornua.* קודש רבר פלכם אלמתי תמיד *San*
ciens hiſtoriam ſortitèr ad homines meos perpetuò, i
eſt, *Indæos.* Et in Repertorio, קדש מרמס במצריק
רואה עומר *Sanciens amaritudinis exigentiam in e*
qui correſpondentem facit viſionem arcanorum. Ex
poſitor literalis Lamentationum duplici ratione
munitur. Primò, per certitudinem hiſtoricam ex
cidij *Solymarum*, & Prophetæ lamentantis. Secun
dò, quia quiſquis aggredietur facere expoſitionem
juſtam, & correſpondentem, neceſſe habet, ut ipſ
ingrediatur in ſtatum miſeriæ, & calamitatis publi
cæ: ut fateatur Eccleſiam illam, in quâ vivit, v
ad literam, vel ad ſpiritum; corruiſſe. Et in Re
pertorio, folio פקוד ישבר לפני ישב שם רון ק *Re*
ſpectus eſſentialis prædicationis, quæ juxta forma
nominum ululationis, & lamentationis ſedet. Et i
ſecundâ lectione קור אר בערה בינה שרד משפחה
Reſpectus maledicti ſermonis intellectualis, excutien
ex cognatione illâ. Quia confitenda eſt impietas Ec
cleſiæ, & deſolatio per Deum inducta propter pec
catum, quæ ex cognatione typi ad rem ſignificatam
producenda eſt.

Et ſunt cornua hæc rationum eminentia, ſe
ſecunda ratio præcipuè. Et exaltatur ratio illa pe
conſequentiam (ſcilicet) damni publici patienc
ab ipſo expoſitore, qui myſterium aggredietur ſu
ſcitare ex libro *Lamentationum.*

Et vidi Arietem cornu petentem ad Occidentem, Vers. 4.
& Aquilonem, & Austrum. מערב *Occidens:* ים *Mare*, significat agitationem per modum cribri, id est, relationem rerum sensibilium ad res alias subintellectas. Exponitur חיה עמד עשרה *Indicationis*, vel *expositionis arcanæ operatio.* Similitudinem enim habet Sol occidens, Intellectus contemplativi, descendentis in scrutinium typorum, & symbolorum; ut posteà ascendat in propositione clarâ sensus significati. Et in Repertorio ' lineâ 30. קום מוער בשנה אחרית *Suscitatio temporalis statuti ad doctrinam aliam.* Statuta tempora sunt res omnes sensibiles; quæ in χρόνῳ (i) χρόνῃ νῷ (id est) *colore mentis*; & similitudine rerum intellectualium statuuntur.

צל צפר נוגע בינת חאיל צפונה *Ad Aquilonem*, *Vmbra circularis, vel matutina, attingens intelligentiæ frontispicium, vel superliminar.* id est, delineationem communem: id est, literalis sensus rerum typicarum, quæ per communes lineas attingit rem subintellectam. Et in Repertorio צ lineâ 30. חצר פנים אמר הרון אהל *Comprehensio facierum rei cogitandæ conceptui idoneo:* (id est) respectus rerum figuratarum quatenus habent relationem ad res mysticè significatas.

נגבה *Ad Austrum.* לפניו הגריל בינה הנרה *Ad facies rei exaltatio intelligentiæ delectabilis.* Facies rei est similitudo typica Aquilonis, ad qnem correspondens sensus elevatur. Et in Repertorio שמנית רגם חשב עשרה *Harmonicæ interpretationis suppputatio facta est.* Ergò Theologus iste, literalis Expositor *Lamentationum* geminam rationem suam vendulabat, contra investigationem sensus correspon-

dentis *Lamentationi*; & contra conceptum typi narrationis, & cujuſvis ſenſus intellectualis ſu putandi.

Et nullum animal ſtabat coram eo, neque liberab ſe à potentiâ ejus: ſed faciebat ſecundum placitum ſuu & magnificatus eſt. Et nemo Expoſitorum reſiſt bat ei; neque eripuit ſe à potentiâ ejus: ſed faci bat expoſitionem ad placitum ſuum, & magnific ta eſt ratio illa exponendi.

Ver. 5. *Et ego intelligebam* מבין ∇ . . . ערב על פני עין ם *Determinationem aptam ejus quoad faciem ſignificati nis:* (id eſt) Intelligebam aptam expoſitione viſionis ejus, quoad primam, & literalem interpr tationem ejus; de regno *Medorum*, & *Perſarum*. folio ſecundo, אלהים בהו לפני כן *Intelligebam mentationes deſolationis in formâ ſimilitudinis.*

Et ecce Hircus caprarum venit ab Occidente, ſup faciem totius terræ, & non tangebat terram. Et Hir erat cornu viſionis inter oculos. Hircus צפיר רצה לפני שליך מר מם *Complacens formæ vicina, parallelæ amaritudinis palpabilis.* (id eſt) Theolog expoſitor lamentationum, qui delectabatur face formam parallelam lamentationis *Iudaicæ* hiſt riæ; in ipſis Religioſis Eccleſiæ *Catholicæ*. Et ſ צ lineâ 2. מצא ספה רבר מן הרוח *Qui invenit per tionis hiſtoriam ſpiritualem.*

עזים *Caprarum.* המערב נגע לפני רץ ארח *delectatur afflictione in formâ diſciplinæ viſibilis:* H eſt, religioſus *Catholicus*, qui devovit ſe afflictio

1. Tim. 4. 8. corporeæ diſciplinæ, vel exercitio. Hæc eſt i exercitatio corporea, quam S. *Apoſtolus* dixit modicum utilem eſſe; ut exponit *Aquinas*. Et

ſtatu

statum hunc ordinum religiosorum, determinavit expositionem Lamentationum. Hircus ille, contemplator *Catholicus*. Et folio ע. תולעת זוב נכלי חיים *Qui ad signa perditionis diffluit, & dissolvitur tanquam instrumenta, vel vasa vitæ.*

Venit ab Occidente; Superiùs expositum est pro investigatione typici sensus, sed si iterum desideres experimentum; מערב. עמר למגיע מרמר שבר *Ministerium, vel studium accedendi ad doloris, vel lamentationis duplicis interpretationem.* Et in Repertorio. מ. מחת עבר אבר משוברת *Expectatio oneris, magnificæ versionis*, (id est) studium interpretationis gloriosæ. Quòd si magis placeat naturalem locum thematis requirere folio ע. Exponitur מגיע לטהר טבל *Appropinquatio ad manifestandum tincturam, vel colorem rei*: (id est) typum, & figuram. *Et non tangebat in terrâ*: (id est) Expositor hic Allegoricus non ex ipsis verbis Scripturæ fundamentum expositionis ponebat: sed in similitudine rerum, volucris instar, per involucra, & typos rerum cernebat.

Et Hirco caprarum erat cornu visionis inter oculos. קרן *Cornu* ע. קדש דבר לפל מון *Sanctificatio rei per judicium similitudinis*: hæc est ratio, quâ tuebatur visionem suam, & contemplationem in medio duorum respectuum signi, & rei significatæ: & in Repertorio ק linea 3. פקור אביר דרך *Respectus, vel ratio magnificans, & confirmans id, quod statuitur.*

Et venit ad Arietem dominum duorum cornuum, Ver. 6.
quem vidi stantem coram Vlai, Et venit ad Expositorem literalem duabus rationibus nitentem: quem vidi stantem ad faciem lamentationis. *Et incurrit*

in

in eum in furore potentiæ suæ; vel indignatione potentiæ ejus. *Et vidi eum*, per æquivocationem, ita legitur *Vidi eum accedentem parallelè ad arietem* (id est) expositionem literalem; & elevavit tristitiam, vel luctum, & lamentationem suam, ad lamentationem ejus: & percussit interpretationem literalem, libri lamentationem; & confregit duas rationes, quæ erant in interpretatione illâ: & non erat potentia in expositione literali; ut resisteret ei, & dejecit eam ut terrenam & literalem: & conculcavit eam. Et nemo erat, qui vindicaret interpretationem literalem ab eo. *Et Hircus caprarum magnificatus est valdè: & cùm confirmatus esset, fractum est cornu ejus magnum: & ascenderunt quatuor cornua pro eo; in quatuor ventos Cœlorum.*

Ver. 7.

Ver. 8.

Et expositio Lamentationum de ordinibus religiosis, valdè crevit: & cùm rationibus confirmata esset generalis ratio interpretandi divisa est; & ascenderunt quatuor considerationes pro eâ juxta quatuor intelligentias spirituales rerum cœlestium.

חזות *Cornua*: Exponitur מתחת זרה אל גדילה תפילה *Subjecti illustrationes ad magnam absurditatem*. Et in Repertorio ח lineâ 8. חירה והא לך ביות אל *Indicationes illustrantes pollutionem domus Dei.* Quadruplex illa lamentatio corruptionis status religiosi declaratur, in quadruplici materiâ: unitatis, castitatis, obedientiæ, paupertatis. Qui sunt quatuor cardines Cœli religiosi.

Lamentatio de desolutione fraternitatis inter Religiosos.

ארבע *Quatuor* אחת צעיר נעב עוד *Fraternitatis diminutio respondens testimonio lamentationis literalis.* Et in Repertorio א. קרא רקיע לשרב מוריע *Conventus*

cœlestis

celestis in varias mixturas seminatio. (id est) divisio Conventuum in varias sectas.

Secundò, ארבע *Quatuor.* צבה תרומה בפשע מעשרת *Voluptatum exaltatio in peccati operibus.* Et folio א. מאשרי בזרע טוב לערב *Qui procedunt in seminis suavitate, ad mixturam bestialem.* De castitatis pollutione.

Tertiò, ארבע *Quatuor.* לשמעים דבר וצבאים עור ערב *Ad Auditores verbi, vel præcepti; & oppugnantes illud testimonium applicatur:* (scilicet) lamentationum. Et in Repertorio. אמר מוארים ברק'עמוך *Sermo de ijs, qui dolore afficiuntur in expansione, vel executione statuti.* (id est) de violantibus votum obedientiæ. De obedientiæ subtractione.

Quartò, ארבע *Quatuor.* כאלפים רואה בקשו עמור *Iuxta multitudinis* (id est) secularium *formam, quærunt sustentationem.* Et in Repertorio. מאור רק'ע על ברי'ל ערב *Doloris vel lamentationis expansio de commutatione mercium.* (id est) exercitium mercaturæ secularis inter Religiosos. De paupertatis corruptione.

Hæc sunt quatuor capita desolationis, & ruinæ in disciplinâ ordinum Religiosorum, de quibus questi sunt multi Scriptores inter *Catholicos.* Sed ex uno horum; (id est) primo, de desolatione unitatis, prodijt ratio interpretandi, modica in speciem causa lamentationis, quæ tamen in maximam evasit. Quia *Paulus V.* dissolvit unitatem Ecclesiæ præteritæ, & præsentis: negando mysterium aliquod subesse cultui *Catholico:* contra fidem antiquorum Patrum, & Doctorum; qui unanimes tenuere, esse mysterium quoddam in fide *Catholicâ:* quod populo non sit aperiendum. Secundò, dissolvit unionem Ecclesiasticæ fidei, ad verbum Dei ἐν διαθήκῃ. Tertiò,

dissolvit relationem operum piorum ad gratiam *Christi* imputantis justitiam suam. Quartò, dissolvit subordinationem Ecclesiæ visibilis, ad invisibilem.

מצערה *Cornu modicum*: Causa interpretandi lamentationes *Hieremiæ* de Ecclesiâ *Romanâ*. מרח צבי שד עלכן הנדיל רחם לחמיד *Illustratio complacentiæ testimonij*: (id est) lamentationum, *quoniam exaltata est Roma in æternum.* Quia dixit *Roma* in ore *Pauli V. Ego sum, & præter me non est alia.* Et in Repertorio א. מוער יצב עם לירד מרבר רוח *Conventum statuens populo, ut descenderet à verbo spirituali.* Quia statuit non esse alium sensum Religionis Catholicæ præter literalem, nec alios Dei cultores præter carnales. Et hoc est illud Cornu; *quod exaltatum est præ superioribus quatuor Cornibus; contra Austrum, & Orientem, & Aquilonem.*

Isaiæ 47. 7, 8.

Vers. 9.

נגב *Auster.* מין הגדול צבא *Species majoris cultus Divini.* Et in Repertorio א lineâ 10. מראה נמן חשב *Forma lucis aliena ab illâ, quæ cogitatur.* (id est) negabat esse aliam formam colendi Deum, aut majorem lucem intelligentiæ Divinæ, præter *Catholicam.*

מזרח *Oriens.* שמרת חזון מרמס אחרית *Nominum visio, quæ conculcat alteram:* (scilicet) visionem, per signorum similitudinem. Et in Repertorio. אמר עזרת עמר מחמאה *Oratio validæ collecta ex manipulorum* (id est) *syllabarum intuitu.* Est enim syllaba manipulus literarum.

צבי *Complacentia* accipitur pro Aquilonis totâ virtute צלת רבר ואמר פלם *Directio verbi, & sensus validi.* Et in Repertorio. צמר נבול בן עין Pensiculata

lata determinatio firmæ significationis.

Cornu ergò illud modicum, quod ex uno quatuor cornuum ortum est, significat novam rationem exponendi Lamentationes *Hieremiæ*, de Ecclesiâ *Romanâ* in desolationem deductâ; & eum, qui causa fuit desolationis hujus: qui etiam nomen traxit ab exiguitate, (scilicet) *Paulum V. Pontificem Romanum*: qui præ cæteris exaltavit se contra *Austrum*, (id est) intelligentiam spiritualem fidei *Romanæ*. Et contra *Orientem*, exponendi mysteria Scripturæ, per ipsam verborum Etymologiam: & contra gloriam *Aquilonis* (id est) rationem canonicè dirigentem expositionem Scripturæ Analyticam, quam, propter vocem verborum grandium, & magistralium, maximè timuit: & propterea anticipavit eam, & antequàm in lucem prodiret, condemnavit.

Et exaltavit se contra cultum religiosum rerum cœlestium, & dejecit ad terram speciem illam cultus Divini: & speciem stellarum, id est, *Sanctorum cultui illi ministrantium: & conculcavit eos.* Cultus ille cœlestis, & religiosus exponitur. שמים. לשלך ע מכין תמיד אמת *Vt. dejiceret thronum perpetuæ veritatis*, id est, ne quis crederet esse verbum judex veritatis Divinæ, quod cum Scripturâ vulgari perpetuò concurreret. Et in Repertorio lineâ 11. sic מחשבת אמר יהוה בגוים *Cogitationes verbi Complacentiæ fortuitæ in tergo alterius.* Sicut dicitur, *Audies vocem à tergo monentis: hæc est via, ambulate in eâ.* Quia lectio ista verbi in Complacentiâ fortuitâ ita ambit Scripturæ externæ superficiem; sicut Cœlum terras. Ver. 10. Isai. 30. 21.

שלים מבון פשע הצליח שמע ∇ ככבים *Stellas*
Qui deijciunt thronum prævaricationis, per quem pro-
speratur fama, vel sermo publicus. פשע *Prævaricatio,*
exponitur פים שמם עך *Fortificatio solitarij testi-*
monij: (id est) determinatio sensus unimodi Scri-
pturæ per puncta. Et in Repert. פ. חלף קודש העמיד
Commutabilis sanctitatis stabilitio, id est, sensus Scri-
pturæ externi stabilitio, qui convertendus est in
aliũ. Habuit enim Testamentũ vetus ἅγιον κοσμικὸν.
Heb 9. 1. *Sanctitatem mundanam: quæ instar vestimenti muta-*
Psal. 102. 27. *da erat.* Et in Repertorio אבות מולדה יעקבו קרא
אמרה *Patrum, vel Doctorum generatio; qui investi-*
garunt Scripturam seipsam iudicantem. Hi sunt stellæ
cœlestes.

Vers. 11. *Et contra Principem religiosi cultus magnificavit*
se: & abstulit ab eo juge Sacrificium. Princeps om-
nis cultus religiosi *Christus* est: *Juge Sacrificium* ex-
ponitur השיך נתני אמת לצלח באחר אחרו ∇ התמיד
Illaqueatio attributorum veritatis, & fidei ad perfectio-
nem per apprehensionem unionis suæ; vel simpliciter per
apprehensionem suam (id est) applicatio omnium,
quæ dicuntur de fide & operibus *Catholicorum:* &
ad actum perfectionis, per apprehensionem, & in-
telligentiam suam: vel per apprehensionẽ suijpsius
uniti illis, & omnia opera eorum operantis in illis.
In eo quòd illaqueari dicuntur attributa fidei, & ve-
ritatis: observa, quòd non sit naturalis ratio justi-
tiæ, & perfectionis. Sicut quod alteri illaqueatur,
& irretitur; non naturaliter ei conjungitur: sed he-
terogeneè: Ita ut per venationis modum liberarentur
Catholici, eo quòd *Christus* apprehẽdat seipsum,
& justitiam suam sub formâ pulchrâ verborum.

Hoc

Hoc est ergò totum quod lucratur *Catholicus* ex devotione, & pietate suâ, quòd indè acquirat attributum justitiæ quoad verba: sed veri actus inania, qui impletur per imputationem justitiæ fidei. *Quoniam per verba tua justificaberis, & per verba tua condemnaberis.* Matt 12. 37. Et in Repertorio, folio ת lineâ 13. נסע גוים לפני עיר *Translatio Catholicorum juxta formam testimonij.* Quoniam testimonium illud, quod perhibet illis conscientiâ de veritate fidei, & piæ vitæ, transfertur per *Christum* in intelligentiam fidei *Protestantium.* Et hoc est juge Sacrificium *Christi* in quo seipsum, & fidem suam mortificatam à *Catholicis* offert Deo Patri in odorem vitæ, & reputationem vivificationis suæ. Quoniam positus est Luc. 2. 34. mortificatus in fide *Catholicâ*, *in signum ejus quod contradicitur, & perimitur.*

Duplex est enim ratio Sacrificij in *Catholicâ* Ecclesiâ, altera Agni Paschalis, in quo *Christus* offertur Deo mortificatus in sensu carnali *Catholicorum:* sed vivificatus in sensu spirituali intelligentiæ Divinæ. Quia mortificatio illa *Christi*, & veræ fidei ejus, intelligitur significare contrarium: nempè vivificationem ejus. Sicut dicitur *Nos, qui vivimus semper:* (id est) Christum viventem in nobis habemus, *circumferimus mortificationem ejus, ut vita Christi manifestetur in nobis.* 2. Cor. 4. 11. Ergò mortificatio *Christi* in externâ formâ cultus *Catholici* significat vivificationem ejus; Sed est alterum Sacrificium boum, & caprarum, & ovium; in quo species animalium mundorum mortificata quoad sensum, & substantiam operum suorum, sub formâ sanctâ verborum, Deo offertur per *Christum.* Vndè S.

Rom. 12. 1. Apostolus monuit *offerre corpora nostra*, (id est) actus corporis naturalis, & honestæ libertatis Evangelij *viventes*, *qui est rationalis cultus Dei*; magis quàm mortificatos, per doctrinam destructionis: quæ servitus est irrationalis, & scænica.

Et dejecit sedem, vel dispositionem sanctificationis ejus, quia prohibuit *Paulus V.* omnem relationem cultus *Catholici* ad alium magis spiritualem cultum Dei.

Ver. 12. *Et cultus religiosus datus est jugi Sacrificio, in peccato.* (id est) cum sensu visibili operum justitiæ. Est enim פשע quasi פרשע Quia æstimavit Pontifex *Romanus* mortificationem naturalium voluptatum honestæ libertatis, in ipsâ substantiâ operis sui Deo gratam esse. Ita enim exponitur פשע *Peccatum*, ut superiùs dixi. *Fortificatio solitariæ testimoniæ piæ vitæ in ipso simplici sensu, sine relatione ad spiritualem.* Et stabilitio sanctitatis mundanæ in substantiâ suâ, quæ commutanda est in figuram sanctitatis alterius.

Et hoc est, quod dicitur, *Et religiosus cultus attributus est jugi sacrificio*, in ipso visibili, & solitario sensu *Catholicorum.*

Et dejiciet veritatem ad terram, quæ facta fuit, vel disposita ut perficeretur. שמע מרבר ואמת שר מתים *Fama vel doctrina destructionis quoad homines, & alterâ vice legendi* צבא אמר מאורת *Cultus religiosus Agni in figurâ.* Et in Repertorio א lineâ 14. אשור למן מארת *Directio ad fœlicitatem in specie maledictionis.* Et secundâ lectione מתת מוערים במארת *Signa constituta in maledictione*, hoc est, doctrina figurata ad beatitudinem dirigens, in for-

mâ

mâ sensus contradictorij. Vndè apparet nomen אמרה non esse contractum ab אמונה: sed deduci ab אמם *Papa*, ut significet ipsum *Papismum*; & totam doctrinam *Papæ*: quatenùs opponitur *Protestantibus*. Et propterea monet *Salamon* אמרה, & חסד *semper conjungere*, (id est) doctrinam Papalem, quæ est אימרה doctrina terroris; & εὐφορίαν, & εὐσέβειαν, quæ est doctrina *Protestantium*: *& invenies*, inquit, *gratiam in oculis Dei, & hominum*; εὐσέβεια enim à S. *Paulo* opponitur exercitationi corporali, quæ significat totam disciplinam mortificationis externæ. Sic dejecit *Paulus V.* fidem *Catholicam*, quæ sub formâ crucis, & contradictionis ostendit, quòd sit vivificanda; quæ facta erat à sapientiâ Divinâ ad eum finem, ut conciliaretur suo contrario. Pro. 3. 4. Tim. 4. 8.

Et audivi quendam Sanctorum loquentem, & dixit unus ad alterum, quamdiu durabit confusio hæc, & ignominia jugis sacrificij; & peccatum, vel sensus visibilis desolationis attributus; & sanctitatis, & cultus religiosi conculcatio? Et dixit ei ad vesperam, & mane duorum millium, & trecentorum; & justificabitur sanctuarium. Ver. 13. Ver. 14.

Verba hæc duplicem habent sensum, alterum æquivocum dictionum: alterum ænigmaticum, literarum numeralium. Æquivoca lectio verborum hæc est ער ערב נקר אל פימו שלש מאות *Donec Vespera Auroræ examinis, demonstrative perficiatur, ex literâ, vel Scriptura: & justificetur sanctitas, vel Sanctuarium.* (id est) Donec vespera diei judicij demonstratione perficiatur, ex sacrâ Scripturâ.

Et

Et justificetur Religio *Protestantium*, quod hoc in libro effectum est. Altera verò expositio per numeros literales hæc est. Donec mixtura heterogenea dimittatur 668. de 2300. Deme 668. de 2300. & remanent 1632. Et tunc justificabitur sanctitas, quia עֶרֶב בֹּקֶר continent 668. & sunt heterogenea mixtura : quia numeri vocalium demuntur in primis vocibus, non in tertiâ. Ergo post annos 1632. expectanda est iustificatio sanctitatis Ecclesiasticæ.

Ecce significo tibi, quod futurum est in novissimo indignationis; quandò temporalis statuti finis erit.

Verba illa אחרית חזעם significationem duplicem habent זעם Exponitur עם עצם עין *Violenta populi compressio, ne audiant, & videant.* (id est) status Religionis *Catholicæ*, & Auditorum exteriorum, qui per doctrinam Parabolicam cohibentur, ne audiant veram doctrinam *Christi*, sub formâ contradictionis propositam : neque videant verum sensum rerum, qui sub verbis fidei *Catholicæ* innuitur. Et in Repertorio. זמה מעשות שמם *Cogitatio prava operum destructionis.* Tota enim doctrina Ecclesiæ *Romanæ*, (quatenùs *Protestantibus* opponitur) est materia destructiva libertatis naturalis, & Evangelicæ. Confirmatur hoc ex loco illo *Isaiæ*, Capite 26. *Vade Populo mi, ingredere in secretum tuum, & claude super te ostium, & abscondete in modico momento; donec transeat* זעם *Indignatio.* Consilium est Dei ad homines spirituales, sub Ecclesiâ *Romana* viventes: ut sub secreto sermonis *Catholici*, & signorum, fidem suam occultarent : donec transijsset

Isai. 26. 20.

scenica

scenica illa Religio, in quâ auditus, & intellectus populi sub ignorantiâ clauditur. quia ecce ὁ λόγος ἐνδιάθετος, *Verbum Dei internum prodibit ex loco suo* Ver. 21. verbi externi, *ut visitet iniquitatem eorum*, qui in terrâ Scripturæ literalis acquiescunt, *super eos. Et revelabit terra*, id est, *scriptura vulgaris æstimationes, & similitudines suas, & non deinceps occultabitur sub perditione illâ.*

אחרית *Novissimum tempus indignationis hujus.* Duplicitèr exponitur אשר מתרה מרמה יר שחת *Dirige subjectum ad cogitationem pravam, & operum destructionem:* (id est) simplicem, & humilem sensum vocis אחרית, ad vocem עם. Et in Repertorio. ברה חיה רומשה למין אותם *Elige significationem reptantem, in specie literarum suarum:* (id est) accipe sensum obvium sub literis, vel Scripturâ. Sed in secundâ lectione tesserarum, ex ore infantium, & lactantium prodibit hæc sententia sermonis indeterminati. אמם החזון רב יום רניאל נחרת *Determinat visio multitudinem dierum Dei, ad judicium venientis.* Et in Repertorio אלהים חיה רומש למנרת רמרת *Lamentationum indicatio, vel historia movere se incipientium, in numerorum similitudine.* Historia *Lamentationum* incipientium transferre se à *Iudæis*, ad *Romanos*, hoc ipso anno incipit: qui terminus est status Religionis *Catholicæ*; quatenùs mysterium est, quod claudit *Christianos* sub ignorantiâ. Numeralis verò expositio vocis אחרית Est 1631. $\frac{1}{3}$. à primo Anno æræ *Catholicæ* exclusivè, ad præsentem. Vel si א numeretur in utraque significatione, numerus præcisus erit 1632. $\frac{1}{3}$.

Verba illa. *Quoniam habet tempus finem suum*, vertenda sunt *quando finis erit temporis*: (id est) Spiritualis mundi præsentis: hoc est, Ecclesiæ *Romanæ*. Est enim illa mundus succedens alteri *Judaico*, qui per aquas Baptismi destructus est: & repositus est per virtutem verbi ὁ λόγος; *& reservatus igni in diem judicij, & perditionis impiorum hominum*. Est verò ignis iudicium verbi ὁ λόγος, omnia carnalia transferens in æterna: & notiones terrenas in cœlestes. Et per homines impios in primo principio iudicij, intelliguntur omnes, qui habitant super externam faciem fidei *Catholicæ*: quæ est *mysterium impietatis, & nequitiæ spiritualis in cœlestibus*.

2. Pet. 3. 7.

Ephes. 6. 12.

Ver. 20. *Aries, quem vidisti habentem duo cornua, est Rex Medorum, & Persarum*: significat per æquivocationem, Director sensus; secundum propriatem suam, & secundum separationem ab alio sensu, vel diffamationem. Et hæc sunt duo cornua, vel rationes interpretandi librum *Lamentationum* ad literam. Primò, quòd secundum propriam significationem verborum *Judæis* competat. Secundò, quia non potest alius sensus assignari in historiâ *Catholicæ* Ecclesiæ, sine infamiâ ejus. Quoniam illa est quæ dixit, *Ego sum, & præter me non est alia*.

Vers. 21. *Et Hircus Caprarum Rex Græcorum est*. Æquivocè, qui convertit ad lucem (id est) intelligentiam Tragicorum, ipse est director sensus ad *Christum* Dei Filium: (id est) *Christianos*. Ipse est Expositor Allegoricus. Ordines Religiosorum sunt שעירים Tragœdi, qui ora fecibus hypocrisis scenicæ perunctí, formam agunt Tragœdiæ. Est enim conditio Religiosorum (ut ipsi fatentur) status

tus lamentationis de peccato. *Et cornu magnum, quod erat in medio oculorum ejus*, est prima ratio exponendi. *Et in eo quòd fractum est, & steterunt quatuor loco ejus, quatuor regna ex gente ejus stabunt; sed non in virtute ejus*: id est, quatuor sensus orientur discincti; sed non in virtute ejus generali, erunt enim speciales respectus corrupti ordinis Religiosi; quoad unitatem, castitatem, paupertatem, obedientiam.

Et in fine regnorum illorum, cùm consummandæ sunt transgressiones: consurget Rex fortis facie, & faciens intelligere ænigmata. Et post illos quatuor sensus Religionis corruptæ, ideoque deplorandæ, cùm perfecta destructio, & desolatio inducenda est in Ecclesiam *Catholicam*, consurget director sensus Scripturæ, qui fortificabit, & *confirmabit faciem* & sensum visibilem fidei *Catholicæ*; quo determinabit rationem intelligendi omnes propositiones obscuras S. Scripturæ: (id est) *Paulus V. Et confirmabit potentiam suam, sed non in potentiâ suâ.* (id est) confirmabit potentiam, & rationem intelligendi res sacras, secundum sensum *Catholicorum*, *sed non in potentiâ suâ.* Quoniam determinatio sensus Scripturæ interni, & rerum sacrarum, nunquam pertinuit ad Pontificem *Romanum.* Data est enim ei, & toti nationi *Scribarum*, & *Pharisæorum* sedentium in cathedrâ *Moysis* (id est) legalis doctrinæ, & disciplinæ Ecclesiæ, potestas ligandi, formam verborum in sensu, & praxi externâ; per copulam affirmativam; & solvendi, per dissolutionem copulæ illius negativam: ut vera esset omnis propositio fidei per Pontificem *Romanum* affirmanda, vel

Ver. 23.

Ver. 24.

neganda. Sed non est data potestas sapiendi, & intelligendi res Dei; sed hominum. Et propterea cùm ad illam quæstionem venitur: quis sit sapor, & sensus fidei *Catholicæ* internus, & spiritualis, non habet *Papa* potestatem à *Christo* traditam; sed in illâ contradictione fit *Satan Christi*, (id est *Antichristus.*) Dixerat enim *Christus*, *oportet Filium hominis* Luc. 9. 22. id est, Professores fidei *Protestantium multa pati*, id est, *Catholicorum* contradictiones pati: & annihilari, per decreta summorum *Pontificum*. Quod cùm negasset futurum *Petrus* sustinuit in figurâ personam *Papæ*, in *Antichristum*, propriè, & perfectè conversi: Ideo licet *cùm juvenis esset*, primis Joan. 21. 19. temporibus Ecclesiæ, *posset cingere se*; & sensum suum, sub quâ libuit formâ verborum, recolligere: tamen cùm senesceret, cingendus erat ab alio; & ducendus ab eo, ad illum sensum, quo nollet respicere. Sequitur ad verbum.

Nam mysteria corrumpet, ut ipse prosperetur, & Vers. 25. *faciat in opere suo: & destruet rationes fortes, & populum Sanctorum*; Rationes fortes sunt 12. illa argumenta, quæ in fine *Apparatus* mei recollegi, pro expositione Analyticâ S. Scripturæ; & Populus Sanctorum, sunt viri spirituales, vel activi, ut *Protestantes*; vel contemplativi, ut spirituales: quos decreto suo *Paulus V.* sustulit.

Et destruet rationes validas, & populum Sanctorum, idque per, vel propter intelligentiam, & sensum proprium; ut prosperetur sensus dolosus *Romanorum* in opere suo, & sensu suo: (id est) practicè, & contemplativè. Et per ignorantiam destruet Ecclesiam *Catholicam*.

Et

Et contra Principem Principum stabit, id est, directionem omnis contemplationis אשר אמר *Directionem verbi*, & folio ישר יצר ש *Directorium omnium imaginationum*. Et sine ullâ potentiâ confringetur: (id est) sine omni demonstratione potentiæ visibilis, vel miraculorum, vel Principum conspirantium, conteretur.

Et visio vespere, & mane, quæ indicata est, *ipsa est veritas*. את אתה מתם נחר ט אמת *Christi Adventus designati correctio*. Et in Repertorio אלהים משמים יתר תהו *Christi de Cœlis venientis dilatio, vel procrastinatio*. (id est) longioris temporis designati ad Adventum *Christi* evacuatio; id est, numeri redundantis correctio. Ver. 26.

Cap. 42.

Expositio 10. *Capitis* Danielis.

In Anno tertio Cyri *Regis Persarum, verbum revelatum est* Danieli: *cujus nomen vocatur* Balthassar. *Et veritas verbi, & fortitudo magna, intellexitque sermonem; intelligentiâ enim opus est in visione.* Ver. 1.

Ad clariorem intelligentiam Prophetiæ hujus, necesse est, ut primò ostendam, quid per *Cyrum* significetur in arcanâ Divinorum scientiâ. Quoniam præ omnibus *Chaldæorum*, & *Medorum* Regibus electus est, ad significandum eum, qui spirituale templum Dei, per *Babylonios Romanos* de-

structum erigeret. Examinabo ergò Vaticinium *Isaiæ* de *Cyro*, quod multis annis ipsum præcessit. Cap. 44. ver. 1. *Sic dicit Dominus* Cyro *unctο suo, cuius apprehendi dexteram, ut deijciam coram eo gentes, & lumbos Regum dissolvam, ad aperiendum coram eo ianuas, & porta non claudantur. Ego ante te ibo, & glorioſos terræ complanabo: portas æreas confringam, & vectes ferreos succidam, & dabo tibi thesauros tenebrarum, & arcana secretorum: ut scias, quòd ego sim Deus qui voco in nomine tuo Sanctus Israël. Propter servum meum Iacob, & Israël electum meum, & vocavi te nomine tuo, cognominavi te: & non cognovisti me. Vt sciant ab Oriente Solis, & ab Occidente: quia nihil sit præter me: Ego Deus sum, & non est alius,* &c. Et in fine præcedentis Capitis. *Qui dico* Cyro, *Pastor meus est, & omnem voluntatem meam perficiet: ut dicat Hierosolymæ ædificaberis, & Templo fundaberis.* Ver. 28.

Etsi literalis sensus Vaticinij hujus in parte impletus fuerit in *Cyro* Rege *Persarum*: tamen integra narratio verborum non ita exactè excidit. Quoniam Deus, qui gloriæ suæ æmulator est: ita implementum Prophetiarum historicum per varios defectus temperavit; ut attentus, & spiritualis Lector alibi perfectum ejus eventum requireret. Nam neque in diplomate Regis *Cyri* præceptum est aliquid, de urbe *Hierosolymâ* restaurandâ: neq; posteriorum Principum edicta prohibuerunt ædificium Templi, sed tantùm Civitatis, ut quæ in edicto *Cyri* non susceperat licentiam: etiamsi eo prætextu ædificium Templi impedierunt; tanquam Templum pars esset urbis. Præterea promissio

missio illa fœlicitatis, & victoriæ, non est comitata *Cyrum* ad mortem, qui à fœminâ superatus est, & detruncatus cum summâ ignominiâ: ut videantur mihi hostes *Iudæorum* non aliundè occasionem arripuisse magis, derogandi gratiæ ipsis concellæ, & impediendi privilegium *Cyri*: quàm ex infœlici rerum eventu, qui contra verba Prophetæ *Isaiæ* excidit. Spirituale verò Prophetiæ hujus implementum omnes ad *Christum* trahunt; sed partes singulas ejus adæquare non possunt. Sicut dicitur: *à tempore Ioannis Baptistæ, Regnum Dei vim patitur, & omnes in illud vim faciunt.* (id est) applicando Scripturam veterem ad *Christum*, sed inordinatè: cùm ita exponendæ sunt Prophetiæ de *Christo*, ut minima pars non pereat. Primò dicitur de *Cyro*, quòd *dabit ei Deus thesauros tenebrarum, & arcana mysteriorum, ut sciret quòd ipse Deus esset: qui vocaret eum nomine suo.* Quod spiritualiter non potest intelligi, nisi de intellectuali quâdam militiâ, contra difficultates, quibus obsepta est scientia mysteriorum; quas studio suo expugnaret: quod *Christo* in propriâ personâ non congruit; qui omnem sapientiam suscepit à primo instanti Incarnationis suæ: & non per diuturnum, & laboriosum studium acquisivit: Nam quòd dicitur, *profecisse gratiâ & sapientiâ apud Deum, & homines*; intelligitur declarativè, quòd explicuerit se juxta proportionem pueri crescentis in scientiâ rerum Divinarum, & humanarum. Operatio verò intellectualis animæ *Christi* in inferno, fuit actus orationis Divinitatem suam invocantis, à cujus solatio, & sensu separatus erat in Cruce; & in angustias mortis, & inferni

Mat. 11. 12.

Luc. 2. 52.

inferni redactus: per quam etiam obtinuit restitutionem claræ visionis Divinitatis suæ, & rationes revertendi ad vitam: non autem proprius actus hominis studentis. Secundò, quòd dicitur *Cyrus* à Deo nominatus, & cognominatus esse; & accinctus, & tamen hoc eum latuisse: quod non est imaginandum de *Christo*, quòd unquam nescierit se à Deo accinctum fuisse in unitate personæ; aut non intellexerit se in Scripturâ sacrâ nomine proprio subindè appellatum esse. Propterea sicut multa de *Christo* dicuntur in Psalmis ratione corporis sui mystici, non personæ: ita hæc Prophetia pertinet ad *Christum*, ratione alicujus è membris suis, non personæ humanitatis. Sic ergò per æquivocationem legenda sunt verba Prophetiæ.

Sic dicit Dominus Vnguentario suo, in formâ hominis pauperis, & miseri. משיחו *Vnguentarium*, exponitur גו ישר בריח חשך שמן *Corpus approbatum in odoris cohibitionem fidelem*: (id est) Materia ex Alabastro, quæ ab omnibus probatur ut aptissima, ad custodiendum unguenta odorata fidelitèr. Et in Repertorio מצר משרה אמר חשש יהורה *Angustia undè extrahitur verbum Scripturæ complacentia fortuita*: (id est) determinatio vocis per tesseras literarum, quæ veluti lecythus est, fidelitèr conservans unguentum generalis notitiæ rerum Divinarum. Vox *fidelitèr* quæ præcessit in primâ expositione, interpretatur appellationem illam in Evangelio Ἀλάβαστρον νάρδου πιστικῆς Alabastrum nardi de fide susceptæ. Quoniam unguenta in Alabastris condita, ferrumento ad operculum illito, custodiebant: ne possint unguenta effundi, vel inspici; do-

nec

nec occasio se ferret utendi eis: quia tantæ subtilitatis erant, ut statim difflarentur, & evanescerent. Propterea *Magdalena* dicitur *fregisse Alabastrum*, Matt. 14. 3
non aperuisse: neque enim poterat; nam de fide publicâ clausum & signatum susceperat. Et hoc est πιστικὸν, quâ voce etiam *Aristoteles* usus est pro argumento apto ad fidem faciendam.

Nomen ἀλάβαστρον exponitur apud Matthæum Matt. 26. 7.
Ὁ ὃς ἐν λαῷ λόγῳ ἐκθέτησε βυλὴν, ἢ ἀρχὴν τῶν ἱερῶν: ἢ ἐκ πρεσβυτέρων γραμμάτων δεδώκει ὁρατὴν πᾶσι.
Qui in populari sermone comprehendit consilium, vel sententiam primitivam rerum sacrarum: & ex antiquioribus literis tradidit omnibus visibilem: sicut in his exemplis, vides sub verbis sermonis publici comprehendi à me sensus eideales rerum Divinarum: & ex literis tesseralibus vocum, tanquam ex patre, generari enarrationem earum visibilem: Apparet enim cuivis carnali, quòd ex ore Dei Isai. 40. 5.
Patris procedit λόγος ἐξηγητικὸς iste; Esto enim quantumvis malevolus, negare tamen non potes, voces à me assignatas secundum tesseras suas legitimè produci: neque negare potes dictiones has ita significare in Dictionarijs, vel ex omnibus istis vocibus, hanc posse conflari sententiam: neque inficias ibis, esse similitudinem quandam signi exponendi, ad expositionem suam: & esse consensum plurium interpretationum inter se, etiamsi decies fiat repetitio; quæ demonstratio est veritatis ad oculum. Idem nomen ἀλάβαστρον ibidem exponitur. Ϛ. τὸ κάλεχον κεφαλὰς μαθητῶν ὁ βολαῖς

ἀληθινῆς κοσμικῆς λαλίας; καὶ πορεῦον, τὸ λεχθησόμε
δόναμ. *Quod continet capita doctrinæ in radijs:* id e
tesseris veracibus mundani sermonis, & procedit
dandum id, quod dicendum est. Hæc est spiritua
significatio vocis ἀλάβαστρον, per quam intelligit
dictio quævis, quæ juxta tesseras literarum exp
sitionem suam edit, & instar turbinis rosarum (
Alabastrus dicitur) diffundit se in multiplicia fo
dictionum contesseratarum: quæ plenæ sunt od
re rerum Divinarũ. Et *Marci* cap. 14. ∇ Σύντριμ
κεφαλαίου (φωνῆς) ἄγον δὶ ἀκλίνων πρὸς τὸ θεολαβ
ἀλήθειαν κοσμικῆς λαλίας, καὶ ἀρχὴν ἱερῶν χαρέν
Contritio capitis, id est, *primitivæ vocis, quæ dedu*
per radios suos, ad apprehendendum veritatem mund
sermonis: & principium sacrorum delectabilium.

Et ibidem sursùm legendo Δ Ὃς εἶχεν ἐλ
κείμενα ἐν φορύβῳ κράμματα; καὶ ἀρχὰς τῶν ἱερῶν μετα
τῶν ξητούντων γρηγορεῖν, καὶ τῶν καθευδόντων ἐξάρ
Qui apprehendit in adventu suo omnia in tumultu
sita, circa Scripturam, & principia rerum sacrarum
inter eos, qui desiderabant evigilare; & eos, qui stat
dormiebant. (id est) *Protestantes & Catholicos.*

Et כורש in Repertorio ∇ רנותן לרעה שארח
Qui agnitionem præbuit cogitationis apprehendend
(id est) symbolicam docuit dispositionẽ literaru
quæ deducit ad apprehendendum significatione
verbi. Et apud *Isaiam* ישר מלך פותח שעירים
consilium aperuit cogitationum æquarum. (id est) c
respondentium.

Sequitur, *Quem corroboravi in potentiâ suâ p*
pr

priâ. (id est) sine signorum sensibilium demonstratione, *ut sternam ante faciem ejus Catholicos, & narrationes Commentatorum exponam.* (id est) omnes Commentarios *Catholicorum* traducam ad sensum ejus.

גוים *Catholici* exponitur סוגרי הדר בריח טמנים *Qui claudunt glorioſum præconium fidelium.* Et in Repertorio. נגירה יפלו יהודה בת רדמה *Qui prædicationem ſeparant rerum Divinarum, in Proteſtantis ſimilitudine.* Tota enim fides *Catholicorum*, (quatenus *Proteſtantibus* opponitur,) est *ſignum ejus cui contradicit.* Luc. 2.34.

Vt aperiam coram eo geminas paginas, (id est) Teſtamenti, *Et cogitationes (rerum occultarum) ab eo non claudentur.* Nomen enim שער ſignificat reſpectum ſimplicem rei atcantæ.

Ego ante te ibo, & præconia ænigmatica conteram: & glorioſos ſenſus complanabo; paginas ſermonis figurati, & ſymbolici exponam.

נחושה *Æs* ſignificat modum loquendi de rebus Divinis, per formas rerum ſenſibilium: ad cujus intelligentiam opus eſt conjecturam facere per ſigna, & ſimilitudines rerum. ▽ תנה חשך טמן בשם אלהים *Narratio tenebroſa fidei, in nomine Dei.* Et in Repertorio שבינה חוש עשה שטה אממה *Repræſentatio rerum Divinarum per res ſenſibiles, faciens phraſin Papalem.* Forma loquendi de rebus Divinis, per ſymbola rerum ſenſibilium uſitata in fide *Romanâ.*

ברזל *Ferrum.* Significat formam loquendi ænigmaticam, quæ ut intelligatur, purganda eſt à ſorde publicæ ſignificationis. שם ישר אל זולת מעגה

משגה *Nomen dirigens res Divinas absque sensu cor-*
respondenti. Et in Repertorio. בהמה עיר ואורח
לקח *Quod per soni multiplicitatem illustrationem accipit.* (id est) quod exponendum est, non per similitudinem rerum; sed ambiguitatem vocis. *Et hæc est illa virga ferrea, in quâ Christus Catholicos reget, & confringet eos, tanquam vas figuli.* Et *dabo tibi thesauros* Psal. 2. 9. *symbolicæ locutionis* חשך *Tenebræ* שם בחר
בנה *Consideratio nominis, vel rerum Divinarum per occultum sermonem signorum.* Et in Repertorio
לקח שר נבל *Apprehensio intelligentiæ in mensurâ,* (id est) Proportione similitudinis.

Et arcana mysteriorum, vel destructionum. Quia totus sensus spiritualis disciplinæ religiosæ, non per similitudinem rerum dirigitur, sed contradictionem. *Vt scias quia ego sum complacentia vel fortuita, qui lego in nomine tuo Deus Israël:* אלהים significat Deum, vel Angelos, vel Iudices, vel Principes: qui res Divinas sub figuris proponunt. Et *Israël* significat hoc in loco eum, qui Angelis dominatur (juxta primitivam vocis etymologiam). Significat ergò *Deus Israël* eum, qui ita proponit res Divinas per signa visibilia, ut dominetur super omnes Angelos seculi hujus *Babyloniæ*. Triplex enim modus, quo Angeli Divina in hoc mundo proposuerunt intelligenda. Primò, per lineamenta similitudinis. Secundò, per obscuritatem, ænigma verborum. Tertiò, per sensum contradictorium Patri misericordiarum, & *Deo totius consolationis.* (id est) sensum afflictionis, & destructionis, ut fit in Religione *Catholicâ*. Si quæris quo modo ὁ λόγος in διαθήκης in nomine meo lego

2. Cor 1. 3.

rit אלהים ישראל scias quod nomen *William* per Scripturam *Perat* legatur אלהים Hebræi enim nullam vocē habent, quæ incipiat à ו præter ipsius literæ appellationem. In lectione verò *perat* vocales liberæ sunt, Nomen verò *Alabaster* Hebraicè tribus modis scribi possit. Primò, אלבשטר Secundò, אלבכתר Tertiò, אלבצר Nomen שטר significat *apparitionem*, & per metathesin שרט *lineamentum*, & tota dictio est. *Qui demonstrat res Divinas.* Primò, *non per apparitionem lineamentorum.* Secundò, *non per contradictionem verborum.* Tertiò, *non per afflictionis sensum*; sed per claram demonstrationem faciei *Christi* in religione *Protestantium*; ut juxta imaginem illam realem, & immaculatam gloria Dei consideretur. Secundò, per claram verborum intelligentiam. Tertio, in sensu bonitatis & suavitatis Divinæ, quæ in fide *Protestantium* gustatur. Est etiam ישר אל *Recta negatio.* Et hæc est illa revelatio filiorum Dei, quam omnis creatura expectavit, quæ toti ministerio superiori Angelorum præcellit, & Actores illos scenicos de scenâ deijcit. Ita enim exponitur Dictio ישראל *Israel.* עברי השם אזר לאפס בל עד *Qui Ministros nominis* (id est Dei) *accingit ad defectum, & cessationem in Babylonis testimonio, vel seculo.* (id est) Qui terminum circumscribit Angelis seculi superioris, in quo jam desinant in *Babylonis* seculo, vel testimonio confusi sermonis. Et hæc est explicatio Protestatum Angelicarum in intellectualibus, sicut *Christus* Dominus brevi præstabit in sensibilibus. 8. Rom. 19.

Propter servum meum Iacob, & Israel electum meum, (id est) propter *Protestantes* servos meos, &

spirituales *Catholicos* electos meos, *vocavi te nom*
ne tuo, & cognominavit te, & non cognovisti: In n
mine אלהים appellavit me nomine, & in nomi
ישראל cognomine, & longo tempore non int
lexi.

Ego sum verbum fortuitæ complacentiæ, &
testimonium definitum: præter me non est demonstr
tor rerum Dei invisibilium per signa jucunda.
אלהים *Deus.* אור למען ערב בל עור שלום
cingit correspondenti suavitate Babylonis testimoni
in pace. Et in Repertorio ח האיר בלילה בריל אמר
Qui signa illuminat Babylonis per divisionem ver
Vtroque modo hæc est nota Spiritus Divini in g
bernatione mundi, qui proponit res Dei invisibi
Rom. 1. 20. per signa misericordiæ, pacis, & bonitatis: & p
verbi analysin, non per signa rigoris, & destruct
nis naturalis. Quemadmodum S. *Paulus* testat
testimonium quod Deus perhibuerit de seip
Gentibus, fuisse hoc, *quod plurias, & tempora fr*
tifera cœlitus præbeat: ut impleat nutrimento, &
Act. 14. 17. *vitrâ corda hominum.* Et contra omnes plagæ Æg
Psal. 71. 49. *pti* dicuntur fuisse *immissiones malorum Angelorum*

Vt sciant ab ortu Solis, & ab occasu, quòd determ
natio (id est) verbi, *sit præter me*, vel *non sit testim*
nium meum. (*Quia verbum Dei non ligatur.*)
2. Tim. 2. 9. *sum complatentia verbi fortuita, & nihil ultrà, vel*
testimonium legis determinatum.
יהוה *Dominus.* יצר מעשה ברא ברעיך
formet opera creaturarum per Analysin: id est, verb
Et in Repertorio ' paginâ 2. lineâ 2. נ אברהם
מועד חירם *Basis Scripturæ, Pater multorum sonor*
temporis statuta exponens. Nam licet non explic

ver

verim totam potentiam verbi, tamen directio numeri ad utramque paginam se extendit. Et in paginâ priori נותן ברכה לגו ממנה *Qui dat benedictionem tergo* (id est) Scripturæ, *ex partibus ejus*, (id est) literis divisis.

Hæc latiùs exposui quoniam cohærent argumento præsenti: ut ostendam quid per *Cyrum* intelligatur. Nunc ad *Danielem* revertor.

In Anno tertio Cyri Regis Persarum. Spiritualitèr vertendum est *in significatione arcanâ tertiâ Cyri*, (id est) *illius, qui direxit sensum Scripturæ per divisionem vocum.*

שנה *Doctrinis* Exponitur אשור נקרא באמת *Directio appellationis*, (id est) *Cyri in veritate*: Et in Repertorio שמע מטן רעת.ש *Sermonis arcani scientia, vel notificatio*: (id est) expositio vocis arcanæ. Et hic est annus mysticè constans ex multis instantiarum inductionibus.

כורש *Cyrus* triplicem expositionem habet: sicut dicitur מלך שמו בלטאשצר שלש *Consiliarius, vel Director Scripturæ, cujus nomen est* Baltassar: tripliciter, per metathesin *Alabaster*: (ut superiùs dictum est) Primò סך יום ראשון נושא *Qui tegumentum diei*: (id est) intelligentiæ primitivæ, *abstulit*. Qui personam actus religiosi inter *Catholicos* tollit: sub quo primitiva fides *Christiana* tegitur; sicut dicitur, *Et auferet Deus velamentum*. Item, qui velamenti illustrationem primitivam aufert: (id est) priorem modum exponendi S. Scripturas per similitudinis conjecturam, abolet. Secundò כורש exponitur כתם פונה ראה נחשה *Qui signa evertit, vel delevit visionis silentis*: Visio silens est omnis

Isai. 22. 8.

doctrina-

doctrina Ecclesiæ *Romanæ*, quæ non secundum similitudinem rerum, sed per ænigma verborum exponenda est : quoniam sub formâ sensus, & operis contradictorij, proponitur veritas fidei *Protestantium*, sub omnibus præceptis disciplinæ Monasticæ. Cùm ergò ad intelligentiam eorum accesseris, non est respicienda forma, & similitudo operum, ut secundum eam, sensum similem facias: sed tantùm ænigma verborum. Significat etiam, *qui notas evertit visibilis sensus*, (id est) sacræ Scripturæ lectionem Grammaticè determinatam mutat. Tertiò כורש *Cyrus* קולה המון ראה נשא *Qui ex ipsâ voce, eideam rerum visibilium apprehendit.* (id est) Forma visibilis doctrinæ religiosæ, vulgaris est exercitatio operum externorum, secundum præcepta disciplinæ religiosæ; quam ad tempus toleravit, & in fine abolevit. Similis est expositio vocis *Cyrus* כורש, in Repertorio numerali אך מקום רחל ד רח אל אמר אמר כשב חשב *Qui perpendiculum suscitavit.* Primò, *Ovis solatij Divini.* Secundò, *Ovis verbi.* Tertiò, *Agni, in rationali divinatione.* (id est) qui suscitavit triplicem inclinationem Agni, id est, Naturæ innocentis, in voluntate, intellectu, & ratione. In voluntate, solatium libertatis Evangelicæ in usu voluptatis honestæ : in intellectu, studium verbi Dei interni, secundum sensum complacentiæ : in ratione, investigationem sensus arcani correspondentis signis suis methodo certâ. Exponuntur partes divisionis hujus ordine in sequentibus. Primò, כורש exponitur שבר כסף אשרים במעשורת *Qui abscindit desiderium beatitudinis per opera.* Scilicet requiescere docens in solâ fide, &

solatium

solatium percipere in unione *Christi*. Secundò, כורש *Cyrus* כל מקנהו אשר בשם *Qui omnem acquisitionem suam fœlicitèr dirigit in nomine*. (id est) verbo Scripturæ, nullam doctrinam eliciens è legè præter Evangelicam, quæ ad fœlicitatem ducit. Tertiò, כורש *Cyrus* משובר כנור באמר שומר *Qui conversionem harmonicam rerũ per verba observat*. Conversio harmonica, est expositio Allegorica, in quâ res rebus, & verba verbis consonant. Et triplex ista consideratio nominis *Cyri* suscitantis Agnum respondet tribus oppositis considerationibus, *Lupi*: Impij, Peccatoris, Allusoris; (id est) rigidi religiosi; & literalis legum Interpretis, & Allegorici *Pantominsi*.

Regis Persarum (id est) Dirigentis lectionem, & expositionem Scripturæ per divisionem vocum, quemadmodum feci in *Apparatu*. Neque te moueat, quòd alitèr exponam historiam *Cyri* hoc in loco, quàm superiùs feci. Hîc enim in materiâ expositionum versatur Scriptura: Illîc in materiâ rationalis discursus. *In Anno tertio Cyri Regis Persarum* (id est) in expositione triplici nominum ejus. *Verbum revelatum est* Danieli *cujus nomen est* Baltassar. Non refertur nomen *Baltassar* ad *Danielem*, tanquam cognomen ejus, quid enim pertinuit hoc ad Prophetiam? quæ non *Chaldæis*; sed *Iudæis* data est: sed refertur ad verbum, quod relatum est *Danieli*, & verbum illud est nomen *Baltassar*: per metathesin *Alabaster*, quod in expositione triplici nominis *Cyri* revelatum est. (ut superiùs apparet) Nomen *Baltassar* Hebraicè scribitur בלטאשצר 1631. vel 1632. Nquobus modis lecto: in cujus tempo-

ris fine appariturus eram. Sub nomine verò ho
continetur triplex lectio nominis mei. Pri
אל בשטר. Secunda אלבסתר. Tertia אלבצר *Non*
ministerio lineamentorum, non in formâ contradictio
non in afflictionis sensu.

Et veritas verbi, & conventus, (scilicet) v
borum, magnus. צבא *Conventus* דברים כאמר
Comprehensio multorum verborum in uno: & in
pertorio אצל נביאה שאר *Iuxta Prophetiam car*
lem. (id est) Conventus aliorum verborum, & s
suum juxta Prophetiam literalem. Præsuppo
simplicem sensum vocis צבא, quam explicat.

Et intellectuale erat verbum ipsum, & intelligen
inerat ipsi formæ visibili verbi. Quoniam מאשר
habet sensum in vocibus divisis, & in ipsâ for
literarum *Baltassar*, per Metathesin.

Ver. 2. *In illis diebus ego Daniel fui lugens tribus heb*
madis dierum: Tres hebdomadæ dierum signific
totidem dictiones desumptas è tertio capite
mentationis; per quas nomen *Baltassar* exponend
est: quia septem literæ nominis בלטאשצר per t
dem dictiones in triplici Alphabeto *Lamentation*
expositæ faciunt 21. quotempore, *Daniel nonen*
Ver. 3. *dit panem desideriorum, neque vinum bibit, nec*
guento ungitur: Donec perficiantur tres illæ hebdom
vocum. Quoniam neque spiritualem doctri
verborum Prophetiæ suæ, neque Allegoricam,
que tesseralem suscepit. Per digressionem en
textu *Danielis* introducuntur voces 21. *Lame*
sionum in Commentario hoc.

לחם *Panis.* מחמדות חדש מחזה מלאה *Dictio*
gnata nova enarratio, vel interpretatio, scilicet,

ter

tentiæ alicujus figuratæ expositio secreta, per aliam lectionem verbi. Et in Repertorio קול אחיך ע"ר *Vox fraternè suscitata.* (id est) æquivocè exposita: Omnis (scilicet) doctrina intellectualis ducta ex figurato sermone Scripturæ, per arcanam expositionem verborum. Sicut *vinum* est omnis doctrina intellectualis producta ex similitudine rerum.

יין *Vinum.* מ' סך הראשון *Sententia una velata sub priori,* Et in Repertorio צחק מק'מרה הנרה *Allusio suscitata suavitèr.*

סך *Vnguentum.* מסך יתר כל *Temperatura reliquiarum, vel seminum omnis linguæ.*

כל enim per abbreviaturam scribitur à *Iudæis* pro כל לשון *Omnis lingua* (id est) commixtio vocum per literas acrostichas, vel tesserales. Et in Repertorio. שרד ביר"ה כהן *Rubrica, vel directorium ductus literalis, per quod intelligentia vocis divinatur.*

Hæc est expositio nominis *Baltassar*, juxta primitivas dictiones versuum in triplici Alphabeto, 3. cap. *Lamentationum.*

ב	ל	ט	א	ש	צ	ך
בלה	לרכא	טוב	אני	בשמעי	צוד	רבים
בנה	להטות	טוב	אות	שפתי	צמתו	ראית
במחשיך	לעות	טב	אך	שב	תם	צפו	ראיתה

1. *Abolet contritionis bonitatem homo meus, qui in famâ insidiatur Catholicâ.* Hæc est prima doctrina *Baltassar* spiritualis, quòd totam praxin disciplinæ rigidæ *Catholicorum*, quæ sub formâ verborum fidei, insidiatur auditori carnali, abolendam docet.

2. *Ædificat super declinationis, vel perversitatis sermonem scripturam labiorum, vel expositionis, quæ*

præscindi videtur. (id est) super verba doctrinæ *Catholicæ* ducentis ad perditionem, construit Scripturam doctrinæ *Protestantium*, quæ damnari videbatur. Sicut dicitur, *Hic positus est in signum cui contradicetur.*

3. *In tenebrosâ linguarum famâ certò reddit perfectum respectum rerum visibilium.* (id est) in locis S. Scripturæ, in quibus de rebus sensibilibus sermo fit, per ipsam verborum significationem elicit sensum Allegoricum, qui similitudini rerum sensibilium perfectè respondet. Et hic est ille *vir, qui*
Psal. 1. *non ambulavit in consilio impiorum,* (id est) vitâ activâ Religiosorum, est enim consilium de rebus agendis. Et in viâ ם'נתיב *Textualium, & literalium legis expositorum non stetit*; *Et in cathedrâ Illusorum* (id est) Allegoricorum *non sedit*: Non in afflictione Religiosorum, non in literali expositione ænigmatum legis; non in lineamentis Allegoricis. Erit sicut עץ Plantata supra divisiones מ'ם (id est) numerales notas vocis. Plantetur ergò עץ 972. super מ'ם 654. Et prodibit annus 1626. qui est primus annus novi mundi per revolutionem Cœlorum. *Et in illo tempore proferet fructum suum*; qui non producit opera pietatis, & sapientiæ hujus seculi: sed futuri, qui illo anno audietur. Nunc quatuordecim quidem tres hebdomades transierunt, in quibus luxit Prophetia *Danielis*, revertar ad consolandum eam.

Ver. 4. *In die vigesimo quarto Mensis primi, & ipse fui super ripam fluvij magni, qui est Hiddekel.*

Velim Doctores seculi hujus scisciteri, quid pertineat ad narrationem visionis sequentis descri-

pti

prio hæc; circumstantiarum, loci, Mensis, & diei, aut in quem usum converterint; Respondere possunt וּלְהַגִּיד, neque putant ad rem pertinere, curiosè in hoc versari, cùm sit fundamentum intelligendi totam visionem.

Ratio Anni arcana formatur in libro *Lamentationum*, diviso in 40. series in longitudine, & in duodecim Disticha in latitudine: quæ respondent 12. Mensibus. Et triginta series in longitudine, totidem diebus constantibus ex nocte, & die.

Nomen Regis, aut Historiæ, significat generalem materiam doctrinæ, quæ determinatur particularitèr, per Mensem, & diem; Annus enim doctrinam significat. Annus tertius *Cyri* significat doctrinam hanc, quam prædico de exponendâ fide Ecclesiæ *Romanæ*, & sensu *Lamentationum* mystico sine respectu similitudinis adæquatæ.

Tres enim Anni *Cyri*, exponuntur in Dictionario *Cinoth*, in tribus primis ordinibus vocum Acrostichè decurrentium. Primò כל עמירה הוציא מנוארה שמע: *Qui omnem miseriam egredi facit, ex visibili congregatione, vel Ecclesiâ.* (id est) Qui sensum contritionis, & mortificationis carnalis more *Catholicorum* usitatæ ex Ecclesiâ ejicit. Secundò, in secundâ serie vocum acrosticharum. נאנחים בתה מצר תנאורה נחרה *Qui lamentationum desolationem ab afflictione per dissolutionem verborum deducit.* Tertiò מבקש בציון מע' אגן *Qui investigat per lectionem Acrosticham sensum internum lamentationis.* Et hæc etiam est descriptio ministerij mei in triplici oppositione, ad impios, peccatores, & allusores: Religiosos, Textuales, & Allegoriæ

Hariolos. Est ergò materia communis visionis quæ
quentis, descriptio hominis investigantis sensu
correspondentem *Lamentationum* historiæ simp
ci, per lectionem Acrosticham; non per simili
dinem rerum.

In vigesimo quarto die עשרים *Vicesimo* exponi
ארבעה חדש יד נהר *Collige in seculo hoc, novam*
terminationem cursus ejus beneplaciti. (id est) mot
temporei qui distinguitur in annos, & dies, n
vam annorum formam collige præter vulgare
ארבע *Quartò* ראשון נהר בורים עינו המנה *Inp*
mo fluxu vectium, id est, *literarum transversar*
Lamentationis ejus formam numera. Est ergò prim
Mensis prima series Distichorum Lamentationi
& dies vigesimus quartus est dictio, quæ in vig
simam quartam extensionem longitudinis incid
sunt verò voces illæ ביום אפו ושריה Vt potes
dere in exemplari ipso, quod habes in tubâ secu
dâ. In Repert. ה לשמן תור שנה ימים ע עשרים
Ascende ad harmonicum ordinem anni dierum.
אמר רמש בהמה עשות אלהים ארבעה *Quarto*
gita callem in sonis facere lamentationum. (id est)
directo ductu à lævâ ad dextram fac callem dier
in vocibus *Lamentationum.*

Et ego fui juxta ripam fluvij magni, ipse est Tig
Fluvius significat decursum vocum ad placitu
& fluvius *Tigris* decursum vocum sursùm, & d
orsùm super primas voces versuum modo ac
sticho, אחר בורים נרק לחידי חרקל *Tigris* Vnio
terarum in tantillis partibus earum. Et in Reper
rio אחר ברורים במשקה פנים *Vnio partium intra*
cursu facierum. Et vidi, & ecce vir unus.

Gen. 5.

איש *Vir*, אופו גוי הובתר שיש *Fortificans corpus S. Scripturæ per Protestantis gaudia*: (id est) qui novum corpus Scripturæ acrostichæ confirmat in sensu gaudij *Protestantium*. Quoniam simplex narratio *Lamentationum*, miserias deplorat Ecclesiæ *Iudaicæ*, & *Protestantium*: qui sunt Iudæi spirituales: sed per lectionem acrosticham ipsi eximuntur ad gaudium, & derelinquuntur *Catholici* in lamentatione. איש in Repertorio. אלהים חיה מעשה ברים *Lamentationum vivificans opus inautus lineis*: בחם כל פיד זרוע המן ▽ *Signum omnium redemptorum à potentiâ multitudinis, vel Catholicorum.* Et in Repertorio המר דמות דרה משמים *Similitudo consonarum descendentium à Cœlis.* Voces enim *Lamentationum* deorsùm lectarum, sunt vestimenta sensus acrostichi; & sunt signa redemptorum à *Babylone. Et lumbi ejus accincti auro puro*: Vox מתנ' *Lumbi* significant *gratificationem*: כחם גוי פנה בעין זרועתיו *Signorum corporeorum, vel exteriorum respectus in formâ virtutis suæ.* Hæc est enim imputatio justitiæ gratuita, quando operatio in umbrâ signorum æstimatur à *Christo*, & spiritualibus pro vero opere, & virtute fidei justificantis. Et sicut Lumbi mediam partem corporis obtinent, & conjungunt inferiora superioribus: ita spiritualis per imputationem, gratiam cœlestis Ecclesiæ cum terrenâ communicat. In Repertorio. מקנה שאר ממנ' יהוה אלהים *Acquisitio hominum carnalium pro seipsis, qui sunt in complacentiâ Divinâ.*

Cincti erant auro obryzo: מראה עינין לפיד ▽ אופן *Visio figuræ* ן *Analytice illustratæ*: Significat etiam אופן fortificatum (scilicet) per punctum in ventre

ventre literæ. Et in Repertorio למינהו מעוף זכר
Homo in ſpeciei vel figuræ ו *involutus memorial*
nis ſpiritualis ſecundum exemplum Domini
portat jugum infirmorum; & carnem à ſpiritu
Ioan. 4. 20 ſeparat, quæ nota eſt *Antichriſti*: ſed unum a
per imputationem connectit. Et hæc eſt illa ra
quam ſpirituales præpoſiti fidelibus reddunt
animabus populi neſcientis arcanum Dei; q
Hebr. 13. 17, cùm faciunt animo benevolo, benè illis eſt:
ſolvunt eos, & liberum iter præbent ad Cœl
ſin verò rationem reddunt activam illorum cu
dignatione, fit populo ἀλυσιτελὲς *ligatio ſempit*

Dicitur cinctus lumbos ו. Quoniam ו in e
riori lectione Scripturæ, ſignificat omnem c
lam orationis, quæ unam partem alteri conne
& ſimiliter ו in ſpirituali expoſitione Scriptu
nomen eſt Dei, & *Chriſti*, & omnium Sanctor
qui fugerunt corruptionem ſeculi, & gratiam
imputant membris *Chriſti* infirmis, qui altiu
ſcendere non poſſunt. Et hoc illud eſt, quod in
die menſis primi dicitur demonſtratum eſſe.
eſt enim ſententia 10. primarum horarum illiu
ei. *In expoſitione faciei externæ* ו *literæ, reſpectus l*
ו *concludit omnem reſpectum, & occaſionem deduc*
ſententiam ad proſperum finem. Quemadmodum
vitas literæ ו; (id eſt) *ſanctior uſus vocis ſignifi*
verbo interno, Timoris concordationem, & retrib
nem. Sicut ו ſignificat omnem copulam oratio
ita ו ſpiritualiter ſignificat *Chriſtum*, & Sancto
jus, qui mediationem faciunt, & conciliatio
populi ſimplicis ad juſtitiã Dei per fidem. Qu
1. Cor. 10. 1. admodum dicitur de *Moſe*, quòd *Omnes Iudæi*
bapti

Baptizati ad eum, (id est) in ejus sensu; *cùm transirent mare rubrum*: & quoad *Mosis* sensum, participes facti sunt corporis, & sanguinis *Christi*: cùm mannam & aquam gustarent.

Et corpus ejus erat simile Tarshish תרהש"ש Per resolutionem vocis significat *Protestantem gaudentem*: quia status Ecclesiæ nostræ, gaudentis de liberatione suâ nunc factâ per virtutem verbi, & sapientiæ Dei, corpus est *Christi*, & spiritualium virorum. Exponitur in sequentibus תרש"ש *Chrysolithus* נחלרה אמר 'ישר אל נרדף בקש *Dissolutio verbi dirigit ad cognomen inquirendum*: monet esse cognomentum hominis, & esse quærendum per dichotomian vocis. Et in Directorio. ספח אמר 'ישר אל דרף שאר *Conjunctio verborum dirigit ad cognomen inquirendum.* Est enim תרה à תר *Protestans*, & ש"ש *gaudium*. Et hoc in loco vide admirabilem consensum duorum locorum Scripturæ dissitæ, & non solùm ad eundem sensum; verùm etiam, & verba. Ver. 6.

Et facies ejus tanquam visio fulguris. ברק ∇ דברים מראה בקול *Verborum visio in voce:* (id est) tesseralis respectus multorum verborum sub literis vocis unius. Vnde sicut fulgur emicat è nube in hâc parte, deindè videtur in alterâ, & obliquo ductu fertur; sic dirigitur tesseralis lectio. Et in Repertorio ברק *fulgur.* ∇ ראש 'יתורת ברא קרא *Ex principijs apicum creatio nova lectionis.*

Et oculi ejus sicut lampades ignis. לפי' *Lampades* קול נפלה עלי'הם לברי' הוד' *Vocum segregatio juxta consonarum simplicium ductum.* Et in Repertorio, ילד טרף ראית עור פני' *Generatio apicum demonstrans*

testimonium respiciendum.

אש *Ignis* ראה נשים אשר שאל *Visio spirit*
ad beatitudinem dirigens res carnales. Et in Repe
rio, ארש שמים באמר מעופים *Expositio rerun*
lestium sub verbo involutarum.
ורעתיו *Brachia ejus:* שאר עצר נוע ברכי כפורת
Illustratio residuam concludens formam, ex prope
num affirmatarum inclinationibus: Et in Reperi
folio ו. ∇. עבר עלם חצר או מותת אבי מאל
אופרת *Potentia prægnandi,* (id est) *vivificandi*
cultam conclusionem, vel interimendi, ex maiori
antecedente præciso, vel fructificato. (id est) Pot
pariendi conclusionem priùs ignotam, ex an
denti affirmato, vel negato, hæc est ratio Lo
Et *Brachium dextrum,* est potentia ratiocinand
fitivè: & sinistrum privativè: undè Brachium
stat ex tribus partibus, calamo, cubito, & m
quæ est particularis illatio consequentiarum.
מרגלתיו *Pedes eius* ראה גדל פלה שאר לבר הוד
Imaginatio, vel cogitatio videns grande, (id est)
versale iudicium reliquorum, vel totius massæ,
gularium glorificatione.: (id est) Potentia ind
di universalem conclusionem ex singulariu
stantijs. Et in Repertorio דרך עגל אתימלך
התי אבישי צור: *Positiva ratio ambiendi, vel indu*
ex fraternâ æstimatione singularium generale at
tum formans. Tanquam species נחשת *Æris.*
הדר שאר נואת *Imaginatio discurrens per totam*
sam in uno individuo. Et in Repertorio שנה
לוראת *Ex similitudine, vel firmitate unâ socia*
conspirante, variarum implicatio.
קלה *Politum, & splendens* ל דני אל לברו

indicata in solitudine suâ : (id est) Propositio per se evidens. Et in Repertorio פקוד שלש אלף *Quod ex ipso respectu, vel primo intuitu perfectè discitur :* (id est) *per se clarum.*

Et vox verborum eius tanquam multitudinis: Quia expositiones hæ, quas vocibus assigno, per infinita exempla similium relationum confirmari possunt juxta tesseras.

Videte in exemplo meo quanta sit gloria hominis, qui in verbo Dei interno studium suum collocat. Demonstratio sensus Divini verbi ex vocibus per tesseras suas eductis, *est facies fulgurans*, respectus literarum vocis divisæ, ad eliciendum sensum cœlestem; sunt *oculi tanquam lampades ignis*: Potentia argumentandi, & inducendi generales propositiones per hunc modum claræ evidentiæ: *sunt brachia & pedes æris instar candentes, & corruscantes*: & oratio ejus *tanquam magnæ multitudinis in ore unius hominis loquentis.*

Cap. 43.
Expositio II. Capitis Danielis.

Dvplex est (ut dixi) ratio exponendi quatuor imperia; altera de quadruplici modo exponendi Scripturam, historico, morali, allegorico; & anagogico. Altera de ratione exponendi *Lamentationes Hieremiæ*, quæ incipit ab octavo Capite.

Ideo dicit, *Anno tertio regni Baltassar Regis visio revelata est mihi*, אני דניאל *causam quærenti judicij Divini (in Lamentationibus) diversa ab illâ, quam videram in principio.* Verba enim illa, *ego Daniel*, si aliter exponantur, superflua erunt, cùm enim dixisset *mihi*, quorsum adderet ego *Daniel?* cùm perspectum esset intelligi personam ipsius Authoris libri; nec quisquam Prophetarum eo modo locutus est. Sed dictio אני significat non solùm *Pronomen Ego*, verùm etiam Verbum אנה. Quod exponitur causam, quærere. Et vox דניאל significat, vel *judicem Deum*, vel judicium *Lamentationis* אל posito brevitèr, pro אלה *Lamentatione.* Exponitur מדינה חזון ואן אבל אול *Iudicium visionis, & mentis, Lamentationis primitivæ*: Et in Repertorio, יד נקבה ברכה במקרא שלש *Qui generat interpretationem maledictionis, benedictionem in scripturâ perfecti.* Ergò *Danieli* quærenti, quomodo possit liber *Lamentationis* traduci ad solatium populi *Iudaici*: dicta est hæc visio secunda.

Ver. 1. *Et ego in Anno primo Darij Medi*, &c.

שנה *Annus* שלש רצון מלכות *Perfecta complacentia directionis Scripturæ. Annus* enim שנה significat doctrinam generalem, sed cùm adjungitur personâ aliquâ, determinatur spiritualitèr ad eam. Et in Repertorio. ש ם לפנ בעת *Perfecta forma suscitationis mortuorum.* Suscitatio verò mortuorum duplex est: altera corporea, quæ præstabitur à *Christo*, altera intellectualis, quæ nunc præstatur, suscitando sensus sepultos sub literâ, ad vitam intelligentiæ æternæ. Et secundum hanc rationem computatio temporum, & annorum dirigitur à Deo per

quatuor

quatuor Monarchiis: quæ significant (ut dixi) quadruplicem expositionem Scripturæ: ad sensum rerum sensibilium, & Physicarum; quæ per modum mysterij eliciuntur: Et sensum moralem, & spiritualem Allegoriæ: & Divinum anagogiæ. Et secundum hoc exemplar, quadruplex erit gradus resurrectionis corporum. Quædam enim resurgent ad vitam contemplativam, & operativam in Physicis, more *Philosophorum*: alij ad cultum civilem virtutis, alij ad formam vitæ *Catholicæ*; alij ad statum *Protestantium* beatorum. Forma autem Resurrectionis pulchrè declaratur, in ratione Anni germinantis novam sobolem rerum ex hieme; in quâ omnia terræ germina mortua sunt.

Et quadruplex iste status resurgentium, similis est quadruplici potentiæ animæ: vegetativæ, sensitivæ, rationalis, spiritualis, supradictæ. Quia vita *Philosophorum* est tanquam vegetativa, in expansione Naturæ corporeæ, per notionem intellectualem in justum incrementum scientiæ; secundum legem Naturæ sensibilis. Sensitiva est tanquam vita Moralis; & politica in sensu rerum convenientium Naturæ humanæ, in ratione boni; vel discrepantium, in ratione mali: Rationalis est tanquam vita *Catholica*, in analogicâ formâ Divinorum, supra communem morem vitæ civilis: & Spiritualis respondet vitæ *Protestantium* qui per Spiritum Dei renovati sunt, in spiritu mentis suæ. Et secundum quadruplicem hanc formam, *Christus* qui est caput omnium hominum, & qui naturam generalem hominis suscepit, vivificabit corpus suum. Sed hæc obiter, neque tamen inutiliter, nec insuaviter.

דריוש *Darius* multis modis exponitur, sicut statim apparebit: sed hoc in loco vertitur, עד חוק ש' מלכות משל *Qui ministerio sorti privat directionem*, (scilicet) *Lamentationum*, *iuxta similitudinem*. Quoniam (ut dixi) Regnum *Medorum*, & *Persarum* significat directionem libri *Lamentationum*, juxta sensum literalem tantùm. Quoniam in Primitivâ Ecclesiâ longo tempore viri docti, qui sacras Scripturas considerabant: recenti adhuc memoriâ destructionis *Synagogæ*; non alium æstimabant esse sensum *Lamentationum*, quàm historicum *Iudæorum*: quæ multis vicibus destructa est sensibiliter: & quia non videbant, quomodo posset ad Ecclesiam *Catholicam* trahi.

In Anno primo אמירת חוק מלכות אחת: *Veritatis terribilis validum regnum*, vel directio *Lamentationum* valida, in sensu veritatis literalis, quæ terrorē ostendit judicij Divini. Significat enim אמת veritatem severitatis, non charitatis; unde distinguitur contra חסד *Misericordiam*, & spiritualiter pro veritate fidei *Catholicæ* accipitur, & *Papali* אמת

In illo ergò Anno (id est) opinione, quòd secundum literalem sensum verborum exponendus esset liber *Lamentationum*, & non secundū Allegoriam; *Stabat Angelus ad confirmandum eum; & corroborandum*. Hic tu fortasse transires, & communem sensum verborum sequutus, nihil aliud existimaret significari, nisi quòd Angelus Præses illius Provinciæ astiterit illi; ut regnum ejus confirmaret: sed, vel ab hoc exemplo discas in posterum, non innitiintelligentiæ tuæ seculari. Quia *licet stultus*

Pro. 17. 24.

in

memoriale analytico vocis *contritus*, *stultitiam suam non deponat*: tamen si sit verbum multarum literarum prodet secreta rerum, quibus conjungitur.

לכחוק *Ad sustinendum*: Exponitur. אמת חק ארץ לעמדוקן *Vt veritatis formalis, vel terribilis diriderem orationem communem post ministerium ejus finitum* (id est) ut generalem propositionem sensus literalis tantùm sequendi, in *Lamentationum* libro, cujus *Darius* Actor erat: per distinctas rationes probatam, demonstrarem, in quatuor successoribus suis. Erat enim (ut dixi) regnum *Darij* Actus scenicus, repræsentans propositionem hanc præsumptam in animo Interpretum, inter *Christianos* Primitivæ Ecclesiæ. Quòd non esset expectanda Allegorica interpretatio *Lamentationum Hieremiæ*, in Ecclesiâ *Catholicâ*. אמת vel ab אמר significante *mensuram*, & hypotypôsin, vel ab אימה *terrore* dicitur. Significat enim veritatem, & μόρφωσιν τῶν θείων sed in sensu aspero, cujusmodi est narratio literalis, & communis *Lamentationum*: cujus partes *Darius* egit. Quæ post finem ministerij, & regni ejus, repræsentanda erat à quatuor sequentibus, in similitudine quatuor argumentorum; quibus usi sunt viri docti; qui illam opinionem tuebantur. Et hinc apparet, חזק significare apprehensionem distinctam rerum; non confusam. Et in Repertorio exponitur in literâ ח. מאר תחילה ברז למושב שקר *Vt materiam primam distinguerem, juxta subjecti desiderium.*

Altera vox למען *ut corroborarem*. Exponitur, אמת עוד רבע חוקן *Vt veritatis terribilis testimonium quadrarem dominio illius*. Et in Repertorio ע. למען עליו ירי ובחן *Vt demonstrarem juxta, vel super opus illud*

lud interfectionis, & laniena Iudaica : de quâ lamentatio instituitur, (id est) ut generalem formam propositionis illius, in Imperio *Darij* ipsius demonstrarem.

Ver. 2. *Et nunc veritatem dico tibi, tres Reges adhuc stabunt super Persas, & quartus faciet divitias multas, super omnes,* &c.

Quatuor hi Reges significant quatuor rationes, propter quas videbatur hominibus doctis considerantibus librum *Lamentationum*, quòd non esset facienda Allegoria ejus ad Ecclesiam *Catholicam*: quæ à Spiritu sancto omnia prævidente repræsentatæ sunt, per quatuor Reges : qui *Darium* insecuti sunt. *Darius* enim ipse repræsentat propositionem generalem, quæ à quatuor sequentibus confirmata est : tanquam totidem argumentis. Reperiuntur omnia hæc in expositione nominis *Darij* in Dictionario *Lamentationum*, quod in sequenti tubâ proposui. Si enim in quinque primis columnis dictionum *Lamentationis* distinctis, secundum literas nominis ejus deorsùm legendo, colligas expositionem nominis *Darij :* Ita se habent.

דרכי	ציון	אבלות	מאי	מבלי	כל שעריה
ראה	מעי	יהוה כי צר	חמר מרו	נתך לבי	
יד	צר על כל פרש		מחמודיה	כי ראתה גוים	
יצא	ציון	מבת	כל הדרה	היו שריה	
שמע	אני	נאנחה	אין מנחם לי	כל איבי	

1. *Qui conculcationem Ecclesiæ Iudaicæ respicit, secundum consilium ; vel sensum externæ historiæ : vel simpliciter conculcatio illa respicienda est :* Hæc est propositio quæ quatuor rationibus firmatur.

2. *Contemplatio erit angusta, & difficilis si exponatur*

stur de Ecclesiâ Catholicâ lamentante.

Tertiò, *Lamentationum sensus interior contrarius est omnium Doctorum menti.*

Quartò, *Si nemo ingrederetur Ecclesiam Catholicam, mutaret beneplacitum suum Deus:* & deficeret gloriâ suâ, si non misereretur ei.

Quintò, *Omnis cogitatio cordis perversa est, quæ respicit Catholicos, tanquam illi essent intelligentia, vel sensus inimicorum suorum:* (id est) *Iudæorum.* Hæc est quadruplex ratio, quæ expositores primitivæ Ecclesiæ detinuit; ne aggrederentur transferre librum illum Allegoriæ. Primò, difficultas ipsius materiæ terrebat eos; qui conijcere non poterant, quomodo possit Ecclesia *Catholica* in desolationem incidere. Secundò, quia repugnabat opinioni receptæ Doctorum temporis illius. Tertiò, quia derogare videbatur gloriæ, & misericordiæ *Christi:* si pateretur Ecclesiam *Catholicam* in illum statum lamentabilem incidere. Quartò, si quis hoc in animum induceret; videretur malè animatus in Ecclesiam, & pravam de eâ opinionem fovere. Et hæc est illa quarta ratio, *quæ faciet divitias multas, præ omnibus.*

עשר *Divitiæ* עיר משל לרב *Erectio rei Paraboliæ, & similitudinem habens rei alterius in rem, quæ in seipsâ magna sit.* Et in Repertorio, ער ראש מעשי בר *Quod in principijs operis, vel substantia propria tectum est.* (id est) Omnis notio rerum creatarum in essentiâ suâ primâ, & naturali: sine relatione ad id, quod significat. Quicquid enim exponitur in sensu simili manifestatur; & quicquid simplicitèr accipitur, tegitur. Sunt ergò divitiæ Ephes. 5. 13.

omnis scientia, & omnis virtus, & bonitas operum simplicitèr apprehensa; quoad substantiam
1. Tim. 6. 17. operis sui: in quibus monet *Apostolus ne quisquam confidat.* Est enim πλῶτος, τὸ πέλοι ϑ᾽τως: ἁπλῶς τώμενον. *Id, quod habet similitudinem alterius: simplicitèr apprehensum.*

Quarta ergò illa ratio præ omnibus alijs promovebat acceptionem *Lamentationum* in proprio sensu, sine mysterio aliquo. Timor enim incurrendi suspicionem heretici, maximè coercebat eos, qui librum illum vellent allegoricè exponere.

Suscitabat, vel provocabat totum regnum Græcorum. יון *Græcia.* שם אים באחריתה נתש *Nomina, vel fundamentum Scripturæ per rem aliam eradicans.* Qui per expositionem allegoricam eradicat respectum literalis. Et in Repertorio, תרי אות לשנים *Qui multiplicat signa, vel Scripturam in doctrinam diversam.* Hoc est, quod provocavit homines allegoriæ studiosos, ad exponendum librum *Lamentationum* allegoricè: quoniam æstimabatur illo tempore, non posse hoc à quoquam tentari: sine suspicione hæresios, aut affectus alieni ab Ecclesiâ *Catholicâ.*

Primus ergò, vel inter primos Origenes *erexit regnum allegoriæ in Threnis.* מלך *Rex* משל בארבעכח *Qui dominatus est in quadraturâ similitudinis correspondentis, vel cognatæ.* Et in Repertorio מלך עם נם *Qui adæquatè, vel parallelè incessit cum re simili.* Sed hic est Rex *Ianan:* vel Director scripturæ rationalis per Allegoriam. Nam expositio vocum, secundum rem de quâ agitur, determinari solet.

risolet. Nam contrà de Regibus *Persarum* expositoribus literalibus dicitur. מלכים *Reges.* עומרים *Qui insistunt in hoc, ut diffament omnem apprehensionem eorum, qui suscitant paraboläm, vel similitudinem.* Et in Repertorio, במשב אלה משה הלך יהוה בקרב *Qui e subiecto lamentationis eliciunt viam complacentiæ Divinæ, quæ est in confesso.*

נבור *Fortis.* ∇ נגב רב משל חובר *Qui correspondentiam magnam similitudinis conjungit.* Et sursùm legendo Δ גדול רביע עוד דריש *Magnus quadrator testimonij generationis Iesu.* Quæ est propria designatio *Originis.* Et in Repertorio. מומרה בנן רוח קרא *Qui studuit in occultis spiritualia prædicare.*

Rex magnus, & dominans dominatione multâ, Ver. 3.
faciens ad placitum suum: & secundum æquivocationem: qui potestatem habuit faciendi multas assimilationes; & ita egit ad placitum suum.

Et cùm steterit, confringetur regnum ejus: & di- Ver. 4.
videtur in quatuor ventos Cœli; & non in posteritate eius, neque secundum potentiam eius: quia eradicabitur regnum eius, & ab alijs præter hos.

עמדו *Cùm steterit* ארבע שמים לפר אלה *Et cùm quadraverit desolationem cœlestem, desolationi lamentationis.* Et in Repertorio. יעלה מנחה ביר לקח *Et cùm obtulerit oblationem in opere doctrinæ suæ:* (id est) sensum allegoricum suum, qui respondeat literæ.

Confringetur ratio ejus, dirigendi Scripturæ sensum in quatuor sensus cœlestium: & non in consequentiâ ejus; neque secundum modum, quo ille allegoriam disposuit. Quia eradicabitur

ratio illa, quâ ipse allegorias fecit: etiam per alio
sensus præter ipsos. Quoniam qui *Originem* secu
ti sunt, alio modo allegoriam *Lamentationum* di
posuerunt in sensu Ecclesiæ lamentantis de vast
tate sensibili, morali, spirituali, & anagogicâ.

Quatuor illi venti, qui, vel spirituales sensu
rerum cœlestium declarantur; in quadruplici le
ctione tesserarum vocis ארבע, *Quatuor*. Primò
אחר אשור מל ברי על משר *Alia via verbi desolatio*
nis, vel lamentationis super res similitudinis sensibili
Secundò, תבא מי שרים בעת עמר *Inductio rectitu*
dinis morum perversæ à Baptizatis. (id est) *Christia*
nis. Tertiò, תבוא מצרים במלכות עבר *Inductio*
afflictionum in regnum eorum, qui translati sunt. (i
est) à seculo, scilicet religiosi. Quartò, מרב א
ביר עז *Egressus à Deo vivo ad opera rigoris* (id est
Lamentatio de temporali afflictione Ecclesiæ
Secundò, de corruptione morum *Christianorum*
Tertiò, de disciplinæ religiosæ dissolutione
Quartò, lamentatio super animam, quæ à De
contemplatione egreditur ad opera regiminis Ec
clesiastici. Et similitèr in Repertorio. Primo
ארם בארורים מחלה ועברה *Christianorum su*
hominibus maledictis dolores, & servitus. Dictio
nem מחלה lego sub נחלה Quia hæc est regul
quam constantèr observo; ut nunquam radicem
dictionis muto, nisi quando habet literam initia
lem, aut finalem, quæ potest separari à themate
suo: & fieri litera non radicalis. Secundò, דהים
אחרים מבן שים פרעש *Lamentationes, aliorum*
querentium vacationem ab operibus (id est) bonis
Tertiò, אחר באשרי בהרים רע *Aliorum, qui pr*
beat

beatis glorificantur malitiâ. (id est) Religiosorum. Quartò, אשרי קרו בעיני עונה *Beatorum occurrentium fonti negotiorum.* (id est) lamentatio de hominibus contemplationi Divinæ deditis; qui trahuntur ad negotia secularia.

Et confirmabitur Rex Austri. Auster נגב. ∇ שנה גרה לרבים *Doctrina tracta ad imitationem, vel sequelam Catholicorum.* (scilicet) Quidam, qui direxit Scripturam sacram, ratione quâdam ad allegoriam doctrinæ *Catholicæ*. Et in Repertorio, כן ארגמן חשב *Similis interpretationis excogitatio:* (id est) sensus allegorici. Ver. 5.

Et confirmabitur Director expositionis mysticæ, idque per certitudines suas: vel rationem certitudinis propriæ. Quoniam analysis verborum, quam pro ratione investigandi mysteria Scripturæ proponebam, erat inventum proprium.

Et corroborabitur. על איו Per Scripturam ipsam ita enim exponitur. יו *Ipsum.* שנה חברה למישר נוח *Doctrina coniuncta ad adæquandum similitudinem cognatam, vel correspondentem:* (id est) Scriptura verbi interioris, per quod mysteria exponuntur. Et in Repertorio ∇ יו ישמע אל שיע *Auditus Divini vociferatio:* (id est) expositio, & potestas sensus figurati multiplicis, est potestas ejus.

Et post finem annorum socialiantur. (id est) *Rex Aquilonis* dirigens sensum Ecclesiæ *Catholicæ*, ut habeat rationem mysterij quoad *Iudæos:* & *Rex Austri*, qui dirigebat sensum Ecclesiæ *Catholicæ* ad interius secretum. Et hoc factum est *post finem annorum.* קץ שנים Bis legenda sunt, post mille annos à fine dictionis numeralis שנים: ם, finalis Ver. 6.

lis litera vocis illius, significat 600. qui appo
ad קץ 1000. fiunt 1600. quoniam post illum
num, Anno 1601. in Vesperâ *Annuntiationis*,
orsus sum studium investigandi sensum arcan
fidei *Catholicæ*: tunc ergò utraque ratio expon
di S. Scripturam, in me conjuncta est: & An
1608. edidi librum *Apparatus*, filiam meam;
Catholicis dicavi, ut gratiam mihi conciliaren
pud summum *Pontificem*, qui Rex est Aquilon
qui olim profitebatur sub esse mysterium in f
Catholicâ. בת *Filia*: Bis lectâ dictione.
לעשות מביאה לעתם *Oratio conveniens ad faci
dum introductionem in res arcanas*. Est descrip
tituli libri *Apparatus*, quem edidi, *Apparatus in
velationem Iesu Christi: nova, & admirabilis ratio
vestigandi Prophetiarum mysteria, per Scriptur
seipsam interpretantem*. Hactenus in Reperto
numeralis requisitione observavi primam pa
nam cujusque folij numeralis, in Biblijs *Plant
nunc alteram paginam constanter consulam,
appareat quòd filius Dei, sit complacentia for
ta verbi. Pro folio verò, quod respondeat lit
ב accipiam tertium ג, ut idem utrique literæ
ג satisfaciat. בת itaque *Filia* exponitur foli
paginâ secundâ, in pari numero linearum.
מחבא בתוך שמע: *Vociferatio, vel præconium re
arcanarum in medio ipsius vocis auditæ.*

*Sed non confirmabitur potentia brachij ejus:
neque stabit illa, vel potentia eius; sed tradetur ip
& quæ eam genuit, & qui eam adduxerunt, &
confirmabat eam, in temporibus.* Sed non lege
quâ continebitur similitudinis cognatio facta
ration

rationem illam : ideò non stabilietur, neque ipsa, neque ratio ejus. Sed tradetur (in *Inquisitionem*) & ipse liber, & qui eum *Romam* adduxerant, & Author qui librum in lucem edidit, & censores librorum, qui confirmaverant eum, in usum temporum. Propterea enim calumniati sunt, & detraxerunt *Apparatui* meo : quòd nullis legibus vinciretur ratio legendi per eum tradita : ideoque videbatur occasionem daturus, ut sensus heretici, contra fidem, inde excuderentur.

Et stabat pro defensione radicum eius. (id est) intentionis, quam Author proposuit in *Apparatu* edendo, rectitudo illa, & sententia animi eius. Ver. 7.

שרשיה *Radix.* מעשה צור שנים יעמר גב *operis eidea, quæ lex statuitur, cui correspondeat.* (id est) intentio finalis, quæ in omni operatione statuitur : ut lex, cui opus ipsum respondere debet. Et in Repertorio שרשיה *Radix* שרף לשור שלם נצר ביר *Quod elevatur pro respectu perfecto.* (id est) ultimo, qui cadit in operationem, vel opus.

Quòd venisset ad exercitum. (id est) Patres *Catholicorum*, qui in acie stant contra *Protestantes : & venisset in corroborationem Regis Aquilonis*, vel mysterij, quoniam mysterium impietatis est doctrina *Papæ*, habens formam pietatis virtute *Christi* vacuam. Quam, cùm primò transijssem à *Protestantibus*, jactabam me defensurum contra omnes *Protestantes :* septem rationibus publico scripto propositis in eam rem. 2. Tim. 3. 5.

Et feciſſet per eas, ut confirmaretur fides Ecclesiæ *Romanæ, & etiam res Divinas eorum (Iudæorum,) & libamina*, &c. *Captiva duxisset in Ægyptum,* Ver. 8.

ptum, vel doctrinam disciplinæ asperæ *Catholi*
rum הם *ipsorum*. בנסך חמורים *Qui libame*
Sacrificiorum desideravit. Et in Repertorio, מר
רומש ארמה שנה *Qui in sono repunt*, (id est)
terali sensu, qui similitudo est rerum diversarum,
est) exposuisset figuras *Iudæorum*, de fide *Cath*
cà in libro *Apparatus*.

Et omnia vasa desiderij eorum argenti, & a
Vas est, quod aptum est ab aliquâ re impleri:
significat typos veteris *Synagogæ*; quæ instit
sunt, ut susciperent sensum intellectualem fi
Christianæ. כלי *Vas* כסף מלך בני *Quod desid*
sensum intellectualem. (quo impleatur) Et in
pertorio שבי למה אורח *Quod captivatur, vel*
vertitur in rei alicujus signum: & hic est *typus*.

Hoc ergò pro Authore *Apparatus* adduc
est, ad tuendum innocentiam ejus, quòd ty
veteris Scripturæ sive in doctrinâ historicâ,
revelatâ traduxisset ad Ecclesiam *Catholicam*:
propter jugum afflictionis repetitum, in justi
tione per opera legis, vocatur spirituali ter *A*
ptus.

Et ipse iterum, & iterum stetisset pro Rege A
lonis, (id est) varijs vicibus stetisset in confessi
& defensione fidei *Catholicæ*; & pro *Papâ*. Sc
dum est verò, quòd *Pontifex Romanus* respect
dæorum sit Rex Austri, director sensus allego
qui respondet Septentrioni, vel mysterijs *Iu*
rum: sed respectu *Protestantis* est Rex Aquil
quia fidem Ecclesiæ illius sub mysterio cælat

Vers. 9. *Et quòd venisset in regnum Regis Aquilonis,*
est) *Romam, & avertisset se à Patriâ suâ*, (id
declin

declinasset redire in *Angliam*, cùm posset: Dictio שב exponitur. שטף עבר *Abundans ad transeundum:* (id est) cùm potestatem habuisset plenam hoc faciendi. Et in Repertorio, ירושלם במקומו *Videns salutem in illo loco.* (id est) cùm sciret se incolumem futurum: & extra potestatem *Papæ* in illo loco.

Sed filij eius litigabant. בניו *Filij* רבים נגבים *Doctores exaltati* יצא בלחם (id est) magni nominis *in egressu ad bellum* (id est) disputationem. Et in Repertorio. בהמרה בן שפי עצבו *In sono, vel titulo filij salvantis est imago eorum. Iesuitæ* (scilicet) qui cùm librum meum ad *Inquisitionem* detulissent; & meipsum etiam proditoriè *Romam* vocassent: cùm *Papa* inclinasset ad approbandum librum illum, professus se nihil videre, in quo peccassem, multis rationibus contra steterunt.

Et colligent exercituum multitudinem plurimorum. לחם עמר לבב נפילים מלך חילים *Exercituum. Rationum concinnarum stabilientium sensum à Religiosis æstimatum.* Et in Repertorio, בחר ירדן לוט פרר מעל *Probationum, quæ doctrinam iudicij, vel sensus occulti, separant ab illis, tanquam mendacium.* Ver. 10.

Multas adducebant rationes, ut probarent; non esse alium sensum arcanum disciplinæ religiosæ, præter eum, qui omnibus obvius est: Hoc enim quibusdam Religiosis privatim insinuaveram; esse quendam spiritualem cultum, qui sub exteriori Religiosorum vitâ significaretur: ita ut possit quis piè vivere in conscientiâ suâ: & tamen coram Deo reus esset omnium peccatorum. ובא בוא עבר יצא רב המון נשא *Quod privatâ opinione incedat. Quod peccet egrediendo à Catholicæ multitudinis apprehensione,*

prehensione, & æstimatione. Et in Repertorio נהמה איברה שירה ובינה ישוף ראש *Quod in opinione rum contrariâ positus esset, & intelligentiæ fran principia.* ושטף *Et inundaret* נשא מעט נפילים *Ap prehenderet, vel æstimaret modicè de Religiosis :* (id est) parvi pretij eos faceret. Et in Repertorio מעט פתר *Cogitaret, vel æstimaret modicè de pari suâ :* vel distincto modo vivendi à reliquis.

ועבר *Et transiret.* מעוה גב רב *Virtutem corre spondentem magnificaret.* Et in Repertorio מאצבע אשר *Quod ascendisset supra tincturam beati tudinis,* (id est) Quod à sensu, & exercitio pieta tis *Catholicæ,* ad superiorem quendam Dei cultum transcendisse se ferebat.

Et redibit, vel sequeretur inde quòd contendat, e
Ver. 11. *pugnet cum virtute illâ alterâ Catholicorum. Et qui provocatus jam sit Rex Austri,* (id est) Author *Ap paratus,* qui dirigebat mysterium Aquilonis *Ca tholici* ad sensum correspondentem provocatu sit : eò quòd in *Inquisitionem* inductus sit. *Et quò egredietur, (Author Apparatus) & pugnabit cu eo,* (scilicet) cum *Pontifice Romano. Et quòd erig eideam Catholici, & dabit multitudinem Catholica operationi illi ideali. Et dum sustinet Ecclesiam Ca tholicam,* (scilicet) per indulgentiam, *exaltabit se sum proprium : & deijciet Catholicorum, ut nulli virtutis sit.*

ושב מלך הצפון והעמיד המון *Propterea conver se Pontifex Romanus, ut stabiliat similitudinem, q eideam Catholicam* ex priori *Indaicâ,* vel præ aliq priori, & superiori. *Et in fine horum duorum tem porum (Indaici* sensus, & *Catholici) ingredietur*

virt

virtute magnâ, & substantiâ, vel essentiâ plurimâ. Tanquam non sit alia virtus, vel alia substantia pietatis, præter illam, quæ juxta sensum *Catholicum* elicitur ex Scripturâ; & figuris *Iudaicis.*

In illo tempore multi consurgent contra Regem Austri. רבים *Multi.* פריצים בצרים עמרים לבחו *Validi contemplatores statuti ad examinandum* (librum, & Authorem ejus) Et in Repertorio בריהים לבקש אמר מצא *Vocati ad inquirendum verbi, & sensus essentiam.* (id est) hi, qui ex magno numero Doctorum electi sunt ad examen libri, *consurgent contra Authorem libri Apparatus.* Ver. 14.

Et filij dispersi populi tui elevabuntur, ut stabilient visionem, & corruent. פריצ' *Dispersi.* צופנים בצר *Qui occultant visionem, vel id, quod vident sub statutâ beneplaciti formâ.* (id est) viri spirituales, qui inter *Catholicos* eo tempore vivebant, & sensum arcanum sub formâ Divinorum publicâ tegebant; quam æstimabant in beneplacito gratiæ Divinæ sufficere fidelibus. Et in Repertorio ם. paginâ secundâ vacante, accipio ordinem vocum in פא sic: משפחת מספרים כל יצא צבא בישראל *Familiæ eorum, qui numerant omnem externum cultum pietatis in beneplacito Dei:* (id est) qui imputant externæ pietati *Catholicæ* spiritualem cultum Dei, & secretum. Hi sunt filij dispersi à populo Dei, *Protestantibus*: qui agnoscunt veritatem fidei nostræ, sed externo cultui *Catholico* imputandâ credunt: ideoq; oppugnaverunt Authorem *Apparatus*, conantem lucem veritatis Divinæ aperire *Catholicis.*

Vt statuant visionem: Vocatur visio hoc in loco,

co, non clara intelligentia rerum Divinarum: f
imaginaria, & analogica forma ejus *Catholicis*
præsentata.

1. Ioan. 5. 16. *Et corruent.* Quoniam est quoddam genus p
cati, pro quo non sit orandum: & hoc est pecc
tum in Spiritum sanctum, in quod Ecclesia *Ro*
na incidit; cùm veritatem Dei à me cum pace E
clesiæ propositam rejecérunt. Propterea, & s
rituales viri Ecclesiæ *Catholicæ*, qui lapsum illu
non impedierunt, sed promoverunt; ex præsu
ptione gratiæ Divinæ: in judicio Dei corrueba

Vers. 15. *Et veniet Rex Aquilonis, & dejiciet munime*
ta, &c. *Et ingredietur Pontifex Romanus ut dejic*
relatione ad superiora, (id est) alterius cultus Cath
lici; & operum pietatis ad superiorem Dei c
tum.

כלה *Munimentum*, vel aggerem שה פני
בלה ונשים *Operationem*, *vel dispositionem for*
perfectionis ad spiritualem. Et in Repertorio, ה
כל קודש להקים *Dispositionem Catholicæ sanctitat*
ut erigatur altius.

Et capiet civitatem contemplationum: עיר *Ci*
tatem. עמד בצר כרצון *Ministerium contempla*
ad placitum. Et in Repertorio, ה לפני התרים
Ascensus ad formam contemplationum: nam & ip
vox עיר *Civitas* significat *vigiliam mentis.*

Et brachia Austri non sustinebunt. Et ratio
pro sensu correspondenti disciplinæ Catholi
non subsistent, neque populus, qui eum eleg
Nam nulla erit similitudo correspondens, q
statuetur. כח *Potentia* רצין שח *Rei complacitæ m*
ditatio. Et in Repertorio ברכה אחר *Benedic*
frater

fraterna, velcognata, & correspondens. Non permitteretur ulla meditatio sensus complacentis, vel benedictionis correspondentis: (id est) formæ propositionis, vel prædicationis rerum Divinarum consimilis Catholicæ.

Et faciet ingrediens ad eam, (scilicet) civitatem, & formam studendi, *secundum placitum suum: ut nihil statuat ante faciem eius:* (id est) nullum sensum exemplarem proponat Ecclesiæ *Catholicæ*: sed ut *ipse stet in terra gloriosâ:* (id est) sacrâ Scripturâ Hebræâ. *& perficiatur in opere eius.* אריץ *Terra.* לבוא מישרים קצין *Quod introducitur pro directorio ducali, vel canonico.* Vel clariùs enunciando, per transitum ad proximum א initiale tesserarum: אירה רבים קצין *Scriptura Rabbinorum canonica.* Quia licet Scriptura *Hebræa* sit directorium, non tamen per illam vocem determinatur: sunt enim, & alia præter Scripturam, directoria in Ecclesiâ *Romanâ.* Observa ergò, hoc exemplo, ut quando ex vocibus primò occurrentibus elicitur sensus aliquis obscurè; qui subsequente voce clariùs demonstretur, ut eam assumes. Et in Repertorio, אלהים אמר פרה עצה *Verbum Dei fructificatus sensum.* (id est) habens multos sensus. הצבי *Gloriosa.* לברה קצין משוברה פני *Pro perfecto canone versionis respicienda.* (id est) Scriptura *Hebræa.* Vt ipse (scilicet) *Pontifex Romanus*, & fides ejus stabiliatur in Scripturâ *Hebræâ* canonicâ, & perficiatur tota in opere ejus. Et in Repertorio, פרה יוצא בשר צעק *Mensura egredientis Evangelici præconij.* Ver. 16.

Et apponet faciem suam, vel intentionem, *ut inducat in apprehensionem suam,* id est, potestatem, & Ver. 17.

notitiam: *totum consilium ejus*; id est, Author *Apparatus*, & *consentientium cum eo*, *Et faciet it* (sicut secum proposuit) *Et filiam mulierum dabu ei, ad corrumpendum per illam.*

בת *Filia* in *Rasce teuoth* significat תבילית *Quod habet potestatem determinandi.* נשים *Mul rum*, significat etiam *Spiritum.* Quod habet pote statem determinandi spiritum, id est, juramentu illi offerent, ut confiteatur totum animi sui sen sum: & etiam prodat eos, qui ejusdem opinion sunt.

Et non stabilietur. (id est) non assequentur pr positum suum: ut sensum animi ejus eviscerem nam non erit illi carnale juramentum, torcular rum spiritualium. Putasne enim quod Sanct *Paulus* adjuratus à *Pontifice Romano* prodidisset e τὰ ἄῤῥητα illa, quæ in Cœlis audierat? aut num quid *Christus* adjuratus à *Caiphâ* clarè, & disert pronunciavit se esse Dei Filium? Nam, & a præter *Christum*, venturi erant nubibus Cœli.

2. Cor. 12. 4.

Mat. 26. 63.

Non תהיה *Erit.* Ne jam expectes expositi onem verbi EST, sed materiam, de quâ enunci tur: שבת הדר ביום מלחמה *Sabbatum gloriæ die carnis*, id est, in intelligentiam, vel captum h minum carnalium, non inducet sabbaticam int ligentiam gloriæ Divinæ. *Quomodo enim cantab tur Canticum Domini in terrâ alienâ?* aut quomod proijcietur *margarita porcis? & sanctum canibu* Et in Repertorio, תלך התיבה לפני המים *Non p fanabitur Dictio illa arcana, coram imaginatione p pulari. Carnalis enim non percipit res Dei, neque s potestate suâ compingere potest.*

Psal. 137. 4.

Mat. 7. 6.

1. Cor. 2. 14.

Et convertet faciem suam (לאים) *ad signa, & literas, & accipiet multas.* Misit enim *Pontifex maximus* literas in loca longinqua *Flandriæ*, & *Angliæ*, ubi vixeram: ut ex testimonio *Catholicorum* intelligeret modum, quem in vivendo, & loquendo tenueram: ut ex signis exterioribus, colligeret sensum animi mei interiorem. Ver. 18.

Et cessavit Dux, vel *Papa detegere eum sibi, postquam sine infamiâ, vel vituperio aliquo suo, reversus est sibi*: (id est) in responsis literarum, quæ remissæ sunt *Romam*: redijt Author *Apparatus* sine testimonio alicujus maculæ; rescripserunt enim, quòd *Catholicè*, & piè me in omnibus gesseram.

Et convertet faciem suam ad munimentum terræ suæ; (id est) Cogitabit an possit versionem Biblij vulgarem, ita munire: ut non alia interpretatio verborum admitteretur, præter illam. ארצו *Terræ ejus.* מוצא עבר עצם שלוה *Quod egreditur ab Hebraicæ majestatis abundantiâ.* Et in Repertorio, ארש פרה מעצה כרה *Expositio quæ fructificavit ex sensu defectivo totius linguæ.* Vocem אשר transporto in ארש: sicut S. *Paulus* vocem רביר, in דרב: quia absque illo deest subjectum rei intelligendæ, quod terræ respondeat. Ver. 19. 1 Cor. 15. 59.

Et בל in ultimâ Dictione relego, quod significat *Rabbinos*: כל לשון *Omnis linguæ.* Hoc enim clariorem reddit intelligentiam; etiamsi & sine illo additamento possit intelligi.

Et offendet, & cadet, & non invenietur, &c. נכשל *Corruet.* נפל מכנו נוגש מלכותה *Cecidit à basis suæ.* (id est) textus *Hebræi ex acto sensu*; vel si mavis requirere ש cum puncto dextro, *Cecidit à basis suæ.*

שכר

שבר ולא *interpretatione congruâ, & digna*: Et i
pertorio, מארניו אוכל בנשים חפש *A basis*
tentia, in nominis, & spiritualis intelligentiæ lib
Hæc est enim illa *mulier* נברירה, *translatio*
nea: quæ dereliquit ducem translationis suæ
Quam *quisquis sequitur non apprehendet vias*
Pro. 2. 19. &c.

ונפל *Et cecidit.* על כנו אפים לחם *Etian*
suæ, id est, textus *Hebraici faciei externæ rep*
Et in Repertorio, נחשת צפית על שתו *Conje*
respexit tantùm *basis suæ.*

ימצא *Et non invenietur.* מלכות עצם בוא
Hebraici sensus corpus ingredi. Et in Reper
הגיד אמר צורה בוא *Non invenietur exposit*
verbi statuti ingredi: (id est) Non deprehen
translatio Latina (in multis) posse ad dicti
contextus exponendam reduci. Triplex erg
fectus est translationis Latinæ: Primò, quò
exprimit totum sensum textus *Hebraici*. Sec
quòd levitèr aliquando attingit sensum ob
Scripturæ *Hebraicæ*. Tertiò, quòd interdum
Ver. 20. lomodo ad textum pertineat Scripturæ.

Et stabat pro basi ejus ratio exponendi sen
(id est) ipsa similitudo rerum sensibilium;
exigeret gloriam regni, vel directorij gene
ut nullus sensus mysticus eliceretur ex Scri
Hebraâ, nisi juxta similitudinem sensus hist
vel literalis, qui ex versione vulgari edu
Sed per hanc rationem futurum erat; ut qu
que exponeretur, neque secundum faciem
militudinem textus: neque secundum subst
eius. Hæc fuit deliberatio *Papæ*, & *Cardin*

suc

suorum, quodnam fundamentum substernerent expositioni Scripturæ: si liberam lectionem verbi peremissent, quæ à me proponebatur. Et primò, quærebatur, an non possit ipsa versio Latina pro fundamento expositionis poni? Secundò, an non possit similitudo sensus parabolici, & typici, qui in Biblijs Latinis reperitur, pro regulâ omnium sensuum mysticorum statui. Sed videbant ex hoc supposito, quod sensus spiritualis, vel allegoricus aliquando aberraret: tam à facie textus, quàm à substantiâ eius.

מעביר *Divinans per somnia.* מלילה כוח עמר ניב זרה חוק שבר *Ratio similitudinis, quæ constitueret sermonis hujus firmam interpretationem.* Et in Repertorio: אחות כמה נעץ בביה בוא ראורה *Acquisita similitudinis applicatio, quæ ad interiorem induceret visionem.*

Et stabat pro basi ejus ratio contemptibilis, & cui prius non dederunt gloriam Directorij: quia ingrediebatur cum tranquilitate, & confirmabat consilium in opinionum differentia. Hæc est determinatio lectionis sacræ Scripturæ per puncta vocalia, & accentus; secundum doctrinam *Rabbinorum:* quæ longo tempore in nullâ erat authoritate apud *Catholicos.* נבזרה *Vilis* נתן בא חזק חבר אורה *Doctor introducens firmam colligationem Scripturæ:* Et in Repertorio, מתן עבר בר זו נעמרה *Qui tradidit servilem doctrinam contemptibilis decoris. Et rationes, vel argumentationes Alabastri diffluxerunt respectu eius; & confractæ sunt. & etiam præco fœderis,* id est, liber *Apparatus*, qui prædicabat, esse verbi interni lectionem confœderatam externæ: שבר ▼ שטף מעטה Vers. 2.

מעטה פה כנג *Interpretari declinando particulas tergo vocis.* Et in Repertorio. ש חור נטירה באף *Palpabilem respice extensionem vocis in facie extern* id est, expone vocem hanc secundum integritate suam, in sensu externo, & non per literatum tess ras. Dicitur verò שמפא *Syriacè Alabastrum.* Inte pretes expoſuerunt locum hunc: *Et brachia gnantis expugnabuntur à facie eius.* Quod factu est ex merâ conjecturâ iuxta sensum, qui videbat convenire loco, sine omni exemplo similis sign ficationis. ומן התחברות יעשה מרמה *Et ex co missuris eius fiet dolus:* id est, *Iesuitæ*, inimici A thoris *Apparatus*, ut rationem eius interpretan per analysin odiosam facerent; per similem m dum dividendi, & transponendi literas; prod xerunt sententiam contrariam doctrinæ *Papæ.* ita *Susannam* doctrinæ æquivocæ, recusantem illorum sensum carnalem trahi, accusarunt stupr & fidei *Catholicæ* violatæ. Sed scire debebant h mines *Antichristi*, non ideo sequi, ut corpora elementis composita, & animata, non sint ve corpora, quia interimi possunt, & vermes in generari. Eodem modo res summæ dementiæ e ideo lectiones meas è sacrâ Scripturâ compos calumniari, quia possunt voces ad alios sensus a commodari. Quia ipsa materia corporum bea rum potest per potentiam Dei in corruption dissolvi: & tamen ipse Dæmon non negaret es illa perfecta. Nec potest quisquam sanæ men negare, quòd perpetua hæc, & æquabilis expo tio Scripturæ, ex ipsis verborum significatio bus usitatis contexta, sit testimonium S.S. T

Verba.

nitati

nitatis. Quis enim unquam, ex omni ævo, Prophetias has *Danielis* ita ad literam exposuit: ut posſit ſecundum veritatem hiſtoricam omnes earum circumſtantias declarare? Aut quem ad finem datæ ſunt, quæ nec priuſquam evenirent, neque poſtquã eveniſſent, poſſent ad veritatis hiſtoricæ lineam dirigi; multò minùs ad *Chriſtum* & regnum ejus accommodari? Ego verò, non imaginarium aliquod implementum Prophetiæ huius adduco, ſed verum, & hiſtoricum, & per ſingulas circumſtantias abſolutum: idque, non ex vanis ſimilitudinum præſtigijs: ſed ex definitis hiſtoriæ ſpiritualis verbis: quæ adeò clara ſunt, ut rarò interpretatione egeant. Sed redeo ad fucos expoſitionis *Ieſuiticæ*. התחברות *E commiſſuris*, & *conſociationibus* exponuntur: עשה אבות חשב בלבב יתגרה גדול פה *Diſpoſitiones Patrum ſenſus, ut cum ſenſu ejus confligat magnâ ex parte.* Et in Directorio ח sic דבר רעל חמר אב רם עבר אתי ברית *Sermo fraudulenter conturbans Papæ Romanæ expoſitionem fraterno fœdere.* Quoniam allegoricos ſenſus ductos è Scripturâ ſacrâ, per quoſdam è Patribus, per malignam verborum diſtorrionem in eodem loco corrumpebant, & contrarium ſenſum efficiebant. מרמה *Factus eſt dolus.* עצם בזר בצר *Vers. 25.* הנגב *Ratiocinatio diſſipans reſpectum correſpondentem:* Quoniam diſtorquendo dictiones vocum protulerunt orationem contrariam illi, qui in veritate reſpondebat loco illi, qui dolus eſt. Et in Repertorio, אמר אשר לאמן הבאיש *Sermo ita directus, ut veritatem odioſam faciat. Et hoc factum eſt,* ut ratio lectionis *Rabbinicæ aſcenderet* ſupra le-

ctionem liberam: *& confirmaretur* in minutiar
(Grammaticarum) gente.

בשלה ומשמני מרינה *Propter tranquilit*
(scilicet) lectionis, *& propter homines pingues*
ejj non intelligentes fraudem, *ingredietur in E*
siam, Antichristus hic finalis, & perfectus; *o*
Ver. 24. *ciet, quod non fecerunt patres ejus, neque patres*
trum ejus.

אבותיו *Patres eius.* יחשבו מחשנות
הצל"ח ביושב רכוש *Qui materiales cogitabant s*
rectificandos in subjecti illius substantiâ: Qui
mabant librum *Lamentationum,* secundum sen
materialem desolationis dirigendum esse. I
Repertorio, ה בריאה יעשו תולדות
שמים ושיח יהוה *Qui opus creatum aptav*
generationum desolationis, pro cogitatione Di

Neque Patres Patrum eius. אבות *Patres e*
nitur in secundâ tesserarum relectione.
נגב אחרון בריה *Qui induxerunt desolationis*
rum fœdus. (id est) Qui sensum allegoricum
ritualis dissolutionis induxerunt in librum *La*
tationis. Et in Directorio, ם עברו אר נשמה
Qui lamentationum fecerunt calamitatem spi
lem.

Faciet בזה *Direptionem* בור כזב מעשה
pationem mendacium operum. Quoniam à g
Christi imputantis concursu, per quam sus
bantur, separabit in posterum opera menda
stitiæ. Et in Repertorio הבל בר זל נעמה
tus respirationis filij contemptum in decore (oper
Hæc est rapina, quam fecit *Paulus V.* omni
perum piorum Ecclesiæ *Catholicæ*: abrip

illa à Spiritu *Christi*, quo animabantur, & à quo possidebantur.

שלל *Spolia.* רכוש להם לבבו *Substantia, memorialis inanitatis propria*: Sequitur enim in justitiâ Dei, ut quia recusarunt opera sua ad *Christi* internam justitiam referre: ut totum hoc quod agunt, sit symbolum similis operationis laboriosæ, & inanis in inferno. Sicut dixit *Christus* de hypocritis quòd habent *mercedem suam*. Et in Repertorio פשש חור אליו מגור *Palpatio, & visio lamentationis suæ tremendæ.* Mat. 6. 2.

Et substantiam propriam dissipabit, & à contemplatoribus: (id est) hominibus contemplationi deditis, *faciet cogitari cogitationes suas*, idque temporalitèr: & secundum secularem sensum verborum. *Ita sciscitabit virtutem suam: & sensum sunm,* Ver. 25. *supra Authorem Apparatus in potentia magna. Et Author Apparatus ruminabit secum oppositionem facere cum potentia magna: & rationum demonstratione multiplici; sed non persistet in eo proposito: Quoniam cogitarent contra ipsum consilia*: (id est) machinarentur ei malum.

Et cùm gustassent particulam cibi, (id est doctri- Ver. 26.
næ ejus) *contererent eum: & virtus sua demergeretur, & ruerent Catholici profani facti*: quia *nisi reliquum* Esa. 1. 9.
fuisset semen pœnitentiæ universæ Catholicæ Ecclesiæ, quæ præcessit in eis, qui hoc tempore vivunt, qui per libri hujus lectionem ad pœnitentiam converterentur: in æternum damnati essent omnes *Catholici* carnales superiorum temporum; qui mysterium pietatis *Catholicæ* non intellexerunt. Exercitus autem ille rationis, quem confla-

re cogitaveram contra hostes meos, erat quadr
quoddam literarum, per duodecim series und
dispositum; ut totus numerus esset 144. quod
omnimodam lectionis iteratione ἄπαστα, πάσ
κάλαστά τε, δόχμια τ' ἄλφοι, usque ad 600. carm
na: quod Cardinali Mellino dicare cogitaver
in laudem studij verbi Dei arcani; quod omn
corporis voluptates exuperet. Cujus hoc erat i
tium:

Si tua devincat rivos sinuosáque Tauri
Cornua vis: speciesque serenum exæstuet annu
Si te succiduis saginet pampinus uvis:
Aut Melline tuo scateant alvearia visco:
Quid te nervosi decorent cognomina colli?
Aut monumenta tholi vacuam testantia luce
Vel saliens pleno prætersilus vena Falerno:
Vel cocta innocuo de Chymice mella Cethego*
Copula viscosi tenuem liquescit in uluam.
Disperemt secli inducto monumenta duello:
Cinnameos rapit extorum vis dedita succos:
Fella venenatis crustat mel Massica sannis.
Papæ quanta sacris tacuisti manna catinis
Indeprensa suis! quæ viscera! quæ pietatis
Vasa! quis ætherij vatis thesaurus ademptus
In te mamma salit cantatæ à Davide ficus:
Pæstanaque cutis lucent sata stagna satiuis,
Dulcia succosi converrunt cærula montis.
Hoc faciet signo sexcentum machina versus:
Quale Syracusis molitus creditur esse
Signifer carum Dux.

* χεθνίς qui liquorem educit.

Phil. 3.

Sed maturiùs rem æstimando, veritus ne t
stupend

pendam verbi virtutem demonstrando, non solùm suspicionem majorem de me suscitarem, verùm etiam rumorem, à proposito destati.

Et utrumque genus expositorum eorum, tam literales quod Allegorici, in animo fixum habuissent male facere ei. עַל שׁוּר חֶסֶד *Et super fundum misericordiæ eundem, mendacium loquerentur:* (id est) in eodem quadro literarum dispositionem mendacij, aut hæresis alicujus; *ideo non perficietur, quia adhuc finem suum habebit*, & utilitatem *Catholica* Ecclesia. Ver. 27.

Hæc est historia integra, rerum circa me gestarum in Ecclesiâ *Romanâ*: nunc audite quid acciderit, post quam ad patriam meam reversus sum: nam & illîc quoque contradictione non carui.

Et revertetur in terram suam: (id est) in Patriam. אַרְצוֹ *terram suam.* Ver. 28.

בֵּית אָב pro בָּא כְּרֹאשׁ וְצִיִּם Rase tenoth *Domus patrum suorum, & veluti caput, & principium Insularum:* (id est) *Britanniæ* præ omnibus terris à Deo dilecta: inde venit *Constantinus*, qui fidem *Christianam* à gentium carnalium tyrannide vindicaret: & inde venio Ecclesiam *Protestantium* à gentium spiritualium jugo erepturus.

אַרְצוֹ *Terram suam* in Repertorio, אוֹר יְרֹאֵי שֵׁרִין עִיר *Quæ lucis visibilis copiosâ generatione velatur.* Vtcunque enim primitiva ratio nominum Insulæ hujus se habuerit, de quo non laboro: certè nomina, quæ nunc habet usitata, lucis visibilis notam præ se ferunt. Nam *Albion* significationem *albedinis* adumbrat *Latinis*. Et *Britannia candoris*, & *claritatis* frontispicium in linguâ vernaculâ exhibet.

hibet. Et *Anglos* à candore faciei quasi Ange
dici posse existimavit *Gregorius* : aptè igitur di
tur Patria mea *Albion*, *Britannia*, *Anglia*, cand
scaturigine velari:

In substantiâ magnâ: רכוש *Substantiâ.* ת
ראשון כאחרון שב *Fœderis, vel Testamenti primi
posterius conversio.* Id est, applicatio totius cul
& operationis fidei *Catholicæ*, ad fidem *Protes
tium.* Est enim fides *Catholica* simplicitèr acce
sine respectu ad intelligentiam arcanam; Te
mentum vetus (ut ait *S. Augustinus*) *Multi su
qui in novo Testamento vivunt animales: qui spi
cere nolunt ad intelligenda ea, ad quæ Spiritus sanc
eos hortatur: ad vetus Testamentum pertinent.*

Heb. 11. 1. hæc est illa ὑπόστασις τῶν ἐλπιζομένων, *substantia
rum sperandarum* in Ecclesiâ *Christi.* Et in Rep
torio, רעבעיני שגרה ישוב *Cogitatio, & voluntas
figuram rei ignoratæ conversa.*

*Et cor ejus erit super Testamentum sanctum,
faciat, & convertat ad terram suam.* (id est) Et
tentio, & propositum ejus erit super Religion
Catholicam: ut eam sub mysterio efficacem faci
& convertat ad Ecclesiam patriæ suæ.

Ver. 29. *In tempore statuto revertetur, & ingredietur
Austrum.* מועד *Tempus statutum.* ים נגאה
עים על קדש *Romanorum contritio faciens eos ref
ri ad Sanctos*: Id est, tota doctrina mortificati
nis, & disciplinæ rigidæ: quæ à *Catholicis* præc
catur faciens eos relationem habere ad fide
Protestantium. Et in Repertorio, רם מלה
ישמעאל יריך *Papæ Romanæ circumcisio subaudit
Deo pro filijs suis, vel generatione suâ.* Per circum
cisione

cisionem intelligitur universa curiositas sanctitatis humanæ, quæ naturæ libertatem præscindit, propter formam externi decoris. Quo sensu dicitur à S. *Paulo*, quòd *Christus fuit minister circumcisionis ad confirmandas promissiones Patribus*. Quia formam virginitatis, & paupertatis, & ieiunij, &c. sustinuit: quæ est circumcisio analogica, ut promissio gratiosæ imputationis justitiæ suæ, & Ecclesiæ *Protestantium* confirmaretur, primis Ecclesiæ *Christianæ* Patribus. Ideo dicitur circumcisio *Papæ Romanæ* subaudiri à Deo, pro generatione filiorum suorum, *Protestantium*. Rom. 15. 8.

Et ingredietur in Austrum: נגב *Auster*. ראשון הגריל רבר *Principium rerum, & verborum exaltatorum ad ulteriorem sensum*: (id est) applicatio ad sensum spiritualem. Et in Repertorio, מין קצה ארגמן חשב *Species ultimæ interpretationis intellectualis*. Veniet in temporali statuto Religionis *Catholicæ*, quæ est χρόνος, χρόνῳ: *Et ingredietur in Austri secreta* (Religionem *Protestantium*) communicabit utrique fidei, & in unitate utriusque veniet: non eo modo, quo à quoquam, vel *Catholico*, vel *Protestante* factum prius est; nam *Catholici* subsistiterunt in sensu proprio, sine subordinatione ad superiorem: & *Protestantes* in fide suâ, sine relatione ad inferiorem. Illi vestimentum nuptiale fuerunt, & exuviæ hominis sine corpore: hi corpus fuerunt sine vestimento gloriæ, quod à *Catholicis* sumendum est. Qui verò unitatem utriusque Ecclesiæ fieri posse existimabant, remittendo aliquid ex utraque parte, de obstinatione fidei suæ; & diversarum opinionum: non veritatem, sed con- Matt. 22. 11.

fusionem somniabant. Tanquam si viri, &
minæ unionem imaginentur, si in unum in
duum reducantur sublatâ sexus differentiâ.

Vers. 30. *Et venient super eum naves Romanorum.* ם
Romani exponuntur ה ברית בונים ממינהם
Qui contritionis Religionem intelligunt pro specie
Per fœdus enim intelligitur tota Religio, &
dus serviendi Deo: & tale fœdus, quod co
stit in laborioso cultu justitiæ legalis, & mo
ficatione naturalis libertatis, *Catholici* æstim
fœdus suum cum Deo. Et in Repertorio,
לאות בשר עם כמרה *Captivi sub literâ Evan*
cum similitudine: (id est) Analogiâ Evangeli
ritus. Est enim Evangelium literæ, cujus min
rium in Ecclesiâ *Romanâ* exercetur: & est Eva
lium spiritus in Ecclesiâ *Protestantium.*

צ"ם quod transfertur *Naves*, expo
שקצים מרשיעים ברית עם *Qui abomina*
eos, qui impiè agunt in fœdere, vel Religione myst
(scilicet) *Protestantes.* Et in Repertorio, ם
מרום כשרת אמר *Continentes se à Romani serv*
tegumento. Qui nullam communionem pa
tur cum *Romanis*, & formâ eorum loquendi
sticâ. Hi sunt Episcopi *Protestantium*, qui nav
instar, per superficiem scriptorum *Catholico*
transeunt: neque quicquam ex salsuginoso
rum humore recipiunt: vel si senserint, in infe
ri parte navis per homines ignorantes, aliqui
tractum esse, statim egerunt. *Hi venient supe*
sum: (id est) objicient contra eum hæc, qua
quuntur. Audi Episcoporum nostrorum in
tam, & malevolam calumniam; qui in aulâ

illo tempore vixerunt, cùm primùm de ratione hâc uniendi Ecclesiam *Catholicam*, cum *Protestantibus* verba facerem in concione coram Rege habitâ; quorum nominibus parco, quidam enim eorum in vivis non sunt. ונאורה ושב וועם על ברית קורש *Quod si percutiatur*, (id est) reprehendatur, *dennò revertetur*: (scilicet) ad *Papistas*: *& indignabitur contra Religionem sanctam*, (scilicet) *Protestantium*: *& faciet ut convertatur, & intelligatur de eis, qui dereliquerunt Religionem sanctam.* Hoc est principium criminationum, quod suggesserunt Regi optimo, cùm vidissent eum opinioni meæ favere: Dixerunt enim, quòd quoniam liber *Apparatus* mei damnatus *Romæ* sit, propterea indignatus sum in eos: & ut me vindicarem de illis, & honestam haberem speciem desciscendi à *Papistis* ad *Protestantes*, excogitassem novum hoc dogma. Et quòd similitèr, si à *Protestantibus* repudiaretur doctrina hæc reconciliandi utramque Ecclesiam, quam prædicabam: iterum ad eos reversurus essem, & demonstraturus, quòd Religio *Protestantium* figura sit servilis fidei *Catholicæ*.

Et brachia (id est) rationes, *ab eo erigentur,* Ver. 31.
quæ profanum esse facient sanctuarium virtutis, & mysterium facient inesse iugi sacrificio Christi; & tradent rem abominandam esse, si solitariè accipiatur, sine relatione ad Catholicos.

ורעים *Brachia.* מעוזי הסיר מרשיעי ברית עם *Corroborationes secretorum, vel mysteriorum, quæ impiam faciunt esse Religionem populi formalem.*

עם Est abbreviatura, pro על משקל *juxta formam.*

formam. Et in Repertorio ו. ראה עתיק מבית אל אהלה *Verbi memorialia, quæ visionem transi-runt à domo Dei, ad Tabernaculum ejus*. Hujusm di brachia, vel rationes ab eo stabilientur; q profanabunt sanctuarium virtutis *Protestantiu (id est) quæ in solâ justitiâ Christi* imputatâ co sistit.

יעשו השכיל הסירו *Mysterium facient esse*: להבים כשלים *Mensuram facient intelligi Cath corum peccatorum*: Et in Repertorio. ו סביב כל נבר בן *Apprehendent pro circulo, & ambitu Cath ei filij spurij*.

תמיד *Iuge sacrificium*. הים חלקלקות משכיל הכשל ערו *Christi blandimentum intelligentis pe torem, pro Protestante suo*. Et in Repertorio, ד אמר אלהים בן ארם *Hominem pollutum Cath cum cogitans Christus in Protestantem*: Sempe rim (ut dixi) per *filium hominis* intelligitur *Pr stans*; per ארם simplicitèr *Catholicus*.

Ver. 32. *Et ponent illud abominationem si simplicitèr piatur. Sicut impiè agentes in fœdus*, vel religio *Christi, fecit pe sonam gerere in contrariâ senten tanquam essent populus sciens Christum, qui appre deret eum ut operaretur*, (scilicet) justè. Mem ris quòd litera ו pro omni copulâ orationis a piitur apud *Hebræos* pro conjunctivâ *Et*, & dis ctivâ *vel*, & adversativâ *sed*, causali *quia*, o nativâ *postquam*, & similitudinis *sicut*.

Ver. 33. *Et Protestantes, qui docebant olim populum* rè ostendentes fidem suam *) iudicati sunt à Ca licis, & ruebant in gladium, & flammam, & c res, & spoliationem bonorum longo tempore.*

Sed cùm isti, (id est) hoc genus spiritualium, *futuri essent, adjuti sunt auxilio involucri, & communicabant cum ipsis Catholicis blandiendo ipsis: vel in simulatione. Et à societate eorum, qui clarè fidem suam* Ver. 34. *profitebantur defciverunt: ut relationem haberent ad* Ver. 35. *eos; ut purgarent se & dealbarent ad tempus finis: quia testimonium esset temporis futuri.* (id est) spirituales illi, etsi idem cum *Protestantibus* sentiebant, tamen separabant se à societate eorum visibili: contenti hoc uno, quòd per imputationem *Christi* purgarentur, & nitidi fierent ultimo mundi tempore: cùm revelanda esset vera *Christi* Ecclesia, quoniam hoc, quod ab illis agebatur, testimonium erat Ecclesiæ illius.

Et faciet secundum placitum suum, iste Scripturæ Ver 36. *Director, & exaltabit, & magnificabit se;* (id est) sensum suum, *supra Catholicorum res Divinas, & super Deum Deorum loquetur mysteria,* id est, super doctrinam de Deo, & SS. Trinitate. *Et porrò perget, donec perfecerit vaniloquium aliquod: quoniam* Ver. 37. *sententia aliqua facienda est. Et de Deo Patrum suorum nihil intelliget dici, vel de desiderio rerum spiritualium: neque de ullâ re Divinâ intelliget; quia super omnia magnificabit se, vel conceptum suum.*

Sed Deo, quem determinavit pro basi suâ (vel Ver 38. correspondente similitudine) *dabit gloriam: & Deum hunc, quem ignoraverunt Patres eius, glorificabit in rebus spiritualibus, & rationalibus, & figuris glorioſis, & in omni re desiderabili.*

Et sataget ut contempletur Deum cogitabilem, Ver. 39. *cum Deo alieno, quem ipse agnovit: & multiplicabit gloriam, & consimiles faciet in multis, & Ana-*

logiam distribuet accipiendo unam pro alia, (id
non intelligentibus mysterium imputabit
gratiam.

ארמה *Terra.* אן יד כעמן יאב *Mentis operatio ju*
popularem appetitum. Et in Repertorio, סד
צבא אלהים *Ratio symmetrica, vel commensura*
cultus Divini.

Operationem fidelium analogicam tradet. יר
in pretio. בעת מלך שלרח יד מצרים (id est) *op*
tuno sermone æstimans ostendi operationem figura
Et in Repertorio, מחיר ד. החזק בני ישראל
Extrahi apprehendens Filium Dei placitum.

Ver. 4. *Et in fine temporum confliget cum eo Rex Aus*
(id est) alius aliquis Director sensus arcani,
subtiliorem, & altiorem conceptum rerum
vinarum habebit. *Et æstimabitur juxta eum iste*
rector mysterij, (id est) figuram ejus gerere in a
gogiâ, & expositionibus nominum, & signor
coniecturis plurimis.

רכב *Currus.* Idem, quod מרכבה *Anago*
פרש כשול מואב *Expositionem secundum fundi,*
tractus alicujus desiderium. Fundus, vel trac
est hypotyposis vel exemplū expositionis altio
in rebus Divinis: ut exempli gratiâ, finis m
sterij mei hic est, ut juxta exemplum unionis
jus Ecclesiæ *Catholicæ* cum Ecclesiâ *Protes*
tium, expectetur correspondens unio terrestriu
& cœlestium in *Christo.*

פרשים *Equites,* & expositiones verborum.
עבר כשול מרט יד *Cum impetu transeuntes juxta f*
dum, vel hypotyposin arcanæ operationis. Quem
modum *Currus* significat Anagogiam, juxta p
portion

portionem alicuius exempli; ita equites sunt actus rationales, qui Anagogiam illam dirigunt, & ad actum impellunt. Et in Repertorio. פקד הרון ראש באנשים עמוד *Visitatio, vel respectus conceptus animi principalis, iuxta Protestantium ministerium.* (id est) contemplatio libertatis, & unitatis perfectè statuendæ in cœlestibus, juxta formam ministerij *Protestantium*: per quod mundus *Catholicus* Deo reconciliatur.

אניות *Naves*, vel investigationes sensuum spiritualium per rerum similitudines. Quia supra rerum sensibilium notiones communes, tanquam mare, quæ figuram gerunt rerum intellectualium, & in omnem partem (fluctuum instar) agitabiles sunt: navis studij Allegorici fertur linteis delineationum expansis, quæ à spirituali meditatione feruntur impetu quodam fortuito, ad locum Scripturæ destinatum. Exponitur באבן בשלח יד חמדות *Incessus ad intelligendum per nutus rerum desiderabiles.* שלח יד *Extensio manus* significat demonstrationem rei per signa, & nutus, ut apparet ex Dictionario. Et in Repertorio, את כל נפש חיה ראה מלאכת *Universi sensûs indicatio per visionem*: (id est) similitudinem operationis.

Et veniet in terras, & inundabit, & transibit: ארצות *Terras.* באדמות צרים לב שמועות *Introductio multarum figurarum ad sensum subaudiendum.* Et hæc est Scriptura. Et in Repertorio, אשר פרי צבא כל מראכים *Methodus fructificans* (id est) *supplens ministerium omnium nunciorum. Et inundabit, & grauidabit.* עם מכמני יזור Arcanos thesauros finget. Et in Repertorio, בן ענה נבית

אשר

אשר *Similitudinem correspondentem interiùs diri*

Et veniet in terram gloriosam. צבי *Glorio*

Ver. 41. פליטה במצעריו מבהל יצא *Quæ servatur per gustiam gressuum suorum à perturbatione externâ* in Repertorio, משה בצאות בשר צעק יהוה *Qu tracta est è sordibus carnalis clamoris, vel pronun tionis per Deum.* (scilicet) Scriptura canonica, per arctam punctorum determinationem lib tur à varietate legendi.

Et multæ corruent. רבות *Regulæ Rabbin* ראשית בונים השלחו משלו *Principia Doctor qui emiserunt exemplum ejus:* (scilicet) Script puncta. Et in Repert. ר מושב ברוד פלל שתם *Directiones subjecti per pædagogicum indicium, discretionem scripturæ obsignatæ.*

Et hi edentur in lucem, vel gignentur ex op tione eius. Edom, & Moab, & principium filio Ammon. אדום *Edom* Allegorici. שית יד משל מכמן *Principes potentiæ assimilandi res arcanas.* in Repertorio מאושר מאר כלה השמים *Diri tes mensuram perfectam rerum cœlestium.*

מואב *Moab* עם שלה יצא חמה *Populum e sentes ad externum desiderium coitus.* Et in Rep torio אלהים הנה מאר ערב *Rerum Divina demonstratio in materiâ mixturæ, vel coitus.*

עמון *Homines phantastici.* שמועה בהל צפון *Incedentes in auditu præcipiti rerum arcanarum.* in Repertorio, נוגע בטרם ראות כן *Qui proced ad nondum visas rerum creationes.* Tria genera minũ nascentur ex hâc ratione intelligendi, qu tradit. Primò, qui omnia trahunt ad Allegori similitudinis, & Familistæ: & principes hæ

seu

seum, qui fanaticas opiniones in animo formant. Sicut enim post *Sodomæ* conflagrationem *Moab*, & *Ammon* geniti sunt ex incestuoso concubitu: ita nunc etiam continget, ut post subversionem *Romanæ* (*Sodomæ*,) spirituales oriãtur aliqui, qui à regulis contemplandi à me traditis, & tradendis aberrantes, vel in turpissimam *Gnosticorum* voraginem labantur: aut absurdas, & hæreticas opiniones de rebus Divinis pariant. Quorum utrumq; à mente Dei, & consilio meo maximè abhorret, ut posteà dicetur. Non enim nova doctrina fidei, sed altior sensus præteritæ excogitandus est.

Et immittet manum suam in terras: (id est) studium extendet in totam Scripturam, & *Scriptura rerum legalium non liberabitur ab Allegoriâ: sed Parabolã faciet in omnibus arcanis rerum spiritualium, & rationalium, vel intellectualium; & in omnibus desiderijs tribulationum.* Ver. 42. Ver. 43.

רבים *Lybij sui cordis homines:* בהל חמא להשמיד הרם *Qui præcipiti feruntur indignatione ad apostasiam, & hæreses*, vel inconsideratum habentes zelum ad perdendum authoritatem. Et in Repertorio. כל הבי׳א צורים בשם *Omnes qui inducunt idola in res Divinas.*

כשים *Cusæi.* כאל השר על פני עמים *Similitudinem Dei contemplantes in omnibus populis.* Et in Repertorio, כל שים אח׳ עם *Universorum ponentes esse unanimem populum*: (id est) unam facientes Ecclesiam ex omnibus Religionibus. כשים dicti à כשא *in unum fasciculum redigere. Et Athei, & Apostatæ, & omnium Religionum homines in gressibus, vel vijs eius fulcientur. Et rumores hi terre-*

Ver. 44. *bant eum, à dispergendo lucem doctrinæ suæ, aut à si-gnificando, quo sit mysterium ulterius.*

מזרח *Oriente.* צפון עור שר חרף *Ne in rerum oc-cultarum auxilium* intelligentiam manifestet. E in Repertorio. אברם ואת ראה לקח *Ne Papæ Ro-manæ illustraret visibilem doctrinam.*

צפון *Aquilone.* יצא ספר דב שנרה *Ne egrederetu ad enarrandum Dei veri, & vivi doctrinam.* Et in Repertorio מחון אסף לסגור חנרה *Ne ex propo-sitione hâc colligeret eos ad arcanam pietatem:* (id est) ne ad exemplum unionis factæ *Catholicorum*, & *Protestantium* admoneret fideles ut ascenderent ad intelligentiam arcanam rerum cœlestium.

Et exibit in demonstratione suâ magnâ: חמא ורם רב אהל *Authoritate Doctore dignâ.* Et in Repertorio, תורא הרהר איל *In exemplari intel-lectualis potentia.*

Vt aboleat, & excommunicet Catholicos: רבים *Multi*, vel *Catholici.* נהדרה יבאו עמד מיכאל *Qui in conceptu ingrediuntur Ministri cujusdam, tanquam Dei:* Qui *Papæ* iudicium, tanquam Divinum, se-quuntur. Et in Repertorio שמר נגב ירחמיאל שפטו *Verbum respondens eis, qui misericordes Dei condem-nant. Catholici* enim *Protestantes* condemnant quòd per solam misericordiam Dei homines sal-vari credant, sine operibus.

Ver. 45. *Et defiget tabernaculum velamenti sui in medi-duorum Marium*, (id est) seculorum, *in monte in-clyte sanctitatis:* (id est) in symbolo universali com-placitæ sanctitatis: *& nemi nem adjutorem habebi* Symbolum illud complacitum sanctitatis, est u nio duarum Ecclesiarum, in forma superiori

mon

pionis rerum terrestrium, & cœlestium: in quo Tabernaculum Dei erigam: quod erit cum hominibus in Ecclesiâ *Protestantium*, quæ *Isthmus* est temporis, & æterni aris.

אפרנו *Opperimenti sui glorioſi.* מיכאל ספר רמות ברקיע עולה *Enarratio Divinæ correſpondentiæ ad ſimilitudinem viſionis ſecularis.* Et in Repertorio, מלאך פני ארמה במינפורה *Complementum formæ humanæ in ſpecie ſpirituali.* (hoc eſt) πλήρωμα Χριστοῦ κατὰ ἄνδρος τελείω μέτρον *Implementum ſpirituale Chriſti ſecundum menſuram humanitatis eius perfectæ*, in unione corporis *Catholici*, & animæ rationalis *Proteſtantis*. Ita Tabernaculum *Chriſti*, eſt forma unionis duarum Eccleſiarum: & indumentum glorioſum eius, eſt correſpondens unio cœleſtium, & terreſtrium in Spiritu *Chriſti*. Eph. 4. 13.

ימים *Maria.* צבי עמר מיכאל עם *Complacens ſtatus rerum juxta ſimilitudinem Dei abſconditi.* Mare enim *Catholicum* intumeſcit in ſimilitudinem terræ, vel Eccleſiæ *Proteſtantium*. Quemadmodum aliud eſt mare, vel univerſum analogicum, quod intumeſcit in ſimilitudinem alterius Eccleſiæ cœleſtis. Omnia enim interiora in ratione myſterij ſe habent, ut Divina reſpectu externorum, quo ſenſu *Moyſes* poſitus eſt in Deum *Pharaonis*.

להר *Mons.* מיכאל שר צור *Rerum, vel ſimilitudinis Divinæ reſpectus figuratus.* Eſt enim mons elevatio terræ verſus cœlum, ſicut Eccleſia *Proteſtantium* elevatur, ut ſit forma Divinorum in figurâ: quia ſicut Eccleſia *Proteſtantium* eſt interna Exod. 7. 1.

plenitudo *Catholicorum*: ita est alia superior ple nitudo, secundum Analogiam *Christi* in utrâq Ecclesiâ uniti. *Et veniet ad summitatem eius.* Summitatem. יקצו צריק עולם *Suscitatio iustitiæ æte na.* Hoc est enim fastigium Religionis *Protestatium*, suscitare homines dormientes in imagin tione iustitiæ humanæ, ad speculationem justi sempiternæ. Et in Repertorio יחצאל לגוי *Requisitio proprietatis Divinæ iuxta similitudine eius.*

Et nemo auxiliabitur ei: עזר *Auxilians.* גדול יזהרו רקיע *In suscitatione magnalium admoniti nem aliquam expandens.* Et in Repertorio, צורה ארז צפר *Qui profuit per statutum aliquod arcanas ambienti.*

Non ergo de aliquo Rege seculi hujus intelligi hæc possunt; qui nihil in bello præstant sine multorum auxilio: sed de homine studioso sapientiæ, qui sine cuiusquam, vel hominis, vel Angeli adiumento, demonstrationem hanc sapienti Divinæ exhibuit.

Cap. 44.

Expositio 12. Capitis Danielis.

Ver. 1. *In tempore illo consurget Michaël, Princeps magnus, qui stat pro filijs populi tui: & erit tribulatio qualis non est facta, ex quo fuit gens ad tempus*

lud: & in tempore illo liberabitur populus tuus omnis, qui inventus fuerit ſcriptus in libro.

Mirari ſubit quomodo non ſint deterriti Expoſitores, qui Prophetias has de Regibus *Ægypti*, & *Aſiæ* ad literam expoſuerunt: cùm viderent hiſtoriam hanc *Michaëlis* ſurgentis, & Reſurrectionis comitantis, appendicem eſſe hiſtoriæ & temporis ſuperioris. Per *Michaëlem* non poteſt intelligi ſpiritus incorporeus; quia non pertinent hæc ad acta rerum viſibilium. Audi ergo quis ſit. מיכאל *Michaël* ∇. Primò, עומר בני עמים *Miniſter filij mei, qui myſteria invenit iſta.* Et iterum eodem loco deſcendendo, לעולם משכיל יורה אתה רניאל *Qui ſeculi viris doctis ſignificavit Adventum Chriſti ad judicium.* Tertiò, סותם דבר כלה אלה לבין *Qui ex arcano verbo perfecit horum intelligentiam.* Et quartò, רבי מבין כל אלף ומאתים Doctor, qui intellexit univerſi, vel ſeculi, *millenarios, & centenarios.* Et ſurſùm aſcendendo △ exponitur: העומר צבי כשמם ראשית מלט *Miniſter, qui beneplacitum meum ſecundum nominum principia eruit.* (id eſt) per literas teſſeralcs dictionum, quæ vocantur Raſe teuoth, *principia dictionum.* Secundò, פרשל שער מלך מאשר אלוה Expoſitor, qui ad oſtium regni direxit Divini. Et tertiò, △ מעוים מבצר כסף אב אל Qui cogitationes rerum intuetur ſecundum hypoſtaſin Dei Patris. Et quartò, △ מעוים גדלים כל אל על כל *Qui meditando, vel ſtudendo, magnalia apprehendit Dei, ſuper univerſos.* Citabo nunc totidem teſtimonia ex Repertorio, in paginâ priori מ. Primo, deſcendendo משרת אמר לכו אתה עלית *Extrahendo*

trahendo orationem hujusmodi, in ascendisti. עלית
מיכאל Statutus es Michaël. Secundò, ∇ קנית לך
לראות אמריו שלח Qui Dominum venire ad visitandas oves suas significavit. Tertiò, ∇ אתכם יגרש
כסף את גרור Qui scripturam similem excudit juxta limen Scripturæ magnæ.

Quartò, מאר מרדי יצור וכרה אמר לילה Qui verum materialium tempus constrinxit, & thronizavit noctem: (id est) Vesperam dicti judicij. Et sursùm ascendendo. △ נשא קרא אל כל
מאוש שלישה Qui extraxit scripturam Divinorum omnium e consensu tribus. (id est) radice nominum, quæ ex tribus literis constat, vel ex sono perfecto. Secundò, △ שחת איש יכל את ירו משה
Infimus virorum, qui comprehendit propriâ potentiâ Moysem. Et tertiò, משבמצרים השך אמר ישראל
Qui scrutatus est per afflictiones tenebrarum verbum Dei rectum. Quartò, △ מרים תקע הפך אל יהוה
עלי Qui angustiarum legalium defixit versionem ad verbum Divinæ complacentiæ superius. (id est) qui ipsam lectionem punctualem Scripturæ convertit, ad determinandum verbum Dei superius.

השר Princeps. העמר אשורי ספר Qui stabilivit gressus, vel methodum legendi Scripturam. Et in Repertorio, paginâ secundâ. המסך פשחור קרא
Qui avertit multiplicem respectum Scripturæ, (scilicet) determinando ipsas voces, assumendas juxta tesseras literarum.

בני עמך Filij populi tui. ∇ בעת נמצאו תים
עפר עולם משביל Qui in temporibus inventi sunt Catholicorum indulgentium mundi intelligere. (id est) Rationem justificandi mundum per indulgen-

tiam

etiam gratiæ Divinæ. Et in Repertorio ג. הבל ▽ קין יבא ישע מנחה מעי *Qui à vanitate possessionum suarum ingressi sunt ad salvandum per oblationis formam, vel oblationem faciei.* (id est) *Christi.* Sed quo tempore steterit *Michael* ille, ad ministrandum Deo, pro partibus *Protestantium*: Audite etiam non solùm ex necessariâ consequentiâ superioris historiæ, verùm etiam ex ipsis verbis sacræ Scripturæ. Duo fuerunt distincta tempora, in quibus ostendi me publicè partes *Protestantium* sequi, & tueri: postquam ad interiorem scientiam rerum Divinarum perveni. Primò, postquam *Apparatus* meus *Romæ* condemnatus est Anno Dom. 1609. Anno enim decimo post millesimum sexcentesimum in patriam meam reversus sum. Secundò, hoc ipso anno in quo toti mundo ducem me exhibeo, & vindicem Ecclesiæ, & fidei *Protestantium*. Vtrumque hoc tempus clarè hoc in loco designatur.

בעת *In tempore.* בני ערד ספר *In adjuncto meo numerum recense.* Est verò adjunctum illud dictio השר נדול בני אשר ▽ ההוא *Respice* (scilicet) 1610. Et secundum sensum verborum, *Respice filij mei ὁμόδρομον, & Directorem viæ.* Et in Repertorio, אלהים חידה עבר ובלא ההוא *Illo. Elohim Dictio transit, & claudit:* (id est) in totâ numerorum collectione transit numerum temporis, sed in extremitate claudit. א, & ם literæ extremæ claudunt vocem *Elohim*: claudunt etiam numerum 1600. qui præsens Annus est à Passione *Christi*, secundum *Catholicos*.

Et erit tempus tribulationis: למצא ספר ▽ צרה ארמה

אורה *Inveniendi enarrationem similem.* (id est) juxta Analogiam unionis *Protestantium*, & *Catholicorum*. Et in Repertorio ג. secundâ. רבר עזר חזק *Ad inaccessum sensum comprehendendum.* Ingredientur enim omnes Theologiam professi istudium hoc, non alitèr salvandi, quàm per investigationem sensus cujusdam superioris, qui complementum sit unionis utriusque Ecclesiæ.

Qualis non est facta ex quo fuit gens, ad tempus illud. גוי *Gens.* גורל שנית יהוה *Sors secunda Divinæ complacentiæ, vel Christi:* (id est) *Catholicus*, qui sub nomine gentium intelligitur: & ita habet sectas *Protestantem*, sicut olim omnes gentes ad *Judæum* primus vocatione, ultimus electione. Et in Repertorio, הרג אמר יהוה *Qui mortificationis doctrinæ complacet.* (id est) *Catholicus*, qui mortificationem carnalem prædicat. Spiritualem enim mortificationem, nemo sanæ mentis vituperet.

Et in illo tempore liberabitur populus tuus omnis, qui inventus fuerit scriptus in libro. ספר *liber.* משביל׳ם שפת אמר *Declarante labium verbi, & quòd intellexerit labium verbi.* (id est) qui invenitur approbatus testimonio verbi interni, quòd recte intellexerit verbum Dei, & Evangelium non in literâ: sed in spiritu.

Ver. 2. *Et multi dormientes in terrâ pulveris evigilabunt, hi ad vitam æternam, & hi ad improperium in abominationem seculi. Et Catholici qui dormiunt in similitudine*, (id est) Analogiâ indulgentiæ evigilabunt: hi ad vitam seculi, & hi ad manifestandum in actu scenico seculum illud: (id est) vitæ

רבים *Multi.* עפר רכר ישטו שנים *Qui in-*

dulgentiæ

dulgentiæ, vel gratiæ doctrinam per luſum repræſentant rebellantes ei. Et in Repertorio. אמר הבאישו ישראל בעולם *Qui pro doctrinâ odiosâ habent æquitatem, vel beneplacitum Dei in myſterio.* (id eſt) in ſigno contradictionis.

דרראון צדיקים רבים בסהם ארמת *Similitudine. Vita formalis iuſtitiæ Catholicæ in ſigno.* Et in Repertorio, אלהים עברת בדמון נשמת *Dei cultus in ſimilitudine rerum ſpiritualium.*

עפר *Indulgentiæ.* עולם ספר רבים *Myſtica enarratio Catholicorum.* Hæc eſt enim indulgentia Dei, ut per ſimilitudinem verborum ſuorum benignè exponantur *Catholici* contra ſenſum operum ſuorum: quia myſterium iniquitatis in rebus, efficax factum eſt in verbis. Et in Repertorio, עור פרח לאחר *Pellis, vel ſuperficiei efflorescentia in ſeculum futurum.*

יקיצו *Evigilabunt.* לחי צדיק הרבים יחצו ככלות *In vitâ iuſtitiæ Catholici dividentur perfectè.* Et in Repertorio, נפתל פקור בינת מצרים לד *Perverſitatem reſpicient intellectus ſui in afflictionum delectatione.*

דראון *Actus ſcenicus, vel vita viſionis:* צדיק הרבים רניאל חתם שנת *Vt per juſtitiam Catholicam, judicium Dei occultum demonſtrent.* Et in Repertorio, folio ד paginâ ſecundâ. ילד אחר מאותבינת שנת *Generatio ſeculi alterius ex ſigno intelligentiæ contrario.*

אלה *Hi.* דראון עולם הזהרו *Qui de actu ſcenico mundi commonefacti, & edocti ſunt.* Et in Repertorio, אתה רניאל ברברים *Qui veniunt judicandi à Deo in verbis ſuis.* Quicunque intellexit, & credidit

Mat. 12. 37. didit esse aliud arcanum in fide Catholicâ : hic in judicium non venit, sed ad vitam evigilat : qui verò non habuit ullam veritatẽ in rebus, sed tantùm in verbis fidei, & bonorum operum, judicabitur secundum verba. Omnia autem verba *Catholicæ* justitiæ, quibus quisquam condemnatur, significant actum hominis quærentis justitiam Dei, sed non possidentis. Propterea ex ipsâ vi verborum suorum conijciendus est in seculum repetitum; ut id in veritate faciat in alterâ vitâ, quod in figurâ expressit, se aliquando facturum in hâc vi-

4. Esdr. 7. 25. tâ. *Nam plena plenis, & vacua vacuis dabuntur. Et*

Mat. 15. 22. *habenti dabitur, & abundabit; à non habente verò, hoc ipsum auferetur, quod putat se habere.* Clarum ergò est intelligi verba hæc non de resurrectione generali corporum: sed de resurrectione spirituali intellectuum.

Ver. 3. *Et qui intellexerunt :* (id est) mysterium Religionis *Catholicæ; fulgebunt sicut splendor firmamenti : & qui justificarunt Catholicos* imputando illis gratiam Evangelicæ fidei subintellectam, *erunt tanquam stellæ in seculo Catholicorum, & seculo Pro-*

2. Tim. 4. 8. *testantium; Pietas enim habet promissionem hujus vitæ, & futuræ.* Est verò εὐσέβεια, cultus Dei in bonitate, & sensu correspondentiæ.

Vers. 4. *Tu verò Daniel claude verba, & signa librum ad tempus finis :* Ne palam enuncies, vel ipsam historiam secretorum horum, vel librum, in quo scribuntur. Liber sigillatus est dispositio tesseralis sacræ Scripturæ, in quâ scribuntur verba sequentia per tesseras suas : & verba scripta in hoc libro, sunt dictiones contesseratæ, quæ claudendæ erant

usque

usque ad finem. Et hic est liber scriptus antè, in textu verborum præcedenti: & post, in textu verborum consequenti. Scribitur etiam interiùs, in loco proprio; & exteriùs in Repertorio numerali. Apoc. 5. 1.

Discurrent circum circà Doctores, sed non attingent rem: & multiplex fiet sensus.

Et vidi ego Daniel, & ecce duo alij stabant, Ver. 5.
unus hinc, ad ripam fluvij: & alius indè, ad ripam fluvij. (id est) Et vidi in mente meâ judicium Dei inchoatum; & ecce, duo novissimi stabant, unus hinc, ad marginem, vel labium Scripturæ se exponentis: & alius indè, ad labium Scripturæ se exponentis.

חיאר *Fluvius, vel Commentarius elucidans.* הנרא אמר אשר אחריתו *Hoc ipsum verbum, vel oratio Scripturæ, dirigens ad posteriora sua:* (id est) Scriptura per tesseras & signa dirigens ad sensum. Et in Repertorio, שנרא ישמעאל כל אנשי ובני נבר *Doctrina auditus Divini comprehensa à Protestantibus pariter, & filijs alienis.* (id est) Doctrina Scripturæ sacræ. Duo novissimi, qui stabant ad labium Commentarij Scripturæ sacræ: sunt *Catholicus* spiritualis, qui desiderabat scire quando desiturum esset mysterium iniquitatis; & ingrederetur Ecclesia vera *Christi*: & *Protestans*, qui Scripturam profitetur exponendam esse per Scripturam. Quorum ille stabat ad ripam fluvij, vel labium Scripturæ se exponentis per signa, & figuras: *Protestans* verò ad labium Scripturæ per se exponentis seipsam disertis verbis.

Et dixit viro induto lineis, qui stabat super aquas Ver. 6.
fluvij: quando erit finis mysteriorum? Sciebant enim

ſpirituales *Catholici* finem omnium myſteriorum hujus ſeculi, conſummandum in doctrinâ, & Eccleſiâ eorum, qui clarè juſtitiam fidei profiterentur: etſi per nomen *Proteſtantium* tunc non innotuerint: ſciebant etiam quicquid geritur in cultu *Catholico*, eſſe hypotypoſin, & delineationem *Proteſtantis*: qui ideo dicitur *indutus lineis, & ſtare ex alterâ parte fluvij*. Eſt enim *Catholicus* finis hujus ſeculi, & *Proteſtans* principium alterius: & tantùm manu hominis hactenùs diſtincta ſunt hæc
4.Eſdr.7.8. ſecula. Quoniam Eccleſia, & Religio *Proteſtantium*, ſi nudè proponatur, ſine gloriâ indumenti *Catholici*, manus eſt, & operatio, & ſocietas hominum: ſed ſi reveletur in unitate fidei, & Eccleſiæ *Catholicæ*, non in humanis, ſed in Divinis cenſenda eſt. Et filij Dei ſunt, *quorum revelationem*
Rom.8.19. *tota creatura expectavit*. Interrogatio itaque *Catholici*, ut demonſtretur ſibi, per civem alterius patriæ, quando futurus eſſet finis myſteriorum horum, eſt deſiderium, quod habebant viri ſpirituales, ut publicè proderet Eccleſia reformata, quam animo præſentiebant.

Tandem ergò, ut miniſter ſeculi futuri *Proteſtantium* ſatisfacio deſiderijs omnium ſpiritualium Eccleſiæ *Catholicæ*. Ex alterâ parte ripæ, vel labij ſacræ Scripturæ manifeſtè ſto: ubi ante me
Ver.7. nemo unquam publicè viſus eſt. *Indutus ſum lineis*, quia ſub omnibus ſignis, & lineamentis Eccleſiæ *Catholicæ* fidem meam velo. Levo dextram rationis poſitivæ meæ, & ſiniſtram rationis negativæ, ad cœlos, & durationem motus cœleſtis. Et dico in formâ propoſitionis affirmatæ, ſed

tamen

tamen correctione semper subintellectâ, quod non intendo asseverare hæc quæ dico, & affirmo per demonstrationem verborum, signorum, & rationum, quorum seculum hoc capax est; quòd Annus iste 1633. ab ærâ *Christi Catholicâ*, in quo demonstratur unio duarum Ecclesiarum priùs dispersarum à seipsis, sit finis totius mysterij *Catholici*, & finis omnium eorum, quæ à Prophetâ *Daniele* dicta sunt.

ישבע *Iuravit.* חי׳ קדש בינה עדרה *Dictionem sancivit prudentiâ adhibitâ.* Et in Repertorio, יהודה ירושלם במקים עפרה *Prædicavit doctrinam perfectam statuto modesto:* (id est) Propositionem affirmativam enunciavit, sed cum cautione adhibitâ, & modesto modo statuendi.

חי׳ *In viventi seculo.* חצה יר אחרית רבה *Per propriam rationem consequentis verbi, vel propositionis.* Et in Repertorio, בחר ירדן *Probatio per doctrinæ criteria:* (id est) asseruit per rationes evidentes seculo, (videlicet) per demonstrationem Logicam quoad seculum.

Quòd in tempore, & temporibus, & medio, &c. Et quodnam tempus assignari potest, quod non possit dividi in tres partes, & dimidium? Certè si non subesset altior sapientia, indigna Spiritu Dei esset Prophetia hæc: sed scias esse voces has ænigmaticas, & numerales. מועד valet 120. & מועדים 730. & bini 1460. & accipienda est non tota numeratio vocum, tam in consonis, quàm in vocalibus: sed tantùm in dimidio horum numerorum: 730. bis, & 120. conjuncti fiunt 1580. Si ergò numeres ab ipso principio mirabilium, &

mysteriorum, quorum finis requiritur, quod factum est post Annum *Christi* 53. secundum *Catholicos*, quando cœpit mysterium iniquitatis in Ecclesiam introduci, per Apostasiam totius populi *Christiani* ad justitiam rigidam legis, quæ mysterium est simplicis justitiæ per fidem; desinit in præsenti Anno 1633.

Isai. 22.8. *Cùm finita fuerit dispersio manus populi sancti, finientur universa hæc.* Et hæc est altera determinatio temporis illius, in quo revelabitur mysterium, & auferetur velamen, quod superductum est toti terræ; quando potentia, & virtus populi *Christiani* priùs dispersa, in unitatem reducetur. Dispersa est enim μόρφωσις ἐυσεβείας, & forma pietatis, à virtute ejus hactenùs: illa in *Catholicis*, hæc in *Protestantibus*. Hoc verò Anno demonstratur unio utriusque.

Ver. 8. *Et ego audivi, & non intellexi, Et dixi Domine,*
Ver. 9. *quid erit post hæc? Et dixit: Vade Daniel:* (id est) res tuas, vel res alias age, *quia clausa sunt, & signata res hæ,* (quæ post hæc fient) *usque ad tempus finis. Purgabunt se, & dealbabunt, & conflabunt*
Ver. 10. *multi, & superficialitèr agent superficiales; & nullus eorum intelliget: sed cùm docti fuerint, tunc intelligent.* Multi declarabunt literalem sensum; multi dealbabunt (lucis instar) figuratum sensum: multi conflabunt rationalem.

Et observa, quòd non determinavit tempus, in quo omnia hæc finirentur, per resurrectionem mortuorum: sed tunc fieret resurrectio (spiritualis,) & complerentur singula, quæ dicta sunt superiùs: quando facta fuisset unio populi dispersi.

Quoniam

Quoniam unio illa magis manifesta futura esset, quàm quælibet superiorum actuum, qui de regnorum historiâ commemorantur.

Et à tempore, quo removebitur juge sacrificium, Ver. 11.
& ad dandum abominationem desolationis, dies mille ducenti, & nonaginta: & beatus, qui expectat ut perveniat ad dies mille trecentos, & triginta quinque.
Non intelligitur Prophetia hæc de certo numero dierum, vel Annorum: quis enim potest expectando pervenire ad tempus aliquod sensibile, aut expectando tempus aliquod seculi beatus esse? sed intelligitur ænigmaticè, de diebus intelligentiæ, & sensu rerum, & distinctione duplicis Ecclesiæ, & transitu ab unâ ad alteram: & respicit formam fidei utriusque Ecclesiæ, significatam in cubitis cortinarum, tam caprinis, quàm byssinis. Vndecim fuerunt cortinæ caprarum, quæ habebant triginta cubitos in longitudine, & quatuor in latitudine, quibus significabatur prædicatio doctrinæ rigidæ *Catholicorum*. Prima series cujusque cortinæ significabat doctrinam Ecclesiæ *Romanæ*, quæ docet (derelicto verbo Dei scripto) adhærere doctrinæ, & traditioni, & praxi Ecclesiæ *Catholicæ*. (id est) totius populi mutuò conspirantis. Hâc doctrinâ in actum deductâ, remotum est juge sacrificium, quo carnale judicium intellectus humani mortificandum est, & verbo Dei scripto offerendum in omnibus fidei *Christianæ* quæstionibus. Et hoc factum est, ut omne privatum judicium singularium hominum abominabile haberetur. Ex hoc enim consilio cœpta est ædificari *Babylon* olim, ne in varias sectas dispergeretur

dispergeretur Ecclesia, si cuiquam liberum esset ex sacrâ Scripturâ decerpere fidei veritatem pro arbitrio suo. Ergò post primæ hujus cortinæ primam seriem, reliquus numerus cubitorum fiet 1290. qui terminus est designatus durationi vastitatis jugis sacrificij.

Ita exponitur vox à *tempore*, (*quo remotum est juge sacrificium*) &c. עת *Tempus.* עת ראות עמר שנת *Quod accedit ad signum ministerij secundi.* Fuit enim introductio doctrinæ illius, primordium mysterij, & accessus ad primum agendum ministerij secundi Ecclesiæ *Protestantium.* Et in Repertorio. על שמאלית פעם ימינית *Operatio sinistra vice dextræ.*

ימים *Dies.* אשר מחכה נגע מאות *Directionem expecta, quæ pervenit ex signo*: (id est) ne intellige dies, hoc in loco, vel simpliciter, vel secundum intelligentiam spiritualem: sed ænigmaticè, scilicet ex signis tabernaculi. Et in Directorio, משמר מהר הסאים אנרם *Ad sententiam festina mensurarum Papæ Romani.* Signum illud, & mensura *Papæ Romani* habetur in cortinis undecim caprarum, constantibus ex cubitis, tanquam intelligentijs particularibus, 1320. Ergò post primam seriem 30. cubitorum, remanent 1290.

Ver. 12. *Beatus qui expectat, ut perveniat ad dies* 1335. (id est) ad primam seriem cubitorum in cortinis byssinis, & partem secundæ; quod significat primam doctrinam Ecclesiæ *Protestantis*, & partem secundæ: (scilicet) quòd solum verbum Dei scriptum sit sola regula fidei; & quòd Scriptura hæc sit exponenda in sensu benevolentiæ Divinæ secundum

cundum spiritum: non asperitatis, secundum literam. Et quicunque superioribus Ecclesiæ *Catholicæ* temporibus expectavit, ut perveniret ad illa tempora Ecclesiæ, quando verbum Dei ita esset exponendum, hic in beatorum numero censetur.

Et secundum lectionem æquivocam *Physon*: *Beatus qui expectavit ut perveniret ad dies, vel dispositiones doctrinæ perfectæ ex signis perfectionum tanquam præparatione ejus.*

Et tu Daniel vade ad finem, & quiesce, vel solatium accipe, *& stabis in sorte tuâ in fine dierum.* Et tu *Daniel*, in omni operatione tuâ, secundum legem, habe relationẽ ad finem hunc, & ad Ecclesiam, quæ in fine futura est: & in eâ solatium percipe: & Prophetia tua erigetur in sorte sensus sibi proprij, in fine temporum. גרל *Sors.* גור ירושלם *Collectio doctrinæ concordis ad prædicandum res Divinas:* (id est) tesseralis lectio dictionum, quæ faciunt doctrinam correspondentem. Et in Repertorio, גן אשור לקח *Arcana directio doctrinæ, in modum horti.* Ver. 13.

Et hæc est expositio clara, & germana Prophetiarum *Danielis*, quarum neque minimam partem quisquam Expositorum intellexit, priusquàm à me positus est *Daniel* in sorte suâ.

Cap. 45.

Confirmatio ejusdem rationis temporum, & ministerij mei, ex 10. Cap. Apocalypseos.

QVandoquidem Prophetiam illam *Michaëlis* surgentis in defensionem populi Dei, de ministerio

nisterio meo exposui; in quo etiam rationem temporum in præsenti Anno defixam explicui: non gravabor gustum vobis dare Apocalypseos interpretandæ, in hoc Capite; quoniam pars illa historiæ Angeli elevantis manum suam ad Cœlum, & jurantis per eum, qui vivit in seculum, quòd tempus non erit amplius; sed in diebus vocis septimi Angeli finietur mysterium Dei; manifestè convertit oculos legentis ad caput superius *Danielis*.

Eodem autem modo faciendum est in explicatione hâc Apocalypseos, quo præluxi in Prophetiâ *Danielis*. Dixit autem Angelus *Ioanni*, quòd *oporteret eum iterum vaticinari populis, & nationibus, & linguis, & regibus multis*. Quia totum illud, quod à S. *Apostolo* dicitur in hoc capite, in libellulo illo aperto, dicit etiam in Evangelio. Quoniam per singulas lineas uterque liber alteri respondet. Numera ergo in Testamento Græco lineas utriusque libri, & hoc facto vocem quamvis Apocalypseos, quam scire desideras, require in ejusdem numeri lineâ, in Evangelio S. *Ioannis*: & ab eâdem parte lineæ incipe tesserarum collectionem; Scio quòd melle dulcius videbitur hoc viris doctis, cùm veritatem eius in gustu exempli à me propositi perceperint: sed cùm perrexerint ad faciendum experimentum eius, in studio proprio, amaritudinem viscerum sensuri sunt. Quoniam sicut beata *Maria*, virgo fuit, ante partum, in partu, & post partum: Ita ratio hæc tesseralis legendi, & interpretandi *Apocalypsin*, Virgo (id est) hominibus ignota fuit, priusquam in hoc libro

Apoc. 10. 11.

bro enixa est Filium suum. Et in ipsâ demonstratione visibili expositionum harum adhuc ignota est; quia stupendum cuivis videbitur, quomodo possit fieri hoc, quod factum videt. Et etiam ignota apparebit, quando ad experimentum faciendum accesserint. Quia nullius hominis ingenium congredi cum dictione hâc permittetur, nisi Spiritu sancto impleatur: ut non sit operatio hominis, sed spiritus; Sed priusquam ad lectionem sequentium interpretationum accesseris, consulueram tibi, relegere regulas illas 24. quas superiùs tradidi de modo legendi librum hunc compendiosum: ne queratis voces aliquas à me derelinqui, & alias eligi. Ordinatè enim omnia aguntur: voces enim merè intellectuales nunquam præteundæ sunt: & merè sensibiles nunquam assumendæ; sicut neque dictiones enclyticæ, & Pronomina, &c. quæ nullam rerum lucem sententiæ affundunt; voces verò metaphoricæ, quæ lucem habent similitudinis, ut stellæ, & voces æquivocæ, quæ Lunæ instar splendent, accipiuntur ubi non occurrit statim dictio clara ejusdem tesseræ: quanquam & illas etiam eodem in loco in comitatum suum accipere, non dedignatur ὁ λόγος. Sed opus est tentatione, & experimento: ut invenias in quo potius tramite clarius decurrat sententia; quæ multis modis exprimi potest. Quòd si fortè deprehenderis alicubi dictionem aliquam merè intellectualem à me præteritam; scito non factum hoc necessitate ullâ, vel electione, sed quia Spiritus Dei, qui est fortuita complacentia verbi, adeò zelotypus sit gloriæ suæ, ut quantamvis di-

ligentiam adhibeam, ut germanas tesserarum dictiones assumam: tamen aliquando rapiat me περιχαρεία, ut vocem aliam colligam minùs propriam. Vt appareat quòd licet submittere se possit ad leges legendi certas, non fiat hoc tamen ex necessitate, tanquàm aliter fieri non possit, sed ex liberâ voluntate. Sicut enim radius Solis per fenestram elapsus, non solùm illam crenæ lineam irradiat, per quam transit; verùm etiam loca distantia: Ita ὁ λόγος ἀπλάθετος non solùm in regulâ lectionis directâ, verùm etiam in obliquâ, sapientiæ suæ manifestationem facit. Dictiones verò indeterminatæ tesserarum simul collectæ, sunt os infantium & parvulorum, in quibus fundavit Deus laudem, & potentiam suam. Hæc est enim vox illa, à tergo monens (ut ait Propheta) quæ sit via sermonis, in quâ incedendum sit: quæ adeò manifesta est, ut non possit stultus per eam errare: neque potest bestia aliqua profani sensus in hoc tramite incedere: sed tantùm electi Dei, quorum capita coronavit Deus gaudio sempiterno: (id est) *Protestantes*. His præfatis accedo ad faciendum Commentarium 10. hujus capitis.

Psal. 8. 3.
Isai. 30. 21.
Isai. 35. 8.

Ver. 1. 2. 3. *Et vidi alium Angelum fortem descendentem à cœlo, indutum nube, & Iris erat super caput ejus, & facies ejus tanquam Sol, & pedes ejus tanquam columnæ ignis: & habuit in manu suâ libellum apertum, & posuit pedem dextrum super mare, & sinistrum super terram, & clamavit sicut Leo rugit, &c.*

Ἄγγελον *Angelum*. Ὁ καταβαίνων πρὸς τὸ ἀνοίγειν λόγος ἀπὸ τὰ βλέμματα τοῦ μέλλοντος μυστ

εἰν, ἐν φωνῇ αὐτῆς. *Qui descendit ad aperiendum librum per respectus futuri mysterij in ipsâ voce.* Respectus mysterij futuri, sunt literæ tesserales cujusque vocis, per quas manifestatur. Descendere dicitur, quatenùs ad captum carnalis auditoris se accommodat, & res cœlestes sub aspectu carnali humani ingenij deducit: ut *videat omnis caro:* (id est) homo carnalis, expers spiritualis scientiæ; *quòd os Domini has verbi sui* explanationes *dictaverit.* Angelus nomen generale est significans eum, qui res Divinas sub signis visibilibus declarat: sed singulariter determinatur in ipsâ expositione, ad rem, de quâ sermo habetur: qui clarissimus est modus docendi. Et in Evangelio S. *Ioannis* dictio ἄγγελον exponitur ὃς ἀλλοτέλεις γεγονότα ἀπεκύησε λόγους μένοντα εἰς αἰῶνα. *Qui alium parallelè statutum discrevit sermonem, qui in æternum manet:* (id est) qui per res omnes, & libros perpetuò perseverat. Non morabor in singulis vocibus, quæ per evidentiam reliquorum illustrantur: sed tantùm in obscuris.

Isai. 40. 5.

Ioan. 6. 22.

Ἐκ τοῦ οὐρανοῦ *A cœlo.* Περίβλημα εὐώνυμον, ἢ καλῶν ὀνομάτων, ἐξ οὗ κεκυμένη μεγάλης φωνῆς μέλλει ἀκούεσθαι. *Velamentum decorum nominum, ex quo præconium magnificæ vocis audiri potest.* Velamentum illud est βραχυγραφία dictionum, quæ expandit se in maximam latitudinem: ex quâ magnifica vox τοῦ λόγου ἐνδιαθέτου exaudiri potest: sicut dicitur *Cœlum enarrat gloriam Dei, & opera manuum ejus,* (id est) res creatas, *annunciat* in spirituali in-

Memineris enim nomina à me accipi, non prout usurpantur in textu: sed secundùm totam latitudinem eorum, sicut monui in regulis legendi.

Psal. 19. 2.

telligentiâ *firmamentum*, vel expansio tesseraru
Dies sensibilis *eructat verbum diei* intelligibilis; e
nox sensibilis *indicat* per tesseras suas *scientiam n*
ctis intelligibilis: *nullus est sermo, neque lingua,*
quibus non audiatur vox eorum, in omnem scriptura
exivit sonus eorum, & in fines orbis terræ: (voce
scripturæ vulgatis definitæ) *verba eorum* indefi
nita. Et in Evangelio in loco correspondenti
Ἄλλη συνελήφθη τοῖς τιβερίταις εὐχαριστία εἶδος Ivo
Alia gratificatio speciei verbi viventis *concurrenti cu*
Tiberitis (punctorum Magistris.) Verbum viven
Hebr. 4. 13. ὁ λόγος ζῶν *Paulo*, est verbum ἐνεργὲς: quod po
potentiam, & benignitatem suam gratificatur sc
Rabbinorum lectioni punctatæ. Quoniam no
solùm ipsis consonis *Hebræis*; verùm etiam voca
libus, & accentibus gratificatur lectio verbi inter
na: licet enim ipsi curiosè determinaverint car
nalem sensum instrumenti veteris: Spiritus tamen
Filij Dei, juxta regulas ipsorum, accommodat se
ad expositionem sensus loci cujusvis: ut post hæc
ostendam. Est ergo *Cælum* relatio verbi interni a
externum Scripturæ textum. Sed est alius etiam
sensus horum verborum, & alia gratificatio spe
cici *Christi* Salvatoris, congrediens cum Tiberi
nis: (id est) *Romanis*: quorum civitas illo flumi
ne rigatur, & ab illo per circumlocutionem de
nominari possunt. Alia gratificatio est indulgen
tiæ *Christi*, imputantis justitiam suam, non so
lùm *Protestantibus*, qui sunt filij germani fidei
verùm etiam *Catholicis*, qui sunt filij alieni.

Et observa pulcherrimam analogiam verb
& Ecclesiæ. Verbum Dei habet Scripturam n
turale

turalem in consonis, & præter naturalem in punctis, quæ à *Tiberiis* tradita sunt. Ecclesia etiam *Christi* alia est naturalis: (id est) *Protestantium*, quæ verbo Dei scripto adhæret, & alia spuria, *Catholicorum*, quæ in traditionibus fundatur disciplinæ *Romanæ*; quæ instar punctorum per spinas, & tribulos disciplinæ asperæ libertatem Evangelij configit. Et *Christum* crucifigit coronâ spineâ, (scilicet) solicitudine justificationis terrenæ; sicut *Tiberiæ Iudæi*, verbum Dei punctorum notis crucifixerunt.

Sicut ergo Scripturæ punctorum indulgetur tesseralis lectio vocum, quæ ex consonis fiunt: ita ut per significationem liberam vocum animentur notæ, quæ omnem libertatem vocum tollunt: ita Ecclesiæ *Romanæ* indulgetur gratia Ecclesiæ *Protestantium* in seipsâ liberæ, ut à pinguedine Rom. 11. 17.
dulcis olivæ nutriatur agrestis: quæ omnem libertatem naturæ, & Evangelij perimit. Et sicut prior est scriptura consonarum, quàm vocalium: ita prior est Ecclesia *Protestantium*, quàm *Catholica*: licet enim puncta data sunt à Deo in monte *Horeb*, non tamen data sunt ad constringendam libertatem verbi, *quod non ligatur*: sed ut lectoribus carnalibus laqueus esset, & pedica, qui arbore Psal. 10. 6.
vitæ relictâ, arborem mortis propter visibilem Gen. 3. 6. 24.
decorem suum eligerent: & ut sepimentum Paradisi esset, ne quis posset eò penetrare, nisi per ostium spinalis initiationis: cum hoc tamen consilio apposita sunt, ad vitandum βάβαιος lectionis carnalis monstrosæ: donec veniret *Christus*, & semen Ecclesiæ ejus, qui hæredes totius Scri- Gal. 3. 19.

pturæ.

pturæ ieternæ futuri essent. Vt tamen *Ismaël* carnali lectori, & cultori justitiæ legis, imputaretur gratia verbi liberi, tanquam fuisset filius *Sara* solutæ lectionis. Quemadmodum ratio illa loquendi de rebus Evangelij, sub formâ austerâ justitiæ humanæ, tanquam ænigmatica ratio prædicandi ab ipso verbo Dei facta est: ut esset paries intergerinus, qui separaret auditores ἐξωτερικὸς, ab acroamaticis. Quoniam sapientiæ Divinæ opus est, non solùm clara elocutio rerum Divinarum per proprias voces; verùm etiam ænigmatica forma loquendi, per modum contradictionis. Ne quis miretur quomodo forma doctrinæ *Catholicæ* à *Christo* profecta sit, quæ fidem *Protestantium* destruit quoad sensum carnalem; licet vivificet quoad spiritualem; quia mundus hic *Catholicus* à Deo factus est, (licet ipsum non cognoverit, sed oderit,) & propter salutem ejus passus sit se crucifigi in seculo *Romano*: & pro persequentibus suis orarit. Licet autem mundus hic *Catholicus* à Deo sit, quoad formam verborum, non est tamen quoad sensum perditionis carnalem; quia *Deus non fecit mortem, neque delectatur eâ, sed à stultis hominibus inducta est*: qui fructum arboris sciendi bonum, & malum, pulchrum, & suavem æstimabant. Et similitèr Scriptura punctualis à Deo est, sed non ad definiendum lectionem verbi homini spirituali, sed carnali; qui non poterat apprehendere benedictionem, & vitam; sed maledictionem, & mortem. Dicitur enim à *Salomon*, *verba sapientum*, (id est) literæ consonæ, quæ verbis æquivalent, *similia sunt stimulis, & clavis plantatis*: est

Eph. 2. 14.

Ioan. 1. 10. 3. 16.

Sap. 1. 13.

Deut. 30. 19.
Eccli. 15. 17.

Eccles. 12. 11.

enim

enim illa forma omnium consonarum, quæ datæ sunt magistris legendi, à Pastore, vel Doctore uno, vel sine confractione aliquâ. Et præter hæc, *cave mi fili, facere verba macrographa,* (id est) punctualem lectionem, sine ullo usu: vel lectionem ejus tantum ad tædium pronunciationis, & gravamen carnalis intelligentiæ: quoniam lex ista, sive ratio legendi, licet non justificat hominem, est tamen introductio ad justitiã *Christi*, per gratiam Dei.

De duplici ergò cœlo descendit Angelus iste, non incorporeus, sed corporeus *Christi* Minister, & præco rerum Divinarum: (scilicet) à relatione totius Scripturæ ad verbum tesseraliter lectum, etiam in punctis: & à relatione totius Ecclesiæ *Catholicæ*, ad Ecclesiam internam *Protestantium*, quam cùm clarè omnibus proponit, descendit ab illo statu altitudinis arcanæ, & subijcit se intelligendũ cuivis homini carnali. Et propterea omnis sermonis ornatum depositi, electionem faciens potiùs humiliter, & barbarè ad intellectum loqui; quàm decorè & politè ad aërem. Cœlum.

Duplex ista interpretatio vocis *Cæli* ex Evangelio, monet ut recurram ad priorem expositionem, quæ ducta est ex Apocalypsi, & similem sensus geminationem ibidem ostendam. Verba enim hæc: Πεμβλημα ἐνώνυμον, ἢ καλῶν ὀνομάτων, ἐξ ὧν χεγυνὴ μεγάλης φωνῆς μέλλει ἀκούεσθαι. Duplices etiam cœlos significant; primò velamentum decorum nominum biblij, quæ punctis definita sunt; ex quibus clamor magnæ istius vocis Divinæ exaudiri potest per lectionem tesserarum: & similiter

velamentum decorum nominis Divini in Eccles
Catholicâ, ex quo vox clamoris magni, (id e
Protestantium, qui à clamore *Protestantes* denom
nati sunt, potest intelligi. Est enim Ecclesiæ C
Malac. 1. 11. *tholicæ* fides nomen Dei, sicut dicitur: *Magn*
est nomen meum in gentibus. Sed fides *Protestanti*
est res, & virtus Dei: quia finis legis tam *Mos*
sæ, quàm *Catholicæ* est *Christus Iesus* creditus
justitiam.

Indutum Περιβεβλημένον *Indutum*. Πρόσωπον ἔχον τὸ
βιβλαρίδιόν τι δεξιῶς λαβόντος, καὶ ἀνοίγοντος,
τὸ βασιλείαν ἐκβάλλοντος, ἢ μέτρον ὃσα τῶν μ
τύραν, ἀπὸ τῆς προφητείας αὐτῶν ἐξῆκεν, ἐνώπιον Ja
τώσεως. *Personam, vel speciem visibilem habens*
minis libellum quendam dextrè accipientis & aperi
tis, & regnum (id est) Ecclesiæ illius *ejcient*
quæ cùm mensura esset Protestantium, à prædicati
ipsorum egressa est ad formam mortificationis eor
Non est tantùm expositio vocis *Indutis*, quæ m
taphoram manifestam habet hominis tegentis s
sum suum: sed declaratio aperta personæ illi
qui sub nube operiebatur.

Hoc est duplex velamentum, quod mihi,
sensibus meis apposui. Primò, scriptura brach
Gen. 27. 15. grapha concinnè accepta, & exposita: sub
sensus verbi interni recondo. Secundò, fides
clesiæ *Romanæ*, vestimentum *Esau*, quo *Protes*
tis doctrinam vestiendam suscepi. Regnum m
di spirituale ejectum, est Ecclesia *Romana*,
μόρφωσις est, & mensura testium, vel testanti
(id

(id est) *Protestantium*, qui sub nomine martyrum intelliguntur. Sunt enim hi veri Martyres *Christi*, qui per mortem sensibilem, & mortem anathematis intelligibilem, fidem *Christi* testimonio suo consignaverunt: & qui, inimicis suis signa prodigiosa in contrarium edentibus, professionem fidei suæ non deseruerunt, quod futurum prædixit S. *Hieronymus*. Et in Evangelio περιβεβλημένον *Indutum*. Ος ἀπελθὼν ἀπὸ Τιβεριάδος πρὸς ἰωχαριτὰν χυεάν, καὶ ἀναβαίνων πρὸς Καπερναούμ τοῦτ' ἔστι περικαλυφθεῖσαν παρεκλησιν; τὰ ὑπὸ ῥαββίνων λεχθέντα σημεῖα ἀπωλείας, εἰς μονὴν ἢ μόνωσιν ζωῆς αἰωνίας ἐσφράγισε. *Qui discedens à Tiberitis (Iudaïcæ punctoribus Scripturæ) & à Tiberitis Romanis punctoribus conscientiæ, ad benignam gratiam verbi Divini, & benignam gratificationem Domini Iesu: & ascendens ad solatium absconditum utriusque, ea quæ à Rabbinis dicuntur signa mortui sensus, & quæ à Doctoribus Romanis dicuntur signa mortificandi sensus, in perpetuam vitam æternitatis; vel significationem vitæ æternæ sigillat.*

Νεφέλη *Nubes*. Ο πρόσωπον ἔχει φωνῆς μελλούσης λέγεσθαι ἐν γραφῇ. *Quod personam, & tesseram habet vocis, quæ intenditur dici in Scripturâ.* Hæc est etiam nubes duplex, (ut dixi.) Primò, Scriptura tesseralis vocum scripturæ integralis: & secundò, Religio personata Ecclesiæ *Romanæ*: quæ symbolum est fidei *Protestantium*, quæ ex scripturis educitur. Et in Evangelio ἀνωκλισθῆναι ἐκ τοὺς σφραγῖδας, καὶ ποιῆσαι ἀποκάλυψιν σημείων ἑρατῶν. *Signaculum quod*

adlatus congreditur, & facit emissionem, vel exp
tionem signorum visibilium. Signaculum hoc
plex est, in brachygraphiâ Scripturæ, & con
tione nominum fidei *Romanæ*; ex quibus sen
arcanus rerum sensibilium, & sensus arcanus r
gionis figuratæ elicitur. Est enim ratio quæd
dissolvendi contextum doctrinæ *Romanæ*, &
dinatè collocandi voces interiùs, in formâ qua
per quam sensus multiplex *Protestantium*, plu
instar, ex ipsâ clarâ significatione verborum
solvitur; cujus exemplum in tertiâ tubâ ede
quando tempus erit ut spolia captivæ *Babyl*
& omnem gloriam eorum ad *Protestantes* nost
transferam.

Et Iris in capite eius. Ἶρις ab interpretando,
eloquendo nomen habet. Quod etiam testa
Plato in *Cratylo* suo: & exponitur περιοχὴ βιβλ
δὶς δεξιῶς λαληθεῖσα. *Textus brachygraphiæ dex*
expositus, tam in literis tesseralibus Biblij vet
quàm in vocibus doctrinæ *Romanæ* in quadrif
mâ dispositis. Et in Evangelio Ἶρις *Iris*. Μαθ
τιβεριτῶν εὐχαριστημένη ὑπὸ ἴας σόης ἢ τῦ Ιησοῦ
τῆρος. *Doctrina Tiberitarum Iudæorum, & Tib*
norum Catholicorum gratiosè completa sub verbo
æ, & salutis. Quemadmodum enim *Iris* q
tuor arcus habet: ita habet brachygraphia S
pturæ quatuor circulos interpretandi. Quæ
enim dictio juxta tesseras literarum exponitur,
deorsùm legendo, vel sursùm ascendendo in l
proprio; & similitèr in Repertorio suo, & r

Evang

Evangelij conjuncto. Similitèr etiam *Iris Romana* in concilij *Tridentini* decretis in formâ quadri dispositis, quadruplicem faciet expositionem, à quatuor partibus quadri dirigendo lectionem, cum admirabili claritate, & concordiâ. Et hæc est *Iris*, quam in præcipuum coronam gloriæ capiti meo imposuit Dominus: est enim omnium interpretationum maximè illustris, & glorioſa.

Et facies eius sicut Sol. Πρόσωπον *Facies.* Σάλπιγξ μυστηρίων θεῦ, εὐαγγελίζουσα φωνὴν πάλιν λαλοῦσαν ἐν βιβλιδαρίῳ. *Tuba mysteriorum Dei evangelizans, vocem iterum loquentem in libro tesserali.* Et in Evangelio, Ἀπάλυσις μυστηρίων τοῦ θεοῦ πρὸς σωτηρίαν ὄψιν πίστεως ἐν λόγῳ σημείων. *Expositio mysteriorum Dei ad salutarem visionem fidei sub verbo signorum:* (id est) fidei *Protestantium* sub ipso verbo signorum *Romanorum.* Esse enim aliam scripturam sub exteriori latentem, & esse aliam Ecclesiam sub *Catholicâ* velatam, facies est visibilis mentis meæ, quam in tubis his exhibeo.

Ἥλιος *Sol.* Ὁ διαπλέκων τὰ μεγαλεῖα τῆς γραφῆς πρὸς ἀκοὴν λόγου. *Qui disponit magnalia,* (id est) *mysteria scripturæ, secundum auditum verbi:* (id est) tam Scripturæ propriè dictæ, quàm Ecclesiæ *Catholicæ*; quæ prophetissa est, & volumen grande. Et in Evangelio: Μαθήσεως ἄλλης τοῖς πιστεύσασι χαίρουσιν ἐν τῇ ἰδίᾳ σοφίᾳ Ἰησοῦ. *Doctrinæ alterius gratificatio Tiberitis Rabbinis, & Tiberinis Catholicis in verbo vitæ, & Salvatore.* Isai. 8, 1.

Et pedes ejus sicut columna ignis. *Pes* in genere

est desiderium, & intentio legendi; & investig
di sensum sacræ Scripturæ: sed hoc in loco
cialiùs determinatur. Πόδες *Pedes.* Προφη
ἀκοὴ ἐν λόγῳ δεδομένῳ τῷ λαῷ. *Auditus, ve*
tentio ad Prophetias, in sermone qui traditus es
pulo: (id est) investigatio sensus Scripturæ,
cundum vulgarem verborum significationem
in Evangelio, πόδες *Pedes.* ἀπόλυσις ἀπὸ τιβε
ἰῶλης, ἐν ἀναβάσει πρὸς ζήτησιν Ιησῦ. *Discessio à*
beritarum Iudæorum, & Tiberinorum Christiano
formâ, in ascensu ad investigationem verbi vivi
& salvifici. Pedes ergò ejus, quibus sustineb
in terrâ sacræ Scripturæ, & terrâ Ecclesiæ C
stianæ, sunt proposita relinquendi magistros
dæorum, & magistros *Romanorum*: in investiga
ne verbi indicantis omnia, & *Christi* iustifica
omnes.

Στύλοι *Columnæ.* Λαλία καθιζάνουσα ἐπ
ὐρανίοις τοὺς ἀλλοτρίους ἀγγελικῦ μυστηρίου. *Se*
stabiliens in cœlestibus eos, qui alieni sunt ab ange
mysterio (id est) *Tiberitas* Rabbinorum, & *T*
rinos Christianorum, quorum uterque alienus
hic à mysterio angelico fidei *Protestantium*: il
verbo εὐλαβέτω. Et in Evangelio, στύλοι *Colum*
Ει τιβεριτῶν πάσῃ χαρίτωσις ὄχλῳ μαθητῶν Ι
In Tiberitarum, & Rabbinorum, & Tiberinor
loco gratificatio turba discipularum, verbi vivifica
intellectum, & salvantis voluntatem. Duo ergò
des, vel tibiæ, sunt apprehensiones Angeli sust
tantes lectionem Rabbinicam in expositione
se

ferali verborum, & fidem *Catholicam*, in fide *Proteſtantium*.

Πυρὸς *Ignis*. ἀφορισμὸν ἀνὴρ ὁ ὑγιὴς λαλίας λόγῳ. *Prophetiarum ſabanditus*, vel intelligentia in cœleſtis ſermonis verbo. Et in Evangelio: Ἀπήλυσις πρὸς τὸ ἐγγὺς εὐχαριτῆσαι καιρὸν τῷ ὄχλῳ. *Diſceſſus ad gratificandum correſpondentiam rerum Divinarum populo.* Duplex eſt ergò ignis, expoſitio Scripturæ per verbum διαθέτου, & converſio ſenſus carnalis in ſpiritualem, & interpretatio doctrinæ *Catholicæ*, in ſenſu *Proteſtantium*: per quam juſtitia carnalis *Papiſtarum* convertitur in ſpiritualem. Materia ergò, & forma pedum horum erant columnæ ignis. Columna eſt forma apta ad ſuſtinendum ædificium, & ſignificat actum cogitationis ſuſtinentis Eccleſiam *Catholicam*, per *Proteſtantes*, in ratione bonitatis imputatæ: & ſuſtinentis lectionem Scripturæ punctualis, per verbi interioris applicationem ad notas carnales. Intentio enim *Tiberitarum Indæorum*, in illis notis affixis, erat defigere ſenſum carnalem, & inimicum *Chriſto* per totam Scripturam: ſed per gratiam λόγου διαθέτου, qui ignis eſt, trahuntur ad determinationem lectionis internæ. Similitèr hæc erat intentio magiſtrorum *Romanorum* in totâ doctrinâ fidei ſuæ, quæ ad vitam activam pertinet, ut inducerent formam operum juſtitiæ, contrariam fidei *Proteſtantium*, quod per gratiam *Chriſti*, & ſpiritualium hominum, trahitur ad unionem Eccleſiæ *Proteſtantium*, per vim lectionis quadratæ: & hic eſt ignis ſpiritualis. Vt autem

clariùs

clariùs intelligas rationem pedum horum Angeli columnatorum scias; quòd sicut corpus hominis super duos pedes, tibias, & crura erigitur: ita corpus Ecclesiæ generalis *Christi* per easdem subalternas propositiones sustentatur. Pedes enim in spirituali ratione corporis *Christi* significant appetitum justitiæ, secundum religionem naturæ, cui imposita est tibia typi *Iudaici* inconstantis & fluidi: cui adiunctum est crus crucis *Romanæ*; quibus pro coronide columnæ additum est os sacrum *Protestantis*. Similitèr in intellectuali ratione corporis *Christi*. Pes significat desiderium veritatis Divinæ, secundum fundamentum sermonis naturalis: cui successit scriptura legis in contortis indefinitæ, & fluctuantis rationis: quæ fuit pro crus determinationis Rabbinicæ, quæ crux est verbi liberi: cui nunc demum superstruitur os sacrum lectionis hujus sacræ, quam adfero. Hæc est ordinaria structura corporis *Christi*, cujus omnes homines imaginem gerunt. Sed secundum intelligentiam Angeli hujus, tibiæ hæ sunt columnæ ignis (id est, sustentationes gratiosæ Rabbinicæ lectionis, per verbi interni communicationem: & sustentationes gratiosæ fidei *Romanæ*, per fidei Evangelicæ imputationem.

Vulg. *Et habuit in manu suâ libellulum apertum.*

Βιβλαρίδιον *Libellulum.* ἢ λαβὴ τοῦ λόγου, ἐκβληθὲν ἐκ πόλεως ἁγίας, ἢ ἁγιάζει μαρτύρια προφητῶν ἢ ἀκροτόμου τοῦ βλήματος ὄψις. *Ansa verbi ejecti è civitate sanctâ, quæ sanctificat testimonia Prophetarum per involuntarij velamenti respectus.* Ansa verbi est

bi est dictio tesseralis, quæ βιβλαρίδιον dicitur, propter brevissimam verborum contractionem in literas: quæ ejecta est è civitate *Hierosolymæ* per *Iudæorum* Rabbinos, & è civitate *Catholicâ* per *Paulum* quintum: & tamen sancit significationem Scripturæ propheticæ in omni loco, per respectus textus exterioris; & punctorum Grammaticorum, quæ involuntaria sunt vestimenta lucis, nullam habentia aptitudinem ad hæc, ex primâ dispositione suâ: sed in contrarium finem excogitata, & determinata sunt. Et tamen lectio tesseralis sub tenebris his colligit stricturas lucis, per quas (in vocibus intellectualibus) caligo totius Scripturæ illustratur. Et in Evangelio, Τιβεριτῶν Libellulus.
χάρισμα ἀναβαινόντων ἐν λόγῳ σημείῳ, ἵνα δι' ἐργασίας τοῦ αἰῶνος τούτου, δωρηθῶσι σφραγῖδι τοῦ θείου λόγου. *Gratificatio Tiberitis, qui ascenderunt in signo verbi, per operationem seculi hujus, ut donentur sigillo verbi Dei.* (id est) Ipsa tesseralis lectio sacræ Scripturæ, quæ punctis Rabbinorum appositis conjuncta est, & facit recta loqui labia dormientium, & similitèr lectio numeralis quadrati facti ex vocibus doctrinæ *Romanæ*, quæ verbum sinceræ, & spiritualis fidei ex omni sermone ipsarum elicit. Cant. 7. 10.

Et rectè appellationem libri utraque Ecclesia sortitur, sicut enim charta libri, suscipiendo notas literarum, directè deducit ad sensum à Scripturâ propositum: ita verba scripta literis, & punctis grammaticis sustinendo literas illas, assumunt etiam tesseras, quæ deducunt ad lectionem verbi interiorem. Sic etiam Ecclesia *Catholica* ex-

cipiendo verba fidei suæ, simul admittit voces tesserales fidei *Protestantium*. Est ergo duplex scriptura Biblij, altera per micrographiam; altera per brachygraphiam, quæ inundat justitiam. Et Esaiæ. duplex est liber Ecclesiæ *Christianæ*, alter macrographus *Catholicorum*, qui per longum ambitum operum loquacium non attingit iustitiam Dei. Et Isai. 8. 1. hæc est Prophetissa illa, quæ à Prophetâ vocatur liber grandis, scriptus calamo hominis, de quo in sequenti libro plura dicentur.

Et posuit dextrum pedem super mare. πόδα *pedem.* Σάλπιγξ μυστηρίου δουλεύοντος ἐν τοῖς προφήταις, *Ebuccinatio mysterij servientis in Prophetis:* (id est) clara enunciatio mysterij, vel arcani sermonis, qui famulatur in scriptis Prophetarum. Omnis enim prophetia est obscura enunciatio rerum Divinarum sub symbolis, & ænigmatibus: vera ergo lectio prophetiarum famulatur externæ, donec clarè proferatur. Et in Evangelio: πόδα *Pedem:* Λόγου γένεσις ἐν εἴδει σημείων. *Generatio sermonis in formâ signorum, vel characterum:* (id est) lectio Scripturæ: hæc est communis expositio pedis, illa verò determinata applicatio ad Angelum hunc.

Δεξιὸν *Dextrum.* Εἰδήσεως κατάσασις ἔξω ἰδιωτῶν πατὴρ προφητῶν. *Scientiæ, (id est) sensus verborum constitutio, extra Gentilem, vel Catholicam methodum prophetiarum.* Et in Evangelio: Εἰδήσεως ἀνάβασις ἥκουσα πρὸς τὴν ποιμαντικὴν ἀνάστασιν. *Scientiæ ascensus deveniens ad resuscitationem pompæ creaturarum:*

creaturarum : (id est) rerum sensibilium, *elevationem* à morte literæ, ad sensum altiorem.

Contrà ἐυώνυμον *sinistrum*. Κεφυγὴ ἀκοὴν ἱσᾶσα ὑγιαίας ἀγγελίας, καὶ τὸ μυστήριον λάλης φωνῆς. *Clamor, vel lectio scripturæ, statuens auditum cœlestis prædicationis, juxta mysterium servilis vocis* : (id est) modus intelligendi sacram Scripturam juxta puncta Grammaticorum: sed in formâ sermonis angelici; est ergò pes sinister in generali expositione directio lectionis secundum puncta vocalia, & accentus: & pes dexter, directio sensus Scripturæ juxta lectionem Grammaticam. Vt tandem clarè intelligatis quid sit ambulare in lege Dei, & quare monuerit Sapiens *cùm accesseris in domum Dei*, (id est) sacræ Scripturæ constructionem arcanam, *cave pedibus tuis*. Psal. 119. 1. Eccles. 4. 17.

Nunc audite quid sit mare, & terra, in quibus pedes suos Angelus posuerit. Θάλασσα *Mare*. Τελείωσις τῶν προφητειῶν ἐν παλιλαλίᾳ : ἡ ἀπὸ λόγου ἑστῶτος ἀπόλυσις εἰς ἀγγελικόν. *Consirmatio Prophetiarum in iterato, & parallelo sermone; & à sermone statuto descensus ad angelicum* : (id est) expositio Scripturæ, per alium modum legendi Scripturam more Angelorum. Et in Evangelio: Μαθήτωσις ἄλλη ἀπελθοῦσα ἀπὸ πρεσβυτῶν, ἡ τὸν ἐν τῇ χαρίτι ἐμβάντα ζητεῖν. *Alius modus discendi, qui descendit a Rabbinis, & ad parallelæ gratiæ ingreditur inquisitionem* : (id est) derelicto sensu *Iudaico*, alium investigat per spiritualem modum legendi. Et hoc est allegoriæ literalis studium *Iudæorum*,

sicut *Catholicorum* est allegoria secundum figuras. Hujusmodi autem mare est tota cabala *Iudæorum*: quæ infinitis possibilitatis fluctibus agitatur.

Ponit ergo dextrum pedem super mare: (id est) propositum investigandi sensum altiorem secundum Scripturam, defigit in ipso literalis allegoriæ freto; ubi nullum videtur esse firmamentum pedis: quis enim lectionem stabilem expectet, in infinitâ possibilitate variandi literas Scripturæ ad aliam lectionem? & tamen videtis quòd viam desabulaverim per ipsum mare.

Et sinistrum super terram. γῆν *Terram.* Μεγάλη λαλία φωνῆς, ἡ γραπὴ ἀκοῆς σφραγίς. *Magniloquium vocis*, (i) plena scriptura verborum, *vel verbi audibilis characteres scripti*. Et in Evangelio: Γεγωνῦσα * ἀλήθεια, ἣν ζητοῦντες οἱ ἔργῳ ἀπωλείας μένουσι. *Clamosa veritas, quam qui quærunt, in operibus perditionis manent*. Quia literalis sensus occidit; spiritualis vivificat.

* al. αἰῶν.

2. Cor. 3. 6.

Ponit ergo pedem sinistrum. (id est) aliam formam legendi, & applicandi puncta grammatica *super terram*: (id est) scripturam punctualem Rabbinorum.

Et clamavit voce magnâ. μεγάλῃ *magnâ*. Μέλλει γραφῆς λόγος σφραγίδα λαλίας αἴρειν. *Sermo Scripturæ capax est sigilli alterius sermonis*. Et in Evangelio: Μαθηταὶ συνέρχεσθε εἰς τὸν ἐγγὺς εὐχαριστίαν ὅχλου Ἰησοῦ. *Discipuli concurrite ad correspondentem, vel parallelam gratiam Ecclesiæ Iesu*: vel salvantis. Et hæc sunt duo præcipua capita præconij mei (quoad librum.

Vers. 3.

ad librum clausum tot seculis, quem jam apertum profero) esse aliam scripturam, quæ concurrit cum vulgari; & aliam Ecclesiam cujus fides gratificatur *Catholicæ*.

Sicut Leo rugit. λέων *Leo.* Λαλῶν μέλλειν φανεῖν τὰ ἐπουράνια. *Qui prædicat se loquuturum de rebus cœlestibus.* Et in Evangelio: Ἐλθὼν ζητεῖν λόγον περὶ τῶν ἀπολλυμένων. *Qui venit ut rationem exigat de hominibus perditè viventibus.* Hoc est præco legis Divinæ, & judex veniens ad judicandum.

Μυκᾶται *rugit.* Μέλλετε ἀκούειν τῆς κτίσεως ὅλης τελείωσιν, ἐν τοῖς προφήταις πάλιν. *Audituri estis totius creaturæ cœlestem perfectionem in Prophetis iteratis:* (id est) Expositionem spiritualem omnium creaturarum, ex ipsis verbis Prophetarum alio modo lectis. Et in Evangelio: Μαθηταὶ ζητεῖτε τὴν ἀποκρινομένην ἀλήθειαν, πρὸς τὰ ὁρατὰ σημεῖα τοῦ αἰῶνος. *Discipuli quærite veritatem, quæ respondet visibilibus signis seculi.* Hæc sunt (ut dixi) duo generalia capita præconij mei, esse intelligentiam exemplarem, quæ respondet rebus omnibus creatis: & hic est *Elias* (*juxta est essentia ipsius,*) *vel est parallela essentia rerum*: Et esse virtutem verbi interni, quæ enunciet mysterium hoc juxta rerum ipsarum similitudinem: & hic est *Enoch*, *erudiens*, & initians in rationem exponendi.

Et cùm clamasset, locuta sunt septem tonitrua voces suas: Βρονταὶ *tonitrua.* Λάβετε τὸ βιβλιδάριον ἀνεῳγμένον, καὶ ἀπέλθετε ἀπὸ στόματος τοῦ ἀγγέλου πικρό- Vers. 4.

τητος. *Suscipite librum apertum, & descendite ab Angeli amaritudinis*: (id est) *Papæ*, qui præco est doctrinæ amaræ justificandi per opera dolorosa. Et in Evangelio: Διδαχὴν ἀποκειμένην ἐν σοὶ ἀληθείας ζητεῖτε ἐν σημείοις τοῦ αἰῶνος. *Doctrinam correspondentem Salvatoris, vel salvificæ veritatis, quærite in signis seculi*: (id est) Religionis *Romanæ*. Hoc est generale tonitru, & significatio verbi Divini in nubibus tesserarum legalium loquentis, & reprehendentis seculum. Quæ sint verò septem illa tonitrua, audite ex septem repetitionibus dictionis *septem*.

Tonitru primũ. Instat finis mundi, & Adventus Christi.

Ἑπτὰ *septem*. Primò, Ἀλλία σαλπίζουσα τὴν λεληθυῖαν τὰς προφητείας. *Oratio clamans vaticinia temporum venisse jam ad finem*. Est enim ipsum tempus generalis prophetia rerum venturarum; & quæ post hunc librum editum eventura sunt, (in rebus ad Ecclesiam spectantibus) non pertinent ad rationem temporis prophetici: sed æternitatis. Et in Evangelio: ἑπτὰ *septem*. Primò, Ζητῶν εὕρηκα πέρας ὁρατῶν σημείων. *Per inquisitionem inveni finem visibilium signorum*: (id est) mundi hujus: Et ex dictione φωνὰς similitèr enumeratâ, eadem sententia emanat. φωνὰς *voces*. Prima vox, τὴν σφραγῖδα τῶν ἔργων λέγω ἀποτέλλεσθαι, ἀφ' ὧν σημείων. *Prædico sigillum, vel characterem operum dimitti propter hæc signa*: (id est) propter has rationes, quas subjeci, characterem, & signum operum venturorum desijsse prædico: hoc est tempus, & actum

factum scenicum. Et in Evangelio: prima vox φωνὰς *voces.* κ τ προφητείας ἀνεφγμένας ἀπῆλθε τὸ τοῖς ἀγγέλοις δεδομένον φῶς. *Secundum vaticinia, quæ declaravi, abijt os:* (id est) potentia enunciandi per signa, *quod datum est Angelis*: quorum officium est per signa res Divinas eloqui, & non in clarâ rerum nuditate. Secundò, ἐπὰ. Ἀπὸ λόγε ἀπέλθετε φράτος ἐσοληφθέντος. *A sermone discedite vocis præsumptæ:* (id est) à vulgari modo interpretandi Scripturas. Et in Evangelio: ἐργάζεσθε λύσιν κ τὰς τῦ πατρὸς σφραγίδας. *Facite interpretationem secundum patris sigilla, vel tesseras:* (id est) hoc modo, quo videtis Scripturam à me exponi; sunt enim literæ tesserales, character patris generantis filium suum. Secundò, φωνὰς. Προφητῶν γλώσσας ἐν λόγῳ ἐγείρετε συμμετρικῷ. *Prophetarum linguas in sermone suscitate commensurato.* Et in Evrngelio: τὴν προφητειῶν μάθησιν ὄψεσθε ἐν ἀληθείᾳ ζωῇ. *Respicite vaticinorum doctrinam in veritate vivente.* (id est) verbo sui ipsius indice: sicut enim vita manifestatur scientiâ, & motu: ita vita verbi demonstratur per hoc, quòd declaret sensum suum; & quòd ordinato motu feratur ad libitum.

Tonitru secundum.

Respicit rationem novam, & internam legendi Scripturam.

Tertiò, ἐπὰ. Ἀγγελία πικραίνεται προφητείας λαϊκὸς. *Prædicatio Catholicæ Prophetiæ amara facta est.* Et in Evangelio: Ἀφίετε τὸν πρότερον λόγον πίστεως. *Dimittite sermonem priorem fidei.*

Tonitru tertium.

Authoritas Ecclesiæ Romanæ abrogatur.

Tertiò, φωνὰς. Τῆς προφήτιδος, ἐν ὥπτιον κενώσεως αὐτῆς,

αὐτῆς, ἐξουσία κλείεται. *Prophetissæ*, (id est) Eccl
siæ *Romanæ potentia clauditur propter inanitatem*
jus. Quia in vanitate seipsam confirmavit, pr
fitendo se non habere relationem ad aliud rer
implementum. Et in Evangelio, ὠφελήσει οὐδὲν
λία πίστεως, ἥ ἐστιν ἀρχὴ τῆ σωτηρίας. *Nihil proderit s*
mo fidei, qui principium fuit salvandi. Principi
salutis dicitur exterior forma prædicationis *Ch*
stianæ, quæ ad populum facta est; quam S. *Pa*
Heb. 6. 1. *lus* derelinquendam dicit ei, qui ad superiore
scientiam studet ascendere.

Tonitru quartum. Quartò, ἐκ πλ. Βασιλεία τῶν πολλῶν μέτρον τ
τῆ ναῦ. *Regnum Catholicorum mensura est Eccle*
Dei; sicut synagoga *Iudaica Catholicorum*. Et
Fides & devotio Catholicorum figura est Protestantium. Evangelio, λόγον πιεῖτε τῶν πατέρων μαννᾶ. *Faci*
sermonem patrum rem investigandam quid sit, v
significet.

Quartò, φωνὰς. Ἀπὸ προφητειῶν θελήματος π
τοὺς μάρτυρας ἀνάβασιν ἐργάζεσθε. *A Prophetaru*
voluntate, vel sensu, ad Protestantes ascensum faci
Ita enim dixit S. *Petrus*, quòd *Prophetia nunqua*
2. Pet. 1, 20. *data sit secundum voluntatem hominis*. (id est) se
sum homini probabilem. Prophetia verò est E
clesiæ *Romanæ* fides. Est enim μυστήριον ἀνομ
ἐνεργούμενον. Et in Evangelio, φανερῶτε κόσμῳ πί
χει τὸν καιρὸν παρόντα. *Manifestate, vel exponite mu*
di fidem secundum occasionem præsentem. Est eni
Religio *Protestantium*, non χρόνος; sed καιρὸς: no
perpetuus ductus Ecclesiæ visibilis; sed comm

da lacinia ejus; & velut fimbria veſtimenti *Chriſti* contexta ex filis electorum; qui futuri ſunt in noviſſimis.

Tonitru quintum.

Quintò, ἐπὶ· τῷ θεῷ προσκυνεῖτε κτ᾽ μέτρον τῶν ἁγίων. *Deum adorate ſecundum menſuram Sanctorum.* (id eſt) ad eundem modum, & formam, quo videtis *Catholicam* Eccleſiam cum *Proteſtantibus* unitam: quærite unionem Eccleſiæ temporis præſentis, cum Eccleſiâ æternitatis. κτ᾽ μέτρον ἡλικίας πληρώματος Χριστοῦ. *Secundum menſuram analogicæ plenitudinis Chriſti.* Et in Evangelio, ἐρημώσεως λόγον καταρτίζεσθε πρὸς τὰ θεῖα. *Solitudinis rationem diſponite ad res cæleſtes.* Ratio ſolitudinis eſt tota diſtinctio Religionis *Proteſtantium* à *Catholicis* per dictionem SOLVM, quâ ſuperflua curioſitas ſanctitatis ſecularis præciditur.

Secundum proportionem Eccleſiæ Catholicæ unitæ cum Proteſtantibus, quærite unionem ſuperiorem.

Eph. 4. 13.

Quintò, φανὰς· κτ᾽ προφητῶν θεωρίας ἀκούσατε μείζω λόγον. *Secundum Prophetiarum contemplationem ſubaudite majorem doctrinam.* Contemplatio prima prophetiarum eſt intelligentia clara doctrinæ *Iudaicæ*, & *Catholicæ*; quæ propoſita eſt in parabolam Eccleſiæ *Proteſtantium*: juxta cujus exemplar, ſimilis adimpletio prophetiarum altera auſcultanda eſt. Et in Evangelio, φανερώσατε τῶν κρυπτῶν ζήτησιν κατ᾽ ἀγαθωσύνην λεγομένην. *Manifeſtate ſecreti alterius quæſtionem juxta bonitatem prædictam.*

Tonitru ſextum.

Sextò, ἐπὶ· Ἀπὸ τεσσάρας τῶν ἄκοντος πρὸς μάρτυρας ἐξήκατε. *A teſſeris, vel ſymbolis materiæ involuntariæ*

Diſcedite a communione Eccleſiæ Romanæ;

involuntariæ ad Protestantes exite. Tessera involu
tarij est tota doctrina practica justitiæ *Catholi*
de quà dicitur, *Exite ex eà populo mi ne partici*
Apoc. 18. 4. *sitis delictorum ejus.* Et in Evangelio, τῷ λόγῳ
πατρὸς πάντων πιστεύετε· *Credite doctrinæ meæ, qu*
Christus præposuit Doctorem universis, sicut dicit
Luc. 12. 42. *Quis putas fidelis servus, & prudens, quem constit*
Dominus supra familiam suam: ut det eis dimens
tritici in tempore opportuno suo: Beatus ille serv
quem adveniens Dominus invenerit ita faciente
amen dico vobis præficiet eum omnibus, quæ habet,

Sextò, φωνὰς· φοβεῖτε διδόναι δόξαν τοῖς
θεοῦ ἀγγέλοις. *Timete gloriam dare Angelis c*
Angeli cœli sunt, qui res Divinas futuras nunci
per signa, quæ in adventu rerum ipsarum abole
da sunt. Huiusmodi verò sunt omnia dogma
Catholicæ iustitiæ, quæ per revelationem iustit
Protestantium exinanitur. Non est ergo da
illis gloria ulteriùs; est verò gloria respectus
rum, tanquam exemplarium; quæ sub typis
honorabantur. Qui ergo post hæc persistit in c
tu Ecclesiæ *Catholicæ*, gloriam dat Angelis co
non Deo. Et in Evangelio, ἀπὸ τοῦ φόβου,
ἱστάναι, τοῦτ' ἔστιν ὁμολογητῶν θεοῦ ἀναβαίνετε διδα
λικὸν λόγον· *A statu timoris adconfessorum Dei,*
est) *Protestantium, ascendite magistralem sermon*
vel doctrinam rationalem: (id est) à statu R
1. Ioan. 4. 18. gionis *Catholicæ*, quæ est cultus timoris, qui à p
fectâ charitate expellitur. Est verò pietas *Prote*
tium perfecta charitas: non absolutè, sed κ

πρὸς πλήρωμα τος Χριστοῦ. Charitas enim absolutè perfecta est illa, ad quam assequendam doctos incito.

Septimò, ἐπὶ περιβάλλεσθε τὰ ἱμάτια ἁγιωσύνης σου καὶ ἀγαλλιάσεως. (id est) τὰ δοκοῦντα ἁγιάσαι καὶ δικαιῶσαι. *Induite vobis pro vestimentis ea, quæ videntur statui contra iustitiam vestram*; hoc est, verba *Catholicæ* doctrinæ, & justitiæ, quæ videntur contraria esse doctrinæ, & justitiæ vestræ; induite tanquam vestimentum honoris mundani, sicut dicitur, *Surge, surge Hierusalem, & induere vestimenta gloriæ tuæ*. Qui enim detrectat induere vestimenta temporalis justitiæ *Catholicorum*, non habet partem in gloriâ seculi hujus sensibilis, quæ alterius figura est. Et in Evangelio. πρὸς λόγον πατρὸς πάντων ἢ καθολικῶν δόξατε. *Respectum habete ad verba Doctoris Catholici*: (id est) facite doctrinam fidei *Protestantium* respici figuratè sub doctrinâ *Catholicorum*.

Tonitru septimum. Totam gloriam symbolorum Catholicorum induant Protestantes.

Isa. 52. 1.

Septimò, φωνὰς προφητείας τῆς θεωρίας ἐν ναῷ μεγαλύνετε ὡς σημεῖα. *Propheticas rerum cœlestium in templo Dei magnificate tanquam signa*. Templum Dei est Ecclesia *Protestantium*, cujus atrium exterius est Ecclesia *Catholica*, quæ prophetica alterius visio est: cujus signa tum magnificantur, quando de veritate fidei *Protestantium* exponuntur. Et in Evangelio, τῶν φαρισαίων πάζετε λόγους πρὸς τὸ ὑπάγειν ἐν πομπῇ. *Apprehendite verba Phariseorum, ut incedatis in pompâ*: (id est) gloriâ seculi hujus. *Assumite vobis quæcunque pulchra, casta, justa, decora, sancta dicuntur* in Ecclesiâ *Catholicâ*:

Phil. 4. 8.

sicut *Catholici* in typo *Protestantium* assumpserun
sibi, quæcunque gloriosè dicta sunt de religion
Iudaicâ. Atque hæc sunt septem illa tonitrua, qu
in principio hujus libri edidi.

*Et cùm loquuta fuissent septem tonitrua voces su
volebam scribere; & audivi vocem de cælo dicente
mihi, sigilla, quæ loquuta sunt septem tonitrua;
noli ea scribere.* (id est) sub sigillis externis tes
ralium literarũ contine voces septem tonitruum
& non eadem scribe: (id est) in verbis proprij
Sicut *Daniel* dicit, se scripsisse visionem quam v
derat, per capita dictionum.

Vers. 6. *Et Angelus, quem vidi stantem supra mare,
supra terram, elevavit manum suam ad cælum,
juravit*, &c.

Hîc vos pueri ad unum omnes, tanquam
re clarâ quiescitis, & ad alia properatis. Cu
tamen neque quid sit juramentum, vel vita, vel
culum, vel manus elevatio intelligatis; propter
silete, & dictum præceptoris vestri attẽdite. Q
sit Angelus, qui stetit super mare, & terram su
riùs audivistis: nunc intelligite quomodo el
rit manum suam ad cœlum, & juraverit.

ἦρε *elevavit.* ἔμελλε μυστήριον ἀγγέλλειν.
tendebat rem arcanam indicare. Cùm enim ma
fit demonstratio rationalis, elevatio manus sig
ficat applicationem demonstrationis hujus,
rem arduam, & occultam, & supra scientiam
manam. Et in Evangelio, ἔλυσε σφραγῖδα τ
λόγω. *Exposuit signacula verbi Dei.*

Χεῖρα *Manum.* χρείαν ἀγγελία ἐκ μυστικῆς

φητῶν ἀνῶς. *Temporis indicatio, ex mystico Prophetarum subauditu*, vel intelligentiâ. Manus in genere significat potentiam demonstrandi veritatem aliquam rerum creatarum; sed particularitèr applicata, *Manus Angeli* est liber hic, in quo continetur demonstratio temporis totius mundi, & particular ejusdem determinationis. Et in Evangelio, ἐν οἷς ἔρχεται πιστώσας λόγον τοῦ σεσαρκωμένου. *In quibus* (scilicet) *signaculis venit probabilem faciens suppputationem mundi visibilis.*

Πρὸς οὐρανὸν. *ad cœlum.* χρόνων ἀποκρύφων μεμυημένων, ἀφ' ἧς προφητικῆς φωνῆς ἀκουσθεῖσα ἐκ τῆς βιβλίου. *Temporum occultorum indicatio, quæ per propheticam vocem auditur ex Biblio.* Sicut enim terra generalitèr significat res omnes obvias, ut naturam ipsam physicam in sensibilibus; & scripturam in intelligibilibus, & Ecclesiam *Catholicam* in spiritualibus: ita cœlum significat res omnes, & opera arcana. Res verò, & actus arcanus, ad quem elevavit orationem libri sui, dicitur fuisse demonstratio temporum ex verbo Dei. Et in Evangelio, τῶν ἀπολλυμένων μένουσα σφραγὶς, ἐξ ἧς τῶν ἔργων αὐτοῦ λόγον θεὸς ἀποστέλλει. *Rerum corruptibilium æternum signaculum, ex quo operum suorum sermonem Deus emittit*: & hæc sunt signacula prophetiarum antiquarum, ex quibus rerum sub *Christo* venturarum sermonem Deus emittit.

Et juravit per eum, qui vivit in seculum. Juramentum est affirmatio, & probatio veritatis alicuius per testimonium Scripturæ Divinæ. ὤμοσεν

juravit. τῦ αἰῶνος μέλλοντος μυστικὸν ἤγγειλεν ἐν βιβλίῳ λόγον. *Seculi venturi occultam indicavit supputationem ex Scripturâ.* Et in Evangelio, αἰῶνι πνήματος (θεῦ ἴνης σάας) εἶπεν ἀποφθλιὰν. *Creatura secularis (Dei virtute salvâ) indicavit dimissionem* (id est) non asseveravit, sed salvâ potentiâ liberi Dei, indicavit tempus, quo scena mundi dimitteretur.

Per viventem in seculum. Vita metaphysicè loquendo, est actus rei cujusvis secundum complacentiam naturæ suæ, & privatio actus hujus, est mors: ut sciant religiosi *Catholicorum* unde originem suam traxerint, & quò tendunt. Ita Deus nomen suum expressit, quòd sit hoc, quod esse vult; & יהוה est essentia complacentiæ fortuitæ, quam essentiam Divinitatis suæ in omni scripturâ visibili, & invisibili sustinet, in charactere tesserali generans verbum suum; & in ratione notionali rerum ipsarum perpetuò emanans: ad cujus exemplum, omnis generatio analogica, in cœlo, & in terrâ est expansio quædam, & propositio expositiva sui ipsius.

Exod. 3. 14.

Seculi dictio αἰὼν significat auditum, intelligentiam, & spirationem; & est *seculum* universalis intelligentia rerum spiritualium, sub verborum physicorum auditu generatarum. Universalis verò hæc intelligentia habet gradus subordinatos, & species subalternas; quæ dicuntur secula seculorum: (id est) intelligentiæ subordinatæ intelligentijs alijs, & spiritualia spiritualibus collata. Vivit ergo Deus in secula seculorum, quatenùs ex

2. Cor. 2. 11.

se ipso

se ipso gignit verbum, sui interpretem, per quod declarantur diversæ species intelligentiæ, quæ mutuò subordinantur. Quemadmodum determinatio temporis mundi naturalis ex verbo Dei, relationem habet ad determinationem aliam arcanam, in eodem verbo comprehensam. Ergò iuramentum Angeli per eum, qui vivit in secula seculorum, *quòd tempus non erit amplius*, significat definitam propositionem summæ temporis mundi sensibilis, & intellectualis, per testimonium verbi Dei interni, quod multiplices habet sensuum subordinationes.

Quòd tempus non erit amplius. χρόνος *tempus.* Λυχνία ἐκπορευομένη μετ' ἔχθρας ἔχουσα ἐξουσίαν τοῦ κλεῖσαι. *Luminare, vel ratio doctrinæ egrediens sub specie inimicitiæ, habens potestatem claudendi res cœlestes;* (scilicet) ne intelligantur. Et talis lucerna est lex *Mosaica*, et doctrina *Catholica*, quæ continet arcanam significationem rerum Divinarum; sed in exteriori sensu, directè ducit audientem ad odium justitiæ *Christi*, per solam fidem justificantis; unde à *Moyse* dicitur, *Considera quòd hodie propono tibi vitam & bonum, mortem & malum*; in sensu quidem Dei vitam, et bonum; in sensu verò humano, malum, et mortem. Et in Evangelio, ἡ ἐρχομένη ὁρατῶς πομπὴ τῶν θείων· ἀλλὰ ἀπώλειαν ἀνίησι. *Quæ venit quoad formam visibilem, ut pompa rerum cœlestium; sed destructionem suscitat.* Quanta enim fercula pulcherrima justitiæ, & sanctitatis præfert pompa cultus temporalis! quorum gustus mortem inducit. Deut. 30. 15.

ἔσαι

ἔσται erit. Οὐ δι' ἀγγελίαν τελεσθήσεται μυστήριον προφητικὸν πάλιν. *Non per annunciationem perficietur mysterium prophetici deinceps.* Et in Evangelio σφραγὶδα σωτηρίας πιστεύσεται ἀποτέλλειν ὁ λόγος. *Non credetur, vel reputabitur sigillum salutis ex verbo emittere*; quòd scilicet salvandus quis sit, qui habet characterem, & nomen salvandi.

Vers. 7. *Sed in diebus septimi Angeli cùm incœperit tuba canere, perficietur mysterium Dei; sicut prædixit servis suis Prophetis.*

ἡμέραις *diebus.* φωναὶ ὅτ' ἂν μέλλει τελειοῦσθαι μυστήριον προφητικὸν ἀφ' παλιλογίας. *Voces, in quibus perfecturus est mysterium Prophetarum per aliam vicem eis expositionem.* Et in Evangelio, Ἡ ἀποχειροῦσα τοῖς σημείοις πίστις, ἣν ἐργασάμενοι ὁ πατρὸς λόγῳ σωθήσονται. *Fides correspondens signis, quam, qui præstant, per patris verbum salvabuntur.* (id est) non per imputationem figuræ, & nominis Divinorum; sed per veritatem actus Divini.

Ἀγγέλου *Angeli.* ὁ σαλπίζων εὐαγγέλιον λόγου ὑπάρχοντος ὁ βιβλαριδίῳ ἀνεῳγμένῳ γλυκέως, ἢ μετὰ γλυκύτητος. *Qui prædicat fœlix nuncium verbi concurrentis in libri tesseralis expositione suavitèr.* Et in Evangelio, ὃς ἀποκρινόμενον ἔργον γράμματος δίδωσιν ὁ λόγῳ θεαπίᾳ τοῦ θεοῦ. *Qui correspondens opus Scripturæ præbet in verbo cœlesti Dei.*

Ἑβδόμου *septimi.* ὡς παρὰ ἀγγέλῳ λαβεῖν δόξαν τοῦ βιβλαριδίου ὁμοιωθῆσαι ὁ μέτρῳ τῶν θεί-

Qui exhortatur suscipere donum libri tesseralis, quod assimilatum est in mensurâ Divinorum. Persuadebit suscipere complementum aliud *Christi*, quod respondet complemento fidei *Catholicæ*, per fidem *Protestantium*: & aliud verbum internum, quod habet analogiam cum libro tesserali in unione duarum Ecclesiarum *Christi*. Et in Evangelio, ὁ ἀποκρινόμενος καταβαίνει λαλούσῃ τῷ κόσμῳ ἐρχομένῳ, λόγῳ πίστεως. *Qui descendit (scilicet) ad captum auditorum, ut tribuat mundo venturo correspondens donum fidei*: (id est) arcanam rationem iustificationis æternæ, non per imputationem, sed realem habitum iustitiæ Divinæ; per quam ipse quoque *Christus* iustus est.

Σαλπίζειν *canere*. Et quid est, quod canturus est septimus Angelus? hoc scilicet τετελεσθῆναι τὰς προφητείας, διὰ λαλίας ὑπαγούσης ἐν βιβλαριδίῳ· δι' ἧς ζωὴ θεοῦ εἰσέρχεται φασίμη. *Consummata esse omnia vaticinia per sermonem congredientem libro tesserali, per quem vita Dei stabilis ingredietur.* Et hoc est Evangelium æternum. Et in Evangelio, Σωτῆρος ὅρασιν ἐκβάλλειν πράγματα πίστεως, ἀντὶ ζωῆς ἐσχάτης Ἰουδαίων λεγομένων. *Buccinaturus est visionem salvatoris ejicere foras opera fidei pro vitâ novissimâ Judæorum propriè dictorum.* Quòd ratio vivendi fidelium in statu hoc corruptionis evacuabitur, quando *Judæorum* natio ad vitam Dei in *Christo* suscitabitur.

Et vox, quam audivi ex cælo iterum loquebatur mihi, & dixit vade, & accipe librum apertum in ma- Vers. 8.

nu Angeli ſtantis ſupra mare, & terram. Et abi
Ver 9. Angelum dicens ei, da mihi libellulum: & dixit mi
accipe; & comede illum: & amarificabit ventrem tuu
ſed in ore tuo erit dulcis ut mel.

Hæc dicuntur à S. *Ioanne* ſumente perſona
Miniſtri cujuſvis *Proteſtantium*, ad quorum fide
& Eccleſiam pertinebat. Ita enim exponitur
ctio ἐμοῦ. *Mecum loquentis.* ἐμοῦ *mecum.* ὧ λόγος ἀ
γιται ἀγγελικὸς μελὰ γλυκύτητος. *Is cui ſermo A*
gelicus ſacræ Scripturæ exponitur cum ſuavit
Quoniam in gaudium omnium *Proteſtantium*
ponitur liber hic ſacræ Scripturæ, & doctri
Catholicæ, qui per declarationem hanc verbi co
teſſerati glorificantur. Et in Evangelio, ὧ γέγρα
ἀλήθεια μωσέως θεωνία. *Is cui ſcripta eſt veritas Mo*
ſis cœleſtis: (ſcilicet) *Proteſtans* ad quem pertine
virtus *Moyſis*, & legis Divinæ cœleſtis, ſicut a
Iudæos, & *Catholicos* pertinet veritas terrena ejus
dem.

Λάβε τὸ βιβλαρίδιον *libellulum.* ἡ καθολικὴ
μελὰ πικρότητος βασιλεία καθολικὴ, ἣ ἐν ῥάβ
ἐγειρῶσα τὰ ἔθνη, πρὸς τὸ λᾶσαι μαρτύριον τῇ πρ
φητείᾳ ἐρχομένῃ. *Regnum Catholicorum cum ama*
titudine apprehenſum, & in virgâ ſuſcitans Catholic
ut præbeant teſtimonium prophetiæ venturæ. Regnu
Catholicorum eſt omnis ſcriptura fidei *Catholica*
libris eorum apprehenſa, cum amaritudine quo
ipſos: quoniam per virgam lectionis directori
coguntur teſtimonium perhibere fidei *Proteſt*
tium; quæ eſt Prophetia alia ſupervenies *Cat*
li

lica. Fides enim *Proteſtantium* eſt columna ignis lucida in nocte *Catholicorum*; ſed velamentum nubis quoad altiorem claritatem Dei Patris, in facie *Ieſu Chriſti.* Libellulus dicitur, non propter quantitatem ſcripturæ externæ, quæ immenſa moles eſt; ſed propter rationem brachygraphicæ lectionis. Et in Evangelio, ἡ καταβαίνουσα δόσις, ἡ ἐκβάλλουσα θέλημα τοῦ πέμψαντος: θεωρεμένη ὑπὸ πιστῶν ἰδιωτῶν λέγειν θεοῦ γνῶσιν. *Donatio deſcendens, & ejiciens voluntatem eius, à quo miſſa eſt, conſiderata à fidelibus confeſſoribus Dei, vel Proteſtantibus indicare cæleſtem ſcientiam.* Donatio dicitur tota prædicatio doctrinæ *Catholicæ* de rebus Divinis, quicquid enim de ſubjecto prædicatur, vocatur à Logicis *attributum.* Eoque nomine ſapientiam vocavit Apoſtolus *Iacobus*; & quidem donatio hæc, quatenùs à vulgo *Catholicorum* apprehenditur, ſenſum à Deo intentum ſubvertit: ſed ſpiritualibus viris contemplationi deditis, apparebat ſapientiam Divinam enarrare. Quomodò autem doctrina Eccleſiæ *Catholicæ* liber vocetur, in ſecundâ tubâ demonſtrabitur. Exod. 13. 21. Iacob. 1. 17.

Et abij ad Angelum, & dixi illi, da mihi librum? & dixit mihi, accipe eum, & comede, & erit tanquam mel in ore tuo; ſed venter tuus amaricabitur.

Καταφαγὲ *comede.* πίκρανον λάβε προφητείαν τῶν λαῶν, καὶ στρέψον εἰς τὸ παταξαι πληγαῖς τοὺς θέλοντας. *Suſcipe amaram doctrinam Catholicorum, & converte eam ad feriendum plagis religioſos,* ἐθελοθρησκεῦς. Et hic eſt ille guſtus libri, mellis inſtar

Psal 57.11. suavis *Protestanti*. *Lætabitur enim justus, cùm vi*
rit vindictam peccatoris. Et in Evangelio, πλὼ
λαβάντσαι ὑφηνόθεν πίστιν ἐν ὁράματι προφητεῦ
δίδασκε, λόγον ἔχειν. *Fidem, quæ cælitùs descen*
in visione prophetica, doce, vel ostende rationem hab
re tui. Est enim fides *Catholica* quoad intellige
tiam Dei, & spiritualium cœlestis; & proporti
nem habet, & rationem gerit *Protestantis*.

Et erit in ore tuo dulcis, ut mel. ῥώμαν ino
προφητεῶν μέτρησις χῦ ναὸν μαρτύρων ἱερῶσα
ἧς ἐκπορεύεται ἀδικία. *Prophetarum mensuratio, v*
æstimatio proportionalis juxta Ecclesiam Protestan
tium statuta, per quam egreditur omnis iniustitia. S
gnificat ergo os *Ioannis* apprehensionem omn
doctrinæ, cum relatione ad fidem *Protestantium*
Et in Evangelio, Τῇ λοθείσῃ πᾶσι σωτηρίᾳ προσήλυ
σις, εἰς ὄψιν πίστεως ἠχθῶσις *Attentio ad salutem Cath*
licis datam ob visionem fidei venturæ, (id est) *Prote*
stantium. Est ergo os *Protestantis* (sapore justos
pientiæ imbutum) apprehensio fidei *Catholic*
habentis μόρφωσιν fidei *Protestantium*, per quam
omnis injustitia sensus *Catholici* purgatur.

Μέλι *mel* bis lectum. μέτρησις θεῦ ἐκλελη
τος ἐξ ἐκκλησίας πόλεως, ἐν μαρτυρίᾳ ἐνδυμάτος
ᾧ κλείεται. *Mensuratio Dei electi è Catholicor*
civitate, in testimonio velamenti, sub quo claditu
Proportio rerum Divinarum in fide *Protestanti*
comprehensa sub velo Ecclesiæ illius, ex qu

ejiciuntu

eijciuntur. Et in Evangelio, Πρόσηλυσις πίστεως ἐκβληθείσης πρὸς τὰς ποιούσας θέλημα πομπῆς ἐν ἀπωλείᾳ πίστεως. *Appropinquatio, & conuenientia fidei eiecta ad eos, qui faciunt voluntatem pompæ mundanæ in destructionem fidei.* Est ergo mel, suavis correspondentia fidei *Protestantium* ad ipsa verba fidei *Catholicæ*, in quibus contradicitur.

Κοιλίαν *ventrem.* Τῆ γλυκέως ληφθέντος βιβλίου εἰς ἀγγελίαν λόγου πάλιν μέτρησις. *Iterata mensuratio suauiter apprehensi verbi, ad indicandum doctrinam aliam.* Et in Evangelio, Καταβασις εἰς λόγον Ιησῦ παράλληλον πρὸς τὸ ἐλθεῖν εἰς τὸν πατέρα. *Descensus ad sermonem Iesu, vel Saluatoris parallelum; ut ad patrem possit accedi.* Vnio enim duarum Ecclesiarum *Christi* tanquam corporis, & animæ *Christi*, est plenitudo eius; & anagogia sequens eò tendit, ut ad scientiam patris perveniatur; quia cùm omnia subiecta ei fuerint, tunc ipse etiam subijcietur patri. *Christus* enim, non solùm quoad personam cui unitur, verùm etiam quoad plenitudinem *Ecclesiæ* suæ, in quâ *imago est Dei invisibilis*, filius dicitur. *Est* ergo venter *Protestantis*, flexuosa, & visceralis meditatio, quænam sit illa ratio correspondens in patre, ad quam *Christus* analogicè refertur. 1.Cor. 15.28. Coll.1.15.

Et hic est venter ille Ministrorum *Protestantium*, qui amaritudinem amarissimam sentiet in meditando, tam propter difficultatem rerum, quàm propter periculum grande, quoniam nisi tempestivè possint ad patris visionem accedere,

Matth.25. 10. non ingredientur in convivium nuptiale. *Nam*
erit Hierusalem (visio concors rerum) *lapis o*
ris; quicunque eum in se susceperit, conteretur; quo
Zach.12.3. carnalem intelligentiam, si compos fuerit spiri
alis, & conteretur quoad statum corporis glori
si, nisi assequatur.

Ver.11. *Et dixit mihi, oportet te iterum vaticinari po*
lis, & gentibus, & linguis, & regibus multis.

Λαοῖς *populis.* Οι χτ' γλώσσαι βασιλικ
πάλλων ἐν ὁμοιώματι μετρῶν λαμ. *Qui secundum l*
guam regiam Catholicorum similitudine mensur
tur. Qui similitudinem habent Divinorum in ve
bis fidei suæ arcano modo constructis. Et in Eva
gelio, Οι χτ' λόγῳ γνῶσιν θεσπίαν ἀποκείνοντ
τῷ ἰησῦ. *Qui secundum cœlestem linguæ scientiam*
respondent verbo Salvatoris. (id est) *Catholici* con
siderati secundum arcanam virtutem verborum

ἔθνεσι *gentibus.* Βασιλεία θεῦ ἔχουσα ἐξου
κλεῖσαι τὸν θεσπὸν. *Ecclesia Dei habens potestat*
claudendi cœlos. Ecclesia enim *Catholica* est regnu
Dei, secundum formam mundi hujus, quod h
buit potestatem claudendi cœlos, quoniam *Chri*
sto tradente se ad mortem, toto tempore superi
ri, propter salutem mundi *Catholici*, in hoc ip
potestatem habet claudendi cœlos, (id est) obe
randi claram prædicationem rerum cœlestium
quia *Christus* in illâ religione *positus est insigne*
cui contradicit. Et in Evangelio, Οι ἀπὸ λό
Luc.2.34. ἀποχωρίζομενοι ἀλλήλων, τῆς ἐξουσίωσιν ἐλαύσωσι τ
θεωρητείας. *Qui separati à sermone parallelo in v*
nitat

nitatem trahunt prophetias. Sermo parallelus est lectio verbi tesseralis, & arcana, quæ concurrit cum sermone externo, à quâ separantur *Catholici*; propterea irritant verbum fidei. Dicuntur ergo *Catholici* λαοὶ populi, quatenùs habent verbum fidei veritate Divinâ temperatum; sed quatenùs per sensus pravitatem corrumpunt verbum fidei, & veritatem Dei in injustitiâ continent, dicuntur gentes. Observa ergo exactè distinctionem hanc nominum horum.

Γλώσσαις *linguis.* ἔγερσις ἐκβληθείσης λόγου, ἵνα διὰ μαρτυρίαν προφητείας ἐν ἀδικίᾳ, ᾖ ἔχθρα. *Suscitatio gratiæ ejectæ, ut per testimonium prophetiæ statuatur in iniustitiâ, & odio.* Ejicitur gratia Dei à *Catholicis*, sed in sensu illo injustitiæ, & odij per testimonium verborum propheticorum, quod habet, suscitatur in intelligentiâ *Christi.* Est ergo lingua, hoc in loco, interpretatio benevola impietatis *Catholicæ:* non secundum rem ipsam, sed secundum verba sua; quia ex verbis Matth. 12. 37. suis justificantur. Et in Evangelio, ὁ λόγος παράλληλος, ὃς ἀνίστησιν ἐν ἐσχάτοις τῆς προφητείας, τοὺς πάλαι διδαχθεὶς κατ' ἀκοὴν αὐτῶν. *Sermo parallelus, qui suscitat in ultimo tempore prophetiarum Catholicos, qui edocti sunt secundum auditum eorum, & non secundum rem.*

Βασιλεῦσι *regibus.* Οἱ τῶν ἐκβαλλόντων τὰ ἅγια παθόντες βλήματα, ὅπ ἐνώπιον ἐκπορεύονται ἔχθρας, ᾖ ἀδικίας. *Qui eorum, qui res sacras projecerunt, conculcant vestimenta; quoniam visibiliter incedunt*

in

in odio, & injustitiâ, (id est) *Protestantis*, qui ipsam formam verborum *Catholicorum*, quæ vestimenta sunt sensuum conculcant, quoniam in exteriori sensu inimiciciam sonant, & injustitiam. Et in Evangelio, Οι ἐκβάλλοντες τὸς καταβαίνοντας εἰς πομπεῖὸ ὑὸς, καὶ εἰς λόγὸ γνῶσιν σωτηρίας ἑλκύοντες τὰς προφητείας. *Qui ejiciunt filios qui descendunt ad pompam.* (id est, speciem externam mundi) *& trahunt prophetias ad verbum scientiæ salutificum. Protestantes*, qui ejiciunt ex *Ecclesiâ* suâ *Catholicos*, in pompâ mundanâ incedentes; & verba fidei prophetica ad claram rerum enunciationem applicant.

Quatuor ergo sunt, de quibus *Ioannes* locuturus, & concionaturus est; non solùm in libro *Apocalypseos*, verùm etiam in *Evangelio* suo. Primò, quòd vera sit fides *Catholica*, quoad spiritualem sensum verborum. Secundò, quòd mala sit, quoad praxin, & sensum in rebus. Tertiò, quòd per gratiam *Christi*, *Catholici* viventes in injusto sensu veritatis, propter verbum, quod locutus est *Iesus*, purgentur, & justificentur. Quartò, quòd *Protestans* pompam hanc Religionis *Catholicæ* dissolverit: & in claritate sermonis fidem *Christi* prædicaverit.

CAP.

Cap. 46.

Expositio duorum miraculorum, quæ à Christo facta sunt; in multiplicatione panum.

Marci 6. versu 39.

Cum *Christus* Dominus 5000. hominum convivio accepturus esset; dicitur respexisse in cœlum, & benedixisse: ergo & nos in imitationem Domini convertamus oculos à terreno miraculo, ad rerum cœlestium sacramentum: & verba narrationis historicæ in correspondenti formâ sermonis consideremus; ut geminum inde sensum computationis chronologicæ, & dispensationis spiritualis totius mundi eruamus.

Duplicem enim finem proposuerat Dominus in hoc miraculo, alterum scientiæ spiritualis, alterum temporalis: Spiritualis autem hic erat, ut ostenderet quomodo brevis doctrina *Protestantium*; *Catholicis*, & *Judæis*, & omnibus, qui secundum dictamen rationis naturalis vixissent, communicata fuisset omnibus seculis, & per benedictionem verborum multiplicata fuisset: ut ad omnia omnium præcepta, & instituta pietaris exponenda, extenderetur. Temporalis verò hic; ut per multiplicationem panum, & piscium, & per corbes fragmentorum collectos, demonstraret certum numerum annorum, cujus fragmentis su-

perfluis separatis, quod reliquum esset, numerum annorum totius mundi contineret.

Dicitur enim accepisse quinque panes, & duos pisces: vox *panis* ἄρτος continet in numeris 671. quæ per 5. multiplicata producit 3355. Vox ἰχθὺς *pistis* valet 1219. quæ duplicata facit 2438. Vterque verò numerus in unum collectus facit 5793. qui non solùm continet summam, quæ sufficiat toti numero annorum mundi hujus; verùm etiam habet fragmenta residua.

Fragmenta huius numeri dicuntur 12. *Cophinos* impleviſſe: quæramus ergo quid ſit *Cophinus*, ut ſciamus quæ ſit extuberantia circuli huius ad rectam lineam numeri mundani. Corbis, ut notum eſt, fit ex viminibus inter ſe decuſſatim implexis, & ſignificat quadra totidem numerorum, quæ ſuper iuſtum numerum annorum mundo conſtitutorum excreſcunt. Sed quis ſit numerus quadrorum ex lectione verbi internâ oſtenditur.

Κοφίνους ergo exponitur. ∇ Ἀνάγκη οὖν τοῖς προάγουσι φυλάττειν τὸ ἐρχόμενον ΠΕΡΙ' οὗ πάντως ἐκτὸς εὐθείας λαλίας. *Neceſſe eſt in præcedentibus*, (ſcilicet ſummis numerorum) *cavere acceſſum numeri* 195. *in ſemitis viſibilibus recti ſermonis*. Semitæ viſibiles, ſunt lineæ numeri quadrati decuſſatim diſpoſitæ ſecundum rectitudinem ſermonis: ita ut uniuſcujuſque lineæ ſumma recta ſit, & quadret cum altero, ſicut in quadro ſeptenario conſtante ex 49. numeris methodicè diſpoſitis, in omnibus lineis numerus æqualis emergit 175. Et hic eſt rectus ſermo viarum ſeptenarij quadri-

Sed

Sed ut constet cuius quantitatis esset quadrum, quod regula foret fragmentorum, monuit eiusmodi esse, in quo numerus 195. proximè recondatur. Est verò hoc quadrum numeri quaternarij, quod continet 16. & numerus hic multiplicatus per 12. producit 192. Est ergo hic numerus 12. *corbium*, qui demendus est è numero superiori 5793. Deme 192. de 5793. & restabunt 5601. qui numerus est totius mundi, quando genus humanum saturabitur annis seculi, quod non fit in hoc mundo: sed in principio futuri. Et hoc etiam significavit Dominus, cùm præciperet populo, ut discumberent per centenarios, & quinquagenarios: quoniam 16. ordines hominum constantes ex 350 in singulis, faciunt 5600. Ita dicuntur convivæ fuisse 5000. homines, præter fœminas & pueros, qui potuerant reliquum numerum implere 5600. Est hæc quidem demonstratio sapientiæ Dei admirabilis: sed audi etiam ulteriùs. Quadrum quaternarium continet in quatuor lineis arrectarijs, & quatuor transversarijs, & duabus decussalibus singulatim 34. qui faciunt 340.

13	8	12	1
2	11	7	14
3	10	6	15
16	5	9	4

Et si quadrum hoc factum ex 16. numeris per 16. multiplices, fient 5440. adde lineas recapitulationis 16. quadrorum quæ pro unitatibus heterogeneè numerantur 160. & tota summa fit 5600. Numeri enim recapitulationis aliquando extra plenum numerum annorum mundi computantur,

ut in 13. Ephis (sicut posterius ostendam) aliquando ingrediuntur partem summæ. Quoniam sapientia Divina non eodem semper modo omnes respicit, sicut dicitur, quòd *Mille dies in conspectu Dei sicut dies una.* (id est) per recapitulationem. Psal. 90. 4.

Nunc ut corpus hoc analogicum numerorum mundi, spiritu simili animem; sciendum est, quòd triticum significat mysterium charitatis, sicut hordeum horrorem, vel timorem Divinorum, quoniam carnales doctrinam charitatis Divinæ horrent, sicut corpora ad conspectum spirituum expavescunt. Et κρίσις dicitur à κρίνομαι quia significat materiam judicij, & condemnationis. Omnis enim carnalis, qui sub lege justificari vult, condemnat seipsum. Rom. 3. 19. Doctrina ergo timoris Dei tradita est omnibus *Catholicis* per manus Discipulorum *Christi*, qui sub regno misericordiæ vivebant, non timore.

Christus præcepit ut populus per centurias, & quinquagenarios discumberet, συμπόσια συμπόσια. Ἑκατοντάρχης *Centenarijs*, Οἱ ἀναβλέποντες εἰς χλάσματα μαθήσεως ἢ ἢ προσάγουσι εἰς βαθυρέειαν ἢ ὄικῳ τῶν ἁλιέως. *Qui respiciunt ad fracturam disciplinæ in qua Catholici incedunt, qui sunt in domo piscatoris:* vel Ecclesiæ *Romanæ*, quæ sedes *Petri* æstimatur: (id est) quicunque in Ecclesiâ *Catholicâ* pœnitent de peccatis factis contra disciplinam Ecclesiæ *Romanæ*.

Πεντηκοντάρχης *Quinquagenarij*. Οἱ ἐν τῇ πίστει

ἀνθρώπου μέρη τῷ τὰ πάντα κλάσματα πληρῶσαι; ὅπ διάστημα προάγειν πέρα τάξεως εἰς ἣν ἀπῆλθον. *Qui præbent, vel tradunt seipsos membra illius, qui omnes fracturas,* (id est) violationes legis, *implet. Quia necesse est procedere ultra ordinem,* vel statum illum, *in quem decesserunt.* (id est) ut se per solam unionem cum *Christo* per fidem salvari credant, quoniam status humanæ iustitiæ non sufficit. Hæc sunt duo præcipua capita doctrinæ, in quibus desiderat *Christus* collocari *Catholicos.* Primò, pœnitentia à malis operibus contra conscientiam, secundò, fides in ipsum, & communio iustitiæ eius.

Συμπόσια, συμπόσια. ἵνα τοῖς πεσοῦσιν ἀπ' ἐκκλησίας μαθήσεως ὠφελίμη χορτασμὸν ἐκ κλασμάτων πλήρων ἀνάγκης. *Vt illis qui à cœlesti decciderunt doctrinâ præberet pabulum,* (id est) instructionem, *ex ipsis fragmentis plenis necessitate,* vel miserijs. Fragmenta plena necessitate, sunt documenta iustitiæ *Catholicæ,* quæ, secundum primam *Christi* institutionem, iungebantur cum intelligentiâ doctrinæ *Protestantium:* à quibus postquàm cecidit Ecclesia *Catholica,* tota doctrina & scientia eius, fragmentum merum est sapientiæ prioris, plenum necessitate ignorantiæ, & seruitutis: sub quorum tamen formâ magister cœlestis *Catholicos* pavit iustitiâ suâ.

Secundò, συμπόσια. ἵνα μαθηταὶς ἀπολύσῃ ἀπὸ τάξεως εἰς ἣν ἀπῆλθον, πρὸς τὸν εὐχεῖν, τῷ λύσαι τοὺς τῶν βασάνων αὐτῶν. *Vt Discipulos*

solveret ab illo ordine, & statu, in quem decesserunt, ad desiderium intelligendi tormenta propria. (id est) statum miseriæ, quæ obligat ad similem pœnam in vitâ futurâ. Hi sunt ergo duo fines dispensationis Divinæ totius pietatis *Catholicæ*, ut sub doctrinâ justitiæ hominibus obviâ, sapientiam suam arcanam proponeret, quæ per gratiam impuratur piè (secundum conscientiam) viventibus: secundò, ut homines scenam rerum Divinarum sustinentes in miseriâ, adducerentur ad intelligendum miseriam propriam, & respirandum ad auram cœlestis gratiæ.

Et discubuerunt *in χόρτῳ in gramine.* Δ ταραχὴ φόβου περισσοῦ, εἰς ἣν ἐξίσταντο οἱ πεπωρωμένοι. *Perturbatio timoris superflui, in quam ecstaticè ducti sunt homines cæci.* Et Δ ἔξις τῶν ἀπελθόντων ἀπὸ λόγου ἀποκειθέντος, εἰς μάθησιν πόλεως πάσης. *Apprehensio, vel conceptus eorum, qui decesserunt à verbo non respondenti, ad doctrinam Catholicæ Ecclesiæ.*

Χλωρῷ *viridi.* Δ ἡ ἀφὶ ταραχῆς λαλίας τυπωρωμένης ἀφικνουμένη πρὸς ὁρμὴν τοῦ ἐξελθεῖν εἰς ἐπιθύμησιν. *Conceptus animæ, qui per perturbationem sermonis cæci, transit ad impetum vel desiderium egrediendi ad justitiam.* Et Δ ὁ ἔχων λόγον δοθέντα τῆς ἀποκειθείσης τοῖς χωλοῖς ὁδοῖς. *Conceptus animæ, habens rationem indultam respectus correspondentis Catholicis.*

Καὶ λαβὼν τοὺς πέντε ἄρτους. *Et accipiens quinque panes.* Vox *quinque* toties lecta ostendit, quinam

nam fuerint panes illi tremoris Divinorum, qui in perfectâ charitate proijciendi sunt. Et in voce ἄλως, quinquies lectâ docetur, quæ sit arcana doctrina, quam *Christus* sub dogmatibus *Catholicorum* intellexerit. Primò, πῶλε *quinque*. Μὴ παραβάλλειν μέρος τι τῇ τοῦ παντὸς χορτᾳ πλήρωμα. *Non comparare*, vel citare *partem aliquam Ecclesiæ contra Catholici septi plenitudinem.* (id est) non sequenda est particularis alicujus hominis, vel Ecclesiæ authoritas contra universalem. Secundò, πῶλε. Μὴ παραγγεῖν πέραν βηθσαϊδάν, ἢ ὅπου ἁλιέως: ἀλλὰ ἀποτάξασθαι τοὺς ἀπελθόντας. *Non procedere ultra Ecclesiam Piscatoris: sed dimittere illos, qui inde recedunt.* (id est) cùm quæstio oritur inter *Catholicos*, & æqua lanx multitudinis visa fuerit, semper sequi Ecclesiam *Romanam* sedem *Petri*.

Tertiò, Μὴ εὔχεσθαι γίνεσθαι μόνον ἀναντίον τοῖς ἐρχομένοις. *Non gloriari quòd solus in eâ opinione sis contra omnes advenientes.* Quando non est quæstio de fide statuta, sed tantùm in disquisitione communi posita, noli sequi opinionem propriam contra omnes.

Quartò, Μὴ παρατεῖναι ἐν θελήμασι τῆς τῶν ἐληλυθότων εἰδήσεως δόξῃ ἀναιρεζόντων. *Non incedere in voluntate, vel opinione eorum, qui præteritæ scientiæ opinioni reclamant.* Ne sequare eos, qui superiorum temporum opinionem receptam reijciunt.

Quintò, Μὴ πάντων εἴδησιν ταράττειν θάρσει, καὶ φόβῳ. *Non perturbare Catholicam visionem confi-*

dentiâ

dentiâ suâ, vel timore illorum. Cùm novi alicujus dogmatis visio proponitur ab Ecclesiâ, ne perturba pacem Ecclesiæ ex confidentiâ præsumptæ à te opinionis, vel metu novitatis. Et hi sunt quinque panes timoris *Dei*, quibus *Catholica* Ecclesia nutritur in materiâ fidei, ut omnibus notum est. Nunc audite qui sint ipsi panes secretæ doctrinæ, quos *Christus* benedictione suâ sub verbis illis consecravit.

Primò, ἄρτους *Panes.* ἀνάβλεψον εἰς τὴν θεωρίαν μάθησιν πρὸς τὸ χορταζεσθαι εὐθύτητι ἀναγκαίᾳ. *Proportionaliter respice cœlestem doctrinam, ut satietatis rectitudine, vel veritate necessariâ.* Quoniam scientia humana, & Catholica, se habent ad cœlestem, tanquam particularis opinio respectu universalis.

Secundò, εἰς μάθησιν πορεύων, ἀποτάξαι πᾶσαν πρόθεσιν βασανιζούσης. *In disquisitione hâc (arcanâ) procedens, dimitte omnem determinationem studij explorativi.* Quoniam in omnibus probanda est quæ sit bona, & beneplacita, & perfecta *Dei* voluntas. Et hæc est domus piscatoris: significat enim *Bethsaida* domum piscatoris, vel venantis. Quicquid ergo prohibet piscaturam hanc cœlestem, quâ pisces notionis sensibilis extrahuntur in sensum Ecclesiæ spiritualis reijciendum est.

Tertiò, ἔλαυνε τὰ ἐρχόμενα παρὰ πᾶσαν θεωρίαν, καὶ ἐνδόξου εὐφείας λαλίας. *Abige illa, quæ veniunt præter semitam manifestam, & gloriosam recti sermonis,* (id est) inter meditandum de sensu correspondenti

ſpondenti Hexameri, ne ſuſcipias illas notiones quæ non perſeverant per totam hiſtoriam Hexameri, æquabili ſermonis ſerie.

Quartò, θάρσει ἀπὸ τῶν περιττῶν ἐξίστασθαι τῆς θεωρίας εἰδήσεως ἤδη διεξοδευθείσης. *Confidenter diſcede ab ijs, quæ ſuperflua ſunt, vel non pertinent ad ſcientiam rerum mirabilium, quæ priùs tradita eſt.* (id eſt) noli abrumpere ſeriem continuati ſenſus paralleli per novam expoſitionem, poſt quam per aliquot dierum interpretationes tranſijt.

Quintò, εἰς γενησόμενον τοῦτον ἐπὶ κλίμακι φυλακτόμενον προθύμως ἔξελθε ἀπὸ γνώσεως, καὶ ἀκοῆς (πρώτης) καὶ εἴσελθε. *Cùm ad hortum clauſum acceſſeris, egredere à ſcientiâ, & auditu priori, & ingredere eum.* (id eſt) quando perveneris ad novam revelationem ſcientiæ arcanæ ex ſacrâ Scripturâ, derelinque priorem præſumptionem, & confidenter ingredere eam.

Videtis quo modo quinque panibus doctrinæ *Catholicæ* reſpondeant quinque hæc præcepta altioris ſapientiæ, quæ *Chriſtus* per manus hominum ſpiritualium *Chriſtianis* ſeculi hujus tradidit. Sed adhuc ſuperant duo piſces ſimiliter dividendi, ut cum pane ſuperiori manducentur.

Primò; Δύο *Duo* per duplicem brevis vocis lectionem, ἐν τῇ διδομένῃ εὐθύτητι πορεύειν βαθυνθῆναι, ἢ ὅπου ἁλιέως, καὶ ἀπολύειν τὰ ἐμποδίζοντα. *Procede in rectitudine vel juſtitiâ, quæ præbetur in domo piſcatoris, vel ſede Petri, & diſſolve omnia, quæ eam impediunt.*

Secundò, εἶδος βασάνισας τῆς ἀναλίσκων, δόξαν ἐυθύτητος φόβει. *Cùm speciem examinaveris omnium, quæ possunt objici, tamen opinionem rectitudinis time.* Hæc sunt duo generalissima præcepta, quæ ad vitam *Catholicorum* activam pertinent. Primò, juxta disciplinam Ecclesiæ *Romanæ* piè vivere. Secundò, quantamcunque perfectionem videatur sibi assecutus, non tamen persuadere sibi ipsi de certitudine justificationis. Iam quæ sunt duo *Christi* mandata, quæ his respondeant, videamus.

Primò, ἰχθύας *Pisces.* τὸν ἐν τῷ διδομένῳ χαρακτῆρα ἐυθύτητος ἀναγκαίας, μάνθανε βιβλίδιον, ἢ οἶκον ἁλιέως. *Intellige domum, vel Ecclesiam piscatoris de septo hoc veritatis necessariæ quod datur.* Septum veritatis necessariæ, est hæc ipsa ratio commentarij, inscripta tesseris omnium vocum, quæ est necessaria, & infallibilis directio veritatis, *ita ut fluitius non possit errare per eam.* Et hæc est, quæ significatur per infallibilem sedem *Petri.* Ex istâ enim navi quæ nullis errorum fluctibus obrui potest, tuta est piscatio, & extractio sensuum intellectualium, qui applicandi sunt rebus obvijs.

Secundò, ἰχθύας ∇. ὡς βασανίζων τὰ ἐγχείμενα θέλων, θεωρεῖ ἐν δόξῃ τῆς φανταστικῆς. *Tanquam propositum habens examinare res objectas, ita incede in æstimatione rerum apparentium.* (id est) ita copula terminos propositionis tuæ in notionibus, quæ verisimiles videntur, tanquam examinaturus, non tanquam affirmaturus. Et hic est timor Domini, cujus suprà memini, qui nunquam

deponendus

deponendus est. Hæc sunt ergo duo præcepta studij practici in arcanâ Theologiâ. Perpetuò consulere sensum Scripturæ juxta tesseras vocum, & tamen timorem Dei, & εὐλάβειαν τοῦ ἐφ consservare.

Ex his quinque panibus, & duobus piscibus comederunt omnes *Catholici* pij exteriùs, & de his arcanis panibus comederunt interiùs in intelligentiâ *Christi*. Fragmenta doctrinæ, quæ reliqua sunt post usum *Catholicorum* exponuntur.

Κλασμάτων *Fragmentorum*. ἀναγκαία ἀπόλυσις τάξεως πρὸς εὐχὴν γενομένης, ἀφ' τὸ τὺς βουλίζοντας ἐν ἀσφαλέσι τόποις παρελθεῖν. *Necessaria dimissio ordinis ad votum*, (id est) intentionem Dei *facti: propterea quòd illi* (Catholici) *qui probaturi eum essent, in contrariâ ratione transirent*. Et Δ. Ἀνάκλισις τοῦ λόγου ὑπάρχοντος ἐν ποσότητι ἀναλογίᾳ δοθείσῃ, ἀφ' τὸ ἀπελθεῖν τὺς μαθητὰς εἰς τὰσαν, ἢ καθολικὴν γνῶσιν. *Declinatio doctrinæ concomitantis in proportione datâ, eo quòd discederent discipuli ad sensum Catholicorum*. Ipsa ergo documenta arcani sensus Divini sub verbis *Catholicorum* intellecta à Deo, neque tamen concepta à *Catholicis*, sunt fragmenta illa quæ supererant.

Κοφίνους. ∇ Ἀνάγκη τοῦ προάγειν εἰς φυλακὴν ἐν τῷ ἐρχομένῳ θεωρίᾳ, ἵνα εἰδῶσιν εὐθύτητα λαλίας. *Necessitas procedendi ad speculationem in viâ*, (id est) vitâ, *venturâ, ut intelligant rectitudinem sermonis*. Et Δ. Κλάσματα χορτάσεως ἀ τοῖς ἐν φυλακῇ ἐνεχθεῖσι,

καὶ ἕρκει λύπης δοθήσονται. *Fragmenta saturitatis, quæ danda sunt illis, qui in carcere continebuntur, & sepio doloris.*

Δώδεκα V. ἄνδρες εὐθεῖς ἢ δικαιοὶ ἐν δίκῃ ἀλιέως, ἀποταξάμενοι, ἐν φυλακῇ αὐτῶν περιπατήσουσι. *Homines justificati in Ecclesiâ Romanâ dimissi ex hâc vitâ, in observatione eorum incedent.* Expositio est ejusdem sensus cum verbo *Cophini*. Hi enim sunt recollectiones doctrinæ arcanæ; quam justi carnales *Catholicorum* in hâc vitâ non intellexerunt: ideoque observanda sunt ab ijs in vitâ alterâ.

Similis est computatio annorum mundi in proximo miraculo 7. *panum, & paucorum piscium* multiplicatorum ad nutrimentum 4000. hominum. *Et accipiens septem panes* ἄρτους, *gratijs actis fregit*, & ἰχθύδια ὀλίγα *& pauccs pisces*. Vox ἄρτος continet in numeris 1071. & ὀλίγα 114. multiplicati per septem fiunt 8295. Fragmentorum sunt corbes septem, ἑπτὰ valet 386. sed literam α non esse numerandam monetur in expositione dictionis ἑπτὰ. Ἄφες πεῖραν ἀναστενάζοντος πνεύματος. *Dimitte experimentum gementis spiritus*, (id est) litera α, quæ exprimit sonum gementium, & Δ. περίσσευμα προσπεθείσης μαθήσεως κλάσε. *Redundantiam appositæ literæ* A *desringe. Est enim* μάθησις *Hebraicè Aleph:* cùm ergo numerus accipiendus sit 385. & is septies multiplicandus, fiunt 2695. qui si demantur à numero 8295. restabunt 5600. numerus annorum mundi. *Et qui comede-*

runt,

runt, erant quasi 4000. (id est) quoad numerum virorum, ut fœminæ & pueri reliquam summam suppleverint.

CAP. 47.

Expositio signorum, quæ à Christo data sunt, ad sciendum statum duplicis Ecclesiæ Catholicorum, & Protestantium: & tempus Adventus Christi, ex LVC. 21.

TAnta est portarum *Sionis* pulchritudo, & tanta demonstratio evidentiæ, quæ ex lectione titulari literarum se expandit: ut omni rationis humanæ artificio, immensum quantum præstet! *Videbit enim omnis oculus* adventum verbi interni, in contesseratione literarum; *& agnoscet omnis caro, quòd os Domini hoc locutum sit.* Propterea à numerorum ratione paulùm subductâ, descendam ad expositionem literalem vaticiniorum Domini nostri: quæ de signis temporum Ecclesiasticorum, & adventus sui instantis in hoc capite exhibuit. Et in omni loco *Sionis* hujus, de quâcunque voce interrogaveris, quæ sit naturalis ratio ejus; secundum mentem *Christi* in tesseris literarum dicetur. *Hic natus est illic.* (id est) hæc vox exponitur, quid significet, in illo loco, juxta tesseras: & hæc dictio in illis locis. Est enim expositio interna vocis cujuslibet

Apoc. 1. 7.

Isai. 40. 5.

Psal. 87. 1.

juslibet, generatio ejus : ita ὁ λόγος ἐνδιάθετος universalis, à quo tota Scriptura exponitur, est filius unigenitus patris. Ita Psalmo 139. ver. 17. *Quàm pretiosæ sunt cogitationes tuæ Deus ? quàm pressa & multiplicata sunt capita eorum ? si numerem eas, supra arenam multiplicantur. Suscitavi eas, & testimonium meum tecum est ; Quoniam ipsum studium hominis ministrantis Sion, in atrijs ejus laudatur.*

Sed ad rem accedam, *Christus* Dominus noster Discipulis scisitantibus quando futura essent, quæ prædixerat? & quod signum Adventus sui ? Respondit, *Videte ne decipiamini.* Videamus ergo, in quo consistat generalis ratio deceptionis, cui obnoxij essent *Christi* Discipuli.

Luc. 21. 8. Πλανηθῆτε Δ. *Decipiamini.* Βλέποντες τὸ μελλόσης διδασκαλίας λόγον ἐπιρρωμένον· καταλύοντες τῆς ἀφέσεως ἐλπιδυφίας θεωρίαν. *Ne videntes venturæ doctrinæ sermonem insusurratum : dimittatis remissionis peccatorum præsentis contemplationem.* Quia doctrina justificationis pœnosæ *Catholicorum*, insusurrat in aurem remitti cuique credenti peccata sua, per meram gratiam, sine operibus legis; & quòd doctrina hæc palam aliquando prædicanda esset. Ne ergo, inquit, dimittite fidem gratuitæ justificationis, quam in præsenti tempore intelligitis, propter expectationem ejus arcanam in futuro. Hæc est enim generalis materia fraudis venturæ in Ecclesiam *Christianam.*

Πλανηθῆτε *Decipiamini.* ∇ secundum tesserarum collectionem deorsùm. Πολλῶν ἐρχομένων

ἐπ

ἐν ὀνόματι λόγου ἐγγίζοντος μὴ πορευθῆτε εἰς ἀκοὴν ἀκαταστασίας πολεμίους. *Multitudine veniente in nomine verbi paralleli, vel correspondentis, ne ingrediamini in doctrinam incertitudinis, propter terrorem.* Hæc est brevis descriptio deceptionis, & impostura Dæmonis; à quâ Discipulos cavere monuit: & occasionis undè error ille emanaret. Est enim error cavendus fidelibus, ne à doctrinâ certitudinis justitiæ, & salutis, in quâ constituti erant, per fidem communionis meritorum *Christi*, dimoverentur ad existimandum, quòd non essent adepti veram justitiam per solam fidem; sed opus esset, per austeram operum disciplinam, eam acquirere. Tota enim doctrina *Catholicorum*, de ratione justificandi apud Deum, est ἀκοὴ ἀκαταστασίας. Cujus erroris occasio hinc ortum duxit, quia maxima futura erat multitudo *Christianorum*; quorum doctrina publica haberet quidem verum nomen *Christi*, & μόρφωσιν εὐσεβείας, & tegumentum λόγου ἐγγίζοντος *Doctrinæ Protestantis correspondentis*: sed sensus simplex verborum illorum contrarius esset intentioni *Christi*, in materiâ justificationis. Ideo licet maxima multitudo veniret sub nomine *Christi*, quia *magnum est nomen Dei in gentibus*; & nomen Dei est in *Angelo* ducente populum in eremo; tamen Deus cum illis non erat; neque λόγος ἐγγίζων *Iesu*, sub ratione Salvatoris, cum *Catholicis*.

Mal. 1. 11.
Exod. 23. 21.
Exod. 33. 3.

In hoc enim tendit doctrina multitudinis *Catholicæ*, ut persuadeat fidelibus, non esse aliam salutis

lutis rationem; quàm per opera legis pœnalia, & carnalem corporis afflictionem. Vndè terror invadit conscientias hominum infirmas, ne consultum satis non fuerit, simplici illi doctrinæ Evan-
Matth. 7. 14. gelij confidere: quoniam *angusta est via, & arcta porta, quæ ad salutem ducit*: cùm ratio justificandi per solam fidem, videatur nimis facilis. Et hæc est illa ἀκαταστασία, & ἐνέργεια πλανῆς. Quia neminem viam arctam ingredi putant, præter paucos Religiosos, & eorum imitatores. Cùm contrà numerus *Protestantium* ante hæc tempora, non sit millesima pars, respectu Religiosorum, & votariorum, qui à principio fuerunt: ne putent nomen πολλῶν de *Protestantibus* dictum esse: & difficultas incedendi per viam arctam, consistat in inanitione rationis carnalis: non in pœnâ corporis, quam multæ myriades invenerunt; quia omnes norant eam. Sed ut clarè, & extra omnem dubitationem demonstrem, per nomen πολλοί, intelligi *Catholicos*, dabo viginti testimonia, ex penetralibus oraculi *Sionis*.

Decem signa Catholicæ Ecclesiæ.

Primò, Πολλοί. Δ. Οἱ πλανηθέντες ἀφ' ὧν σημείων διδασκαλίαν τὸν λόγον κατέλυσαν. *Qui decepti per signorum doctrinam, verbum* (scilicet) *Evangelij dissolvunt*. Hoc enim est fundamentum Religionis *Catholicæ*, in ipso Apostasiæ principio: ut quoniam periculum erat, ne publica significatio justitiæ *Christi* secretæ, & extenuatio justitiæ humanæ, homines ad licentiam perduceret: ut decorem vitæ *Christianæ* amitterent: ideo interdiceretur modus ille prædicandi: & extolleretur gloria

Devotionis mimicæ decor, & miraculorum gloria.
Act. 19. 27.

Dianæ

Dianæ Ephesinæ, (id est) mortificationis corporeæ. Quoniam vita fidelium hoc modo in figurâ Divinorum decursâ, receptura esset mercedem in *Christo*, juxta similitudinem operum. Sicut dixit serpens *Evæ* quòd ingrediendo formam vitæ experimentalis, *essent futuri tanquam Dij*, (id est) similitudinem Divinorum acquisituri. Et præterea ipsa forma vitæ austeræ, grande signum est ad movendum affectum hominis carnalis, ad imitationem suam. Sed præcipuè miraculorum multitudo, quæ in illâ Ecclesiâ memorantur, captivum tenet *Catholicorum* assensum. Gen. 3. 5.

Secundò, πολλοί. ∇. Οι πορευόμενοι ἐν ἀκοῇ πολεμικῆς τελϛότητος, ἢ ἐθνῶν βασιλείᾳ. *Qui pergunt in famâ bellicosæ perfectionis, in regno gentium, vel gente regum.* (id est) continuâ successione Pontificum, & temporum ab antiquo. In quibus verbis quatuor sunt, quæ determinant appellationem τῆς πολλῶν ad *Catholicos*. Primò, quòd pertineant ad regnum Gentilis Ecclesiæ: (id est) Catholicæ. Neque enim quisquam erat, qui sequebatur perfectionem in regno *Romæ Paganæ*, à quo *Christiani* decipi possint. Adde quòd perpetuò per nomen *hominum*, spiritualitèr soli *Christiani* intelligantur: quorum regnum fuit inter solos *Catholicos*: & integram gentem *Pontificum* summorum numerant, qui regnum spirituale tenuèrunt ab initio. Secundò, quòd multitudo ista famam profiteatur perfectionis acquirendæ in operum justitiâ. Tertiò, quòd perfectio hæc consistat in modo vivendi bellicoso: (id est) debellandi naturales

Multitudo major, & politica successio Episcoporum.

Iacob. 3. 13. Isai. 32. 17.

rales affectus corporis: non in operatione internâ mansuetudinis, & silentio, & securitate. Quartò, quòd perfectio hæc in continuâ apud vulgus famâ, & opinione fuerit, per omnes successiones maiorum suorum.

Tertiò, πολλοί. V. Οι τὸν μεγάλον φόβον ἐπιβάλλοντος διώκουσι τοὺς λόγους. *Qui loci magni*, (id est) universalis, *iniicientis reverentiam*, *sequuntur traditiones*. Et quis est locus tantæ authoritatis, ut cogat *Christianos* traditiones suas amplecti præter *Romam*? & ipsam Ecclesiam universalem omnium locorum.

Vniversitas loci, & summi Episcopi nomen Ecclesiæ Romanæ.

Quartò, πολλοί. Δ. Οι ὑπὲρ τὴν πάντων ὑπερήματος, βάλλουσιν οἱ τοῖς πλείοσι, τὸν πλοῦτον αὐτῶν γαζοφυλάκιον. *Qui, præ omni multitudinis defectu, ponunt divitiarum suarum thesaurum in maximâ multitudine.* (id est) consensu *Catholicorum*; quia magis confidunt doctrinæ fidei, quam maxima *Christianorum* multitudo amplecti ur; quàm illi, quæ à paucioribus colitur.

Consensus totius multitudinis inter se.

Quintò, πολλοί. V. Οι τὸν μελετῶντες ἀπολογον ἀπ' ἀδελφῶν, καὶ κεφαλῆς, εἰς ἀπώλειαν βλέπουσι. *Qui rationem defensionis suæ animo concipiunt, à respectu fratrum, & capitis sui, cùm ad perditionem respiciunt.* (id est) qui multitudinem *Catholicorum* fraternè consentientium, & authoritatem *Papæ* supremi capitis illorum, æstimant sufficientem rationem, quòd respexerint ad doctrinam, & praxin mortificandi libertatem naturæ, & Evangelij.

Consensus capitis cum multitudine.

Sextò,

Sextò, πολλοί. Δ. Οι περισσοτέρως λαμβάνοντι τὴν φιλίαν, τῶν θελόντων, προσέχοντες τοῖς μαθηταῖς, ἢ μαθήμασιν αὐτῶν. *Qui abundantiùs suscipiunt amorem Religiosorum, vel votariorum, intuentes in discipulos eorum, vel disciplinam.* (id est) qui propter multitudinem sectatorum, æstimant, & diligunt institutum Religiosorum. Θέλων enim significat ἐθελοθρησκεῖς. *Nemo vos seducat θέλων*: quid enim ad rem, quòd volens seducat, vel nolens? dummodò seducat, quoad effectum in illis qui seducuntur. Et ita S. *Petrus: Hoc enim illos θέλοντας volentes*, (id est) ἐθελοθρησκεῖς *latet*, &c.

Altitudo disciplinæ religiosæ, & vitæ Religiosorum supra vulgus hominum.

Col. 2. 18.

2. Pet. 3. 5.

Septimò, πολλοί. Ν. Οι ἀπὸ τοῦ πλήθους ἐχόμενοι μέγας λαὸς μετὰ πάσων Ιερουσαλὴμ. *Qui à multitudine æstimantur pro magno (Dei) populo, & Ecclesiâ post ruinam Hierosolymorum.* Qui à communi Christianorum multitudine semper habiti sunt pro unico Dei populo, postquàm *Iudæi* rejecti sunt.

Æstimatio publica pro Ecclesiâ Catholica Dei.

Matth. 24. 12.

Octavò, πολλοί. Δ. Οι ὑπὸ πάντων ἀχθέντες κλήσει, ψαλμὸς Χριστοῦ λέγοντας. *Qui sub Catholicorum subauditi appellatione, harmonia Christi dicuntur.* (id est) Ecclesia *Christi* harmonicè respondens historiæ *Iudæorum*.

Spiritualis Ecclesia Christi subintellectam typis Iudæorū.

Nonò, πολλοί. Ν. Οι παθοῦσι χωρὶς σκάνδαλον τῶν πολλῶν ἀρχὴν γινόμενοι. *Qui contemnunt occasionem ruinæ, & inconstantiæ, in Catholicorum imperio constituti.* Qui non verentur ullâ occasione in errorem labi, vel à *Christo* reijci, quia in *Catholicâ*

Privilegium infallibilitatis, & immutabilitatis Ecclesiæ Catholicæ.

Ecclesiâ fundantur.

Consensus dogmatum Catholicorum mirabilis inter se.

Decimò, πολλοί. Δ. Οι λόγοι ὐδένα τολμῶσι καλὸν εἰπεῖν ἀποκεκθένθα ἀπ' αὐτῶν. *Qui nullam propositionem audent approbare, quæ semel rejecta sit, & condemnata à suis.*

Venio ad sententiam ipsam judicis do numero salvatorum, & demonstrabo per nomen πολλῶι significari *Catholicos*, & per nomen ὀλίγων *Protestantes. Multi enim vocati, sed pauci electi.*

Matth. 20. 16.

1. Πολλοί *Multi*. Δ. Οι λόγοις ἐνδεδυμένοι βασιλικοῖς, εἰσῆλθον τῶι πληθύντων ἀγαθοσύνης λιξοσιλιχῆς. *Qui ingrediuntur induti verbis regalibus, hominum abundantium bonitate externâ.*

Qui distinguũtur ab aliis per signa Ecclesiæ visibilis.

Successio Episcoporum.

2. πολλοί. ∇. Οι πορευόμενοι ὀν συμβυλίω τ λαβόντων λόγοι ἀπὸ τ ἀποστόλων, ϗ διδασκάλων. *Qui incedunt in consilio eorum, qui susceperunt verbum ab Apostolis, & Doctoribus.*

Fiducia certitudinis sedis Petri Matth. 16. 18.

3. πολλοί. ∇. Οι βλέποντες εἰς πρόσωπον τῦ λεγομένυ ἐλθεῖν εἰς λιχαιοσύνης ἀνάςασιν. *Qui respiciunt personam ejus, qui dicitur venire ad justitiæ susceitationem*; quia *Christus* dixit se erecturum esse Ecclesiam super petram illam.

Consensus multitudinis inter se sub nomine Catholicorum Romanorum.

4. πολλοί. Δ. Οι πορεύομενοι ὀν ἀξιώματι τῦ καλεῖσθαι δοῦλοι πόλεως βασιλικῆς. *Qui incedunt in dignitate, eo quòd vocentur servi civitatis regalis.* qui gloriantur se esse *Catholicos Romanos.*

Vnio membrorum, & capitis.

5. πολλοί. ∇. Οι ἐπιρωτιμένοι λέγυσι τῆ διδασκαλίᾳ τῶν ἀδελφῶν, ϗ τῦ πρωτεύοντος ὁμοιωθῆναι

τῶν ἑαυτῶν. *Qui interrogati dicunt se doctrinæ fratrum, & primi Episcopi conformes esse.*

6. πολλοί. Δ. Οἱ ἀπὸ τῶν λοιπῶν ἐμπορείας ἀπελθόντες, ἀμελῶσι γάμων, καὶ τῶν ἑτοίμων. *Qui à reliquorum negotiatione discedentes, negligunt nuptias, & res paratas:* (id est) ad vitam. Religiosæ vitæ asperitas.

7. πολλοί. Ν. Οἱ ἀπὸ τῶν πάντων ἐρχόμενοι πλανώντων ἀγγελικοὶ θεοῦ ὄχλοι. *Qui ab omnibus deceptis, habentur pro Angelicâ Dei multitudine.* Opinio universalis approbata.

8. πολλοί. Δ. Οἱ ὦσὶ λόγῳ λόγων ᾠδῶν ἀπεσταλμένοι θέλουσι καλεῖσθαι. *Qui volunt dici, quòd sint Apostoli emissi ex verbis servorum concomitantium:* (id est) qui ex typis decoris *Judaicæ* Religionis, gestiunt fidem suam emittere, & explicare. Sub Iudæorum typis subintelecti.

9. πολλοί. Ν. Ἐκπληκτικοὶ φαρισαῖοι λεγόμενοι διδάσκαλοι ὑπολῶν Ἰησοῦ. *Terribiles Pharisæi, appellati Doctores præceptorum Jesu.* Explicat vocem *Hebræam Nephelim, qui homines terrore obruunt:* & in hâc ipsâ doctrinâ ἀπωλείας gloriantur se privilegium Doctorum habere à Deo. Privilegium doctrinæ infallibilis.

10. πολλοί. Δ. Οἱ ἀποστολικὴν ποιοῦντες ὁμοίωσιν τῶν ᾠδῶν αὐτῶν, ἵνα τὸν ὄχλον ἐν φόβῳ κρατήσωσι. *Qui Apostolicam faciunt similitudinem exemplorum suorum, ut populum in timore contineant.* Qui ab exemplo antecessorum suorum non discedunt: ut, constantiâ exemplorum, populum in timore cohibeant. Tenacitas opinionum receptarum.

Contrà ὀλίγοι *Pauci*, significant *Protestantium*

Luc.12.32. Ecclesiam, qui vocantur *Pusillus grex.*

Non habentes formam bonitatis mundanæ

1. ὀλίγοι *Pauci.* Δ. Οἱ ἔξω ἐκβληθέντες ἢ ἀφ' ἁρπαγῆς τῶν ἀγαθῶν, ὡς πονηρίας ὄχλοι. *Qui ejiciuntur extra ministerium bonorum operum, tanquam servi malitiæ.* Hi sunt enim Oeconomi, quos calumniati sunt *Catholici*, quòd dissipent bona domini sui.

Successione politica concilii carentes.

2. ὀλίγοι. ∇. Ἐκλεκτοὶ ἐκ συμβουλίων ἀποτελούμενοι τοῦ λόγου, κατ' γνῶσιν ἀλήθειαν. *Electi qui ex consessu politico electi sunt, quoad veritatem notam.* Qui non videntur habuisse formam aliquam regiminis politici, in exemplis historiarum notis.

Nullam habentes externam rationem qua dirigantur in fide.

3. ὀλίγοι ∇. *Pauci.* Οἱ κατ' ὄψιν βλεπόμενοι λόγοι γνῶναι τὴν ἀσφάλειαν πειράζουσι. *Qui secundum nullam visibilem rationem scire res salutis tentant.* Quia æstimantur nullam habere rationem certam determinandi controversias suas.

Discedentes à nomine Catholico, & forma Ecclesiæ Romanæ.

4. ὀλίγοι *Pauci* Δ. Ἐξελθόντες καλοῦνται εἰς παρεξόδους ἀπὸ λόγου πόλεως βασιλικῆς. *Qui egredi dicuntur ad digressus, & bivia, à verbo, & doctrinâ regiæ civitatis.* (id est) sectarij, & hæretici.

Dissentientes inter se à communi Ecclesia.

5. ὀλίγοι ∇. *Pauci.* Οἱ ὑποκρίνονται ὁ λόγος εἶναι, ἀποχάρεσθαι εἰς ἀπόδοσιν Σαδδουκαίων. *Qui falsò insimulantur in imagine verbi, censeri expositio Sadducæorum:* qui decesserunt à *Pharisæis*, & utrique à Sacerdotum priorum exemplo.

Opera secularia sequentes ministri.

6. ὀλίγοι Δ. *Pauci.* Οἱ ἀκόλουθοι ὄχλοι (ὡς οἱ λοιποὶ) ἐμπορείας, ἢ γάμων, ἢ ἀτίμων ἀείτων. *Qui dicuntur (sicut cæteri) servi esse, negotiationum, & nuptiarum, & obviorum bonorum.*

7.

7. ὀλίγοι *Pauci* ∇. Οι λεγόμενοι διδασκαλίαν ἀ-ραφῆ χαρᾶς θεῦ εὐαγγελικῆ. *Qui dicuntur doctrinam subvertere Scripturæ Dei Evangelicæ.* — Publica opinione Christianorum damnati.

8. ὀλίγοι *Pauci* Δ. Οι ὑπὸ κλήσεως λέγοντας ἀποτέλεσθαι γνώσεως ἐν παβολικῆ τῶν Φαρισαίων. *Qui dicuntur emitti*, (id est) *significari sub verbis scientiæ parabolicæ Pharisæorum.* — Sub typis malorum in veteri Testamento expositi.

9. ὀλίγοι *Pauci* ∇. Οι ἀπὸ θεῦ λεγόμενοι ἐμπαγχλῶν, καταστρέφειν μέγαν νόμοι Ιησῦ. *Qui à rerum Divinarum dicuntur ludionibus, subversores legis magnæ Iesu.* — Pro deceptoribus damnati.

10. ὀλίγοι *Pauci* Δ. Οι ἀκόσοι σωθλᾶσιν ποιεῖν τῦ λόγυ ἐν κυείᾳ οἰκοδομῆ. *Qui dicuntur contritionem*, (id est) *contradictionem facere verborum, in rerum Divinarum structurâ.* — Opinionum inconstantiâ.

Et ut videas sapientiam λόγυ διαφέτυ, rationalem, vigilem, & sibi perpetuò constantem: 10. istâ signa diriguntur secundum decem numeros intellectuales. Primò, quia Ecclesia *Catholica* simplicitèr apprehenditur, in signorum, & miraculorum evidentiâ. 2. Parallelè, vel mutuò refertur, in subalternâ traditione ab antiquo. 3. Rationabilitèr adæquatur omnibus locis Ecclesiæ. 4. Suspensè statuitur ad mutuum consensum in seipsâ. 5. Singularitèr inducitur quoad fidem à capite *Papa*, ad singula individua. 6. Vniversalitèr abstrahitur à vulgo hominum, in Religiosis. 7. Essentialitèr definitur, opinione publicâ *Christianorum*. 8 Exemplaritèr proponitur in typis Synagogæ *Iudaicæ*. 9. Heterogeneè deducta est ab omnibus

omnibus alijs sectis religionis in æquabili, & immutabili statu. 10. Homogeneè reducitur in omnibus opinionibus suis ad unum. Revolvite nunc, viri *Babylonij*, totam farraginem commentariorum vestrorum, & vel unum exemplum ostendite, tot diversarum specierum sub unâ divisione, tam rationabiliter digestarum: ut obstupescatis ad sapientiam verbi fortuiti. Prolixior fui in vocis hujus explicatione, ut superbum Ecclesiæ *Catholicæ* collum sub jugo appellationis hujus *Multitudinis deceptricis* submitterem: & ut in uno exemplo, specimen universalis potentiæ, & sapientiæ verbi interni fortuiti exhiberem.

Venient in nomine meo. ὀνόματι. ∇. ὁ λόγος γινόμενος πρῶτον μετὰ σεισμῦ ἐν τούτῳ σημείῳ. *Prædicatio, quæ primo tempore facta est cum terræ motu, loco signi.* (id est) forma prædicationis *Christianæ*, quæ primo tempore Ecclesiæ facta est, in specie doctrinæ, timoris, & tremoris: vice signi alterius doctrinæ, quæ ad fiduciam auditores movet. Quemadmodum cùm Deus *Eliæ* in monte *Horeb* appareret, ad præparandum animum Prophetæ ad auditum λόγου εὐλαβέτου. *Præcessit spiritus grandis, & fortis subvertens montes, & conterens petras ante Dominum: sed non in spiritu Dominus; & post spiritum terræ motus, sed non in terræ motu Dominus: & post terræ motum ignis; sed non in igne Dominus. Et post ignem sibilus auræ tenuis. Quod cùm audisset* Elias *operuit vultum suum pallio, & egressus stetit in ostio speluncæ.* Eodem modo præcesserunt doctrinam lenem Evangelij, spiritus vehemens

3. Regum 19. 8. 10. 11. 12. 13.

hemens *Moysis*: & terræ motus *Ioannis Baptistæ*, & ignis doctrinæ *Catholicæ*: sed non in Angelo ductore *Iudæorum* per desertum, neque in *Ioanne Baptistâ*, neq; in doctrinâ timoris *Catholicâ*, Deus. Exod. 20. Matt. 3.

Sed in sibilo auræ tenuis, (id est) ἐπερώτημα ἀγαθῆς συνειδήσεως εἰς θεὸν δι' ἀναστάσεως Ἰησοῦ Χριστοῦ *insibilatione secreti hujus in aurem. Quòd bona conscientia ad Deum acquirenda sit, per resuscitationem Christi Salvatoris*, qui mortuus est sub literâ Evangelij, ad vitam spiritus: quam *non concipit homo carnalis, neque concipere potest*, quia non ex vulgari sensu verborum fidei *Christianæ*, sed ex spirituali ratione intelligendi discernenda est. 1.Cor.2,14.

Ὀνόματι Δ. Ἐλευσομένη πλάνη ἐν σημείοις κόσμου ἀνάθημα λόγου ἔχουσα. *Deceptio ventura in signis mundi, quæ verbum Divinis dedicatum continet*: (id est) forma doctrinæ, quæ quoad sensum mundi carnalem impostura est: sed quatenùs habet rationem, & proportionem Divinorum virtute non caret, sed ἐνεργείας: & hoc est *rete expansum super totam terram, & tentatio, quæ ventura erat super universum orbem.* 2.Thess.2.7. Luc.21.35. Isai.24.17.

Est ergo nomen illud *Christi* deceptio, quoad sensum mundi; sed veritas, quoad intelligentiam Dei: quia non negat *Christus* illam doctrinam suam esse; est enim vestimentum ovium: sed negat sensum lupinum, qui sub illo balatu latet, ad se pertinere. Et ne mireris sub vero nomine, & fide *Christi* posse *Antichristum* latere: profitetur Dominus, quòd si ipse, de seipso testimonium perhibuisset; (id est) determinasset sensum verbo- Ioan.5.31.

sum suorum ad seipsum, absque relatione ad patrem, mendax fuisset: *Christus* verò mendax, est *Antichristus*: Qui ergo perhibent testimonium doctrinæ *Catholicæ*, *Christo* secundum carnem, *Antichristi* sunt: quod in perfectum complementum apostasiæ fecit *Paulus V.* qui omnem spiritualem sensum à carnali doctrinâ *Catholicorum* eliminavit. *Paulus* enim negat se nosse *Christum* secundum carnem, etsi aliquando novisset: quod non intelligitur de tempore illo, quo *Christum* persequebatur, tunc enim *Christum*, neque secundum carnem, novit: sed cùm primò *Christianam* fidem imbibisset. Si ergo vir factus in *Christo*, deponit scientiam pueri carnalem, necesse est, ut propositionem verborum fidei *Christianæ* in illo sensu negaverit, in quo adhuc parvulus susceperat eam. Tota ergo doctrina *Catholica*, quoad primam sensus apparentiam, in imbumento justitiæ, & salvationis, impostura est.

2. Cor. 5. 16.

2. Cor. 13. 11.

Dicentes ego sum. ἐγὼ ego ∇. ἐγγίζων πρὸς τὴν γενέσεως ἀρχήν. *Appropinquans, & parallelè concurrens cum Geneseos principio.* Quoniam *Christus* interrogatus quis esset; respondit, *Principium*: (id est) hoc quod toti *Hexamero* sensibilis creaturæ respondet, & illud internum mysterium, quod sub typis legis adumbratur. Quoniam profitentur *Catholici* cultum illum visibilem, esse spiritualem modum colendi Deum, qui per *Moysem* præfigurabatur. Tanquam gloriaretur corpus humanum priusquàm animatur, esse se imaginem, & similitudinem Dei: aut interior plica præputij, esse se carnem

Ioan. 8. 25.

se carnem naturalem generationis: cùm sit tantùm duplicatio præsegminis exteriori cuti continuata.

Ἐγὼ. Δ. Λόγος γενέσεως ὁ ἐπερώτημα. *Numeratio Hexameri in arcanâ traditione.* Quoniam à tempore *Christi* cœpit novum *Hexamerum* in creatione cœli, & terræ analogicæ, quæ *reservantur ad* 2.Pet.3.7. *ignem judicij Divini.* Et hoc est primum omnium fundamentum Religionis *Christianæ*, quòd sit illud, quod veteri Testamento respondet. Et arcana traditio בראשית: dicitur enim ἐπερώτημα παρὰ τῷ ἐρεῖν ὁ ὠτί. *quod insusurratur in aurem.*

Καὶ ὁ χαιρὸς ἤγγικε. *Et hoc tempus appropinquat:* (id est) hic cultus visibilis timoris, & tremoris in Ecclesiâ *Catholicâ*, est ille, qui parallelè respondet *Iudaico.*

Καιρὸς. V. Ἀκοὴ ἀκαταστασίας ἣν δεῖ ἐν ἀρχῇ τελειότητος ἐγερθῆναι. *Prædicatio perturbationis, & incertitudinis, quam oportet in principium perfectionis erigi:* (id est) doctrina *Catholicorum*, de incertitudine salutis, & quòd non simus per solam fidem stabiliti in justitiâ, & amore Dei: quod est primum principium, & columna in ædificio Ecclesiæ erigendum: hoc appropinquat, & est illud, quod concurrit cum mysterio veteris Testamenti: hæc est expositio typorum. &c.

Appropinquat. ἤγγικε. V. Ἐν πόρῳ γενέσεως λόγος ἐγείρεται μετὰ φυλακῆς ἀγόμενος. *In spiramento Hexameri historiæ, suscitatur cum studio adhibito:* (id est) potest in spiritualibus expositio *Hexameri*, &

typorum legis, & naturæ erigi: si quis studium meditandi adhibeat. Et Δ. πλάνης γνωμέσης ἀπὸ τῦ λόγυ, καὶ λύσιν τῦ κόσμυ ἱερῦται. *Recedendo ab ipsis verbis per expositionem decoris consecratur:* (id est) similitudinis.

Ne ergo incedatis post eos. πορευθῆτε V. ὀπίσω ἀκοῆς πρώτης εὐθύτητος, ἀλλὰ ἐν τόπῳ θέσθε ἀπολόγυ, ᾧ δυνάσθε ἀντειπεῖν. *Ne sequamini post famam primam rectitudinis, vel justitiæ:* (Catholicæ) *sed loco apologi, & fabulæ moralis ponite, cui poteritis contradicere.* (id est) æstimate primam formam prædicationis justitiæ *Christianæ* loco symboli, & apologi, cujus contradictio vera est. Apologus enim secundum *Ciceronem* significat fabulam moralem, quam S. *Paulus* vocat ἀπέραντυς γενεαλογίας (id est) *generationem proportionum symbolicarum, quæ innumeris modis fieri potest.* Et hujusmodi est universa doctrina practica Ecclesiæ *Romanæ*, (quatenus illi propria est.) Quæ quoniam duos sensus habet, alterum carnalem, & alterum spiritualem: in illo interiori gustu rerum poterit condemnari gustus exterior, ab homine intelligenti: absque contradictione cujuspiam: *Quia spiritualis omnia judicat, & à nemine judicatur.*

1. Tim. 1. 4.

1. Cor. 2. 15.

Δ. πλῶν σημείων ἐρωτήματος λυθέντος, μὴ ἐλεύσεσθε εἰς θεωρίαν κοσμικῦ λόγυ. *Multorum signorum sensu arcano exposito, ne ingrediamini ad contemplationem doctrinæ mundanæ.* (id est) quæ per modum allegoriæ educitur ex typis Scripturæ.

Ver. 9. *Cùm ergo audieritis bella, & commotiones, ne terreamini.*

terreamini. πολέμους ∇. πόθησις περὶ ἀρχῶν τελείων πε-
ρὶ λόγου, καὶ σεισμοὶ μεγάλοι περὶ τοπικῶν σημείων. *Consternatio circa principia perfecti sermonis, vel doctrinæ, & agitatio magna, de Logicis signis, & argumentis:* (id est) dubitationes de primis principijs Religionis *Christianæ*; & disputationes cum argumentis in uttamque partem.

Πολέμους Δ. περὶ πορειῶν κακείνου λόγου, οἷς αἷς ἐρχόμενοι μέλλουσιν εἰς καπάλυσιν ἀρεθῆναι. *Contentiones circa vias mortiferæ doctrinæ, in quibus, qui ingrediuntur, dimittendi sunt in destructionem.* Ἀκαταστασίας; non solùm turbas in confusâ ratione, significant: sed etiam propriè secundum etymologiam, privationem status correspondentis in animâ fidelium: (id est) ne æstiment esse aliam significationem verborum fidei *Catholicæ*, neque alium arcanum cultum pietatis, ita enim dictio hæc exponitur. Ἀκαταστασίας. ∇. Βασιλικαὶ φυλακαὶ ἀγόμεναι περὶ ὀνομάτων, ἀποβλέπουσαι πρὸς τὸ πρόσωπον μελετὴν περὶ τῆς ἐν ἀπολόγοις δεδομένης σοφίας, ἐν δυνάμει ἀνεστασίας. *Episcopales vigiliæ adhibitæ circa nomina, eò tendentes ut deponatur meditatio de sapientiâ, quæ data sit sub symbolis moralibus, sub ratione contrarietatis.* Vt intelligas crassam, & carnalem Ecclesiam *Catholicam* in eâdem stoliditate, & stupore mentis genitam esse; in quâ sub *Paulo V.* cum finali impœnitentiâ perseveravit. Δ. Ἀκοὴ καιρῷ λεγομένη ἐν ὀνόματί μου ἐλθεῖν· ἐ γένεσθαι ἐπερώτημα τοῦ καλλύνου ἀρέσεως θεωρίαι, οἱ ἀναθήμασι καλοῖς.

Fama, vel doctrina temporalis, quæ in nomine meo venire dicitur: & esse arcanus sensus, quòd dimittenda sit remissionis peccatorum consideratio, sub donarijs pulchris: (id est) bonis operibus.

Non statim finis. τέλος. ∇. ἔγερσις ἔθνους βασιλικῆς μετὰ θορύβου τῶν τοπαίων. *Suscitatio gentis regalis, cum perturbatione Catholicorum*: qui omnem locum terræ occupant. Et Δ. τέλος. Πρώτη γενεὰ, πολεμηθεῖσα ὑπ' ὀνόματος τῶν ὀπίσω. *Primitiva Christi generatio, quæ oppugnatur sub appellatione novatorum.* Hæc est Ecclesia *Protestantium* destinata in regnum mundi, quæ cum terræ motu Ecclesiæ *Romanæ* surrexit: & quæ novissimè se ostendens in tempore; prima est in electione Dei.

Luc. 13. 30.

Vers. 10.

Consurget enim gens contra gentem. ἔθνος ∇ βασιλικὴ θεοῖς μελετᾷν, ἐν ἀπολόγῳ δοθεῖσα. *Ratio meditandi de rebus Divinis, in formâ Monarchiæ dispositæ, quæ data est in formâ fabulæ moralis.* Instituta enim ordinum Religiosorum habent formam regni, quia sub generali præfecto gubernantur: & ludionum instar, agunt partes viri spiritualis meditantis in sacris Scripturis, sub illâ moralitatis personâ. Et ἔθνος Δ. Οἱ ἐγειρόμενοι πρὸς εὐθύτητα πρώτιμοι ἐν πόνοις, καὶ ἀκαταστασία. *Qui suscitant seipsos ad justitiam primam, & præcipuam in tremore, & incertitudine.* Hi sunt ordines Religiosorum, qui consurgunt unus super alium. Et dicuntur ἔθνος ἀπὸ τοῦ ἐθνεύειν. quia seipsum plectit, & cruciat, & semper opponitur *Iudæis*: qui patrem misericor-

sericordiarum, & Deum universæ consolationis confitentur.

Καὶ τόποι. Δ. τοπικῶν σημείων μεταβολὴ ἀπὸ τῶν παραδόσεων, ἀγραμμάτων ἀπὸ ἡγεμονικῶν ἀποβασιλέων ἢ τυράννων. *Catholicorum signorum mutatio à traditionibus, quæ ductæ sunt à rectoribus: qui discesserunt.* Ver. 12. in I.

Vox τοπικὸς proprie exprimit nomen Catholici: qui à diffusione sui ad omnia loca, dictus est. Et signa dicuntur dogmata quævis Religionis *Catholicæ*: quæ signa sunt rerum aliarum. Et Δ. Βασιλεία ἐγειρομένη γενικῶς ἀκαταστασίαν δόξης ἀπὸ πολεμίας ἀκοῆς ὑποψίας. *Regnum, & directio generalis, generans instabilitatem* (opinionum) *per contradictoriam famam subsequentem.*

Κατὰ τόπους. Δ. Οἱ φοβούμενοι ὡς ἀγγελίας, τὰς παραδόσεις ἀγραμμάτους ἀπὸ μαρτυρίου καρδίας αὐτῶν. *Qui tanquam cælitùs dimissas reverentur traditiones illas, quæ ductæ sunt à proprij cordis dictamine:* Origo enim generalis traditionum Catholicarum, ab ipsâ pravitate cordis sui profluxit, quando à simplicitate Evangelij primâ discesserunt: significat ergo per loca inter *Catholicos.*

Τόπος. Δ. Οἱ ἐγειρόμενοι ἐν τελεταῖς πρώταις πονθέντες ἐπ' ἀκοῇ ὑποψίας. *Qui suscitantur in sacris primis, & verentur formam, vel doctrinam posteriorem.* Τοπικοί dicuntur, quia per omnia loca diffunduntur *Catholici:* Et quia ipsa Religio eorum, locus est vacuus implendus religione alterâ.

Fames. λιμοί. Δ. Μεγάλαι ἐπιβολαὶ ἀγῶσαι εἰς

εἰς ἡγεμονίαν ἀποβάντων. *Magni impetus ducentes ad ductum, vel disciplinam quamcunque diversam, & vanam:* prurientes auribus, ut ait Apostolus. Et Δ. Μέγας σεισμὸς πρὸς πολέμιαν ἀχὴν ὀπίσω. *Magna agitatio, & impulsus ad contrariam formam, vel doctrinam posteriorem.* 2. Tim. 4. 3.

Λοιμοὶ *Pestes.* ∇. Μεγάλαι ἐπιβολαὶ πρὸς τὸ διώκειν τοὺς ἀγομένους ὑφ' ἡγεμόνων ἀποβαινόντων. *Magni impetus ad sequendum ea, quæ inducuntur a ductoribus derelinquentibus formam priorem.* Et Δ. Μέγας σεισμὸς πρὸς τὸ ἐγκλίζειν εἰς τὴν βασιλείαν πολέμιαν. *Magna agitatio ad applicandum, & conjungendum se regno, vel directioni contrariæ.*

Φόβητρα *Terriculamenta.* ∇. Φυλακαὶ ἡγεμόνων ἀποβαινόντων ἀπὸ λόγου δυνάμεως εἰς παράδοσιν θανατώσεως. *Observantiæ rectorum, qui discedunt a verbi virtute, ad traditionem mortificationis:* (id est) diversa exempla vitæ rigidæ in eis, qui familiam Religiosorum duxerunt, quæ alios attonitos reddunt, & hi sunt filij Anack, *tortura, pra quibus fideles videntur cicadæ,* & terreni homines. Numer. 13. 34.

Δ. Φόβητρα τῶν ἄφεσιν ἐλευθερίαν ἐκβαλόντων, πρὸς τὸ εἰ ὑστέροις θεωρεύειν δῶρα ἀποβεβλημένα. *Terriculamenta eorum, qui remissionem gratuitam, & libertatem oblatam repudiarunt; ut in fine seculi recuperent hoc, quod despexissent.*

Σημεῖα *signa.* ∇. Ἐπιβολαὶ ἀποβαίνουσαι εἰς μαρτύριον τῆς ψευδοῦς καρδίας μελετῆς. *Additamenta*

tamenta contingentia in testimonium, quòd ponendum sit aliquid in cordis, vel affectus meditatione. Ἐπιβολαὶ dicuntur à *Theophrasto* argumenta, quæ adhibentur ad confirmationem aliorum. Et Δ. ἀπὸ τῶν τοπικῶν ἐγείρονται, πρὸς πόλεμον ἀκοῆς τοῦ ὀπίσω καιροῦ. *Quæ à Catholicis, vel locis Logicorum topicis suscitantur, in oppositionem doctrinæ postremi temporis,* (id est) citantur ex Scripturis Divinis in confirmationem ἀπωλείας.

Vt ergo brevitèr revocem, quæ dicta sunt, *Consurget gens super gentem:* (id est) unus ordo religiosus super alium, & *regnum super regnum:* (id est) una prodigiosa demonstratio miraculorum super aliam: *Et terræ motus per loca:* Quæstiones, & dubitationes de principijs fidei inter *Catholicos*: *Et fames*, hominum prurientium auribus ad nova fidei dogmata audienda; *Et pestes*, propensiones sequendi dogmata contraria articulis fidei: *Et terriculamenta* exemplorum vitæ austeritatis stupendæ, in principibus Monachorum, & ordinum Religiosorum: *Et signa magna de cælo.* Argumenta magna ducta ex ipso Evangelio, & principijs Theologicæ scientiæ ad confirmationem fidei *Papistica.* 2. Tim. 4. 3.

Ἐπιβαλοῦσι. V. παραδώσουσι τοῖς ἀπολόγοις σοφίαν ἐν φόβῳ παραδόκειν; πρὸς τὸ σαλεύειν ὄψιν, ἢ ἴδιος ἀνθρώπου δυναμένου ἐμβλέπειν πρὸς τὰς παραβολάς. *Tradent fabularum moralium sensum in timoris doctrinâ expectandum: ut subvertant respectum, vel speciem Christiani alterius, qui parallelè respondet similitudini* Ver. 12.

militudini parabolicæ. Primum omnium determinabit multitudo *Catholica* à *Christo* desciscens, non esse aliam sapientiam sub doctrinâ morali, quàm sensum ipsum timoris expectandum; ut eo modo reijciant omnem respectum spiritualis *Christiani*, qui cultui illi tragico respondet. Hæc est expositio non simplicis vocis ἐπιβαλῶσι; sed sensus loci totius. Et Δ. τὴν μεγαλείων πρώτην γένεσιν βλέπειν διδάξουσι, λέγοντες ἐλεύσεσθαι εἰς ὑστέρημα, τὸν περιεργεύοντας πλείονος λόγου. *Mysteriorum primam generationem docebunt respicere, dicentes quòd perventuri sint in defectum, vel errorem, qui curiosi sunt ulterioris doctrinæ.* Prima generatio magnalium Dei est expositio *typorum Iudaicorum* de doctrinâ *Catholicâ* vulgari, quam monebunt omnes amplecti, & in eâ quiescere: quia investigatio ulterioris sensus ad errorem deducit.

Et custodias φυλακὰς. Δ. Σοφία θανατώσεως, ἡ κεφαλὴ ἐστιν ἀπωλείας, κλησαμένη ψυχὰς Ιερουσαλὴμ. *Sapientia mortificationis, quæ principium est destructionis, possidens animas eorum, qui pacis Evangelicæ doctrinam sequuntur.* (hoc est) pœnitentiæ, quæ iniungebantur à lupis, ovibus *Christi*: qui cum *Protestantibus* sapere videbantur.

Δ. Φόβος ἀπὸ τοῦ μεγάλης βασιλείας ἀκαλαστάτους γίνεσθαι, διὰ τὸ ἀκύειν τὰ ὀπίσω ἐγγίζοντα. *Timor excommunicandi, vel suspendendi à loco magnæ Ecclesiæ, eò quòd attenderent ad res posteriùs appropinquantes.*

Ἡγεμόνας *Præsides.* Δ. Οἱ ἀποβαίνοντες ἀπὸ τοῦ λόγου,

λόγῳ, πρὸς τὸ ἀντιλεγειν τοῖς ἀντικειμένοις, ἀφ' ἁπαδόσεως πατρώων θανατώσεως μισητῆς. *Qui discedunt a ratione, & verbo; ut contradicant sibi oppositis, per traditiones paternas mortificationis odiosæ.*

Μαρτύριον. ∇. Μελετὴ ἀπολογίας ἀποδοθησομένης ἐν θανάτῳ, ἐν μίσει, ἐν ἐρημώσει, ὁμολογίαν θεοῦ ἔχουσα ἀναγκαίαν. *Meditatio apologiæ danda (pro fide Protestantium) in morte, odio, & desolatione; habens confessionem Dei necessariam.* Ver. 13.

Ne ergo ponatis super cor. προμελετᾶν. ∇. ἀπολογεῖσθαι περὶ τῶν πατρώων παραδόσεις μισεῖν, ὡς κεφαλὰς ἀπωλείας: ἀλλὰ κατέχειν εἴδος αὐτῶν, ὡς διδαχὰς εἰρηνικὰς γνώμην. *Ne præmeditemini apologiam facere de eo, quòd paternas traditiones oderitis, tanquam principia perditionis: sed possidete species earum tanquam doctrinæ pacificæ sententias.* Et ne putes simulationem hinc permitti contra sinceritatem fidei, alibi dicitur, quòd non sint ipsi sancti qui in hoc casu loquantur; sed Spiritus sanctus: & hîc, quòd vera sit confessio fidei *Protestantium*, quæ fit sub formâ Religionis *Catholicæ*, in quâ *Christus* ponitur *in signum ejus cui contradicitur.* Et hæc est benigna Dei liberatio tot animarum piarum, qui sub tyrannide *Pontificiâ* palinodiam cecinerunt. Ver. 14. Mar. 13. 11. Ver. 15.

Trademini autem à parentibus: γονέων. ∇. Οἱ τῶν συγγενῶν θανάτωσιν μισοῦντες, ἐν τῇ ἀποκεφαλαιώσει πρὸς γνῶσιν ἐγκείσθαι. *Qui Physicam, & corpoream mortificationem oderunt, in recapitulatione ad sensum sibi correspondentem*: (id est) in verâ intelligentiâ Ver. 16.

fidei *Catholicæ*, in quâ ad *Protestantium* generationem colliguntur. Et sic omnes, qui tradiderunt *Protestantes* ad mortem, fuerunt spiritualiter patres, & fratres, & affines, & amici eorum.

4 Esdræ 6. 24.

Ver. 18. *Pilus de capite vestro non peribit.* (i) minimum accidens ad plenitudinem gloriæ vestræ, non decidet à vobis per hoc, quod videamini stationem fidei dereliquisse, ne in periculum incideretis.

Θεὶξ *Pilus*. ∇. Τὸ παρεπερχόμενον πρὸς τὸ πλήρωμα ἔχειν δόξης. *Quodvis accidens ad possidendum plenitudinem gloriæ, non peribit.*

De capite vestro. Κεφαλῆς ∇. Διὰ τὸ κεῖσθαι εἶδος φευγόντων ἐκ χώρας, πρὸς τὸ μὴ εἰς πλείονα ἀνάγκλειν πεσεῖν. *Eo quòd habeatis speciem hominum fugientium à statione suâ, ne in maius periculum incideretis. Caput*, est principalis ratio, & intentio rei, obvia considerantibus, & *caput* hoc in loco, propositum conformandi se fidei *Catholicæ*, ad vitandum mortem: *Capillus* (inquit) *non peribit de capite vestro*: (id est) minimum accidens gloriæ non detrahetur vobis propter propositum, quod habetis assentiendi confessioni *Catholicæ*, ad vitandum mortem.

Ver. 19. *In patientiâ vestrâ possidete animas vestras.* Ὑπομονῇ ∇. Ὅτι τῇ ψυχῇ πλήρωμα ἑαυτῆς ἔχουσι διὰ τὸ εἰς μεγάλης ὀργῆς πεσεῖν αἰχμαλωσίαν. *In animâ habente plenitudinem, vel perfectionem suam, eò quòd in magnæ iræ captivitatem ceciderit.* Magna ira est status Ecclesiæ *Catholicæ, qui charitatem veritatis non sunt amplexi, ut salvi fierent*, sed elegerunt

2. Thess 2. 10.

runt in irâ Dei subsistere. Sicut ergo *Christus* vitam fidei suæ devorandum lupo permisit; ut sub formâ lupi, oves suas pasceret: ita qui se mundo *Catholico* conformarunt, ut periculum mortis evaderent; imitati sunt Dominum suum, tradendo vitam professionis fidei publicæ, ut vitam naturalem salvarent: in quo etiam vitam fidei suæ integram custodierunt; quoniam veritas doctrinæ *Catholicæ*, est testimonium fidei *Protestantium*. In eo ergo quòd simplicem professionem fidei suæ dereliquerunt; receperunt, & tutati sunt eandem, sub ænigmaticâ formâ contradictionis: quoniam licèt ipsi non cogitarent, qui palinodiam canerent: tamen Spiritus *Christi*, qui omnia opera nostra operatur in nobis; sensum verborum in illis determinavit. *Non enim vos estis* (inquit) *qui loquimini, sed Spiritus sanctus*. Manifestum est ergo, quòd talem sermonem apologeticum traditurus esset, quem ipsi non intelligerent: & quòd per illum liberandi essent. Absurdum est enim cogitare, quòd cuiquam *Protestanti* adducto in iudicium coram *Papistis*, data sit subitò talis potentia eloquentiæ in asserendo fidei nostræ dogmata; ut non potuerint adversarij resistere, & contradicere: tunc enim omnes fidem nostram approbassent, & *Catholicam* dereliquissent. Sed contrà certum est, quòd simplicrori, & sensui *Protestantium* contradixerint, & restiterint; nunquam autem restiterunt proprio. Et os illud datum est in ipsâ *horâ*, vel respectu, quem *Catholici* intuentur, & agnoscunt. Et sicut non poterant contradicere formæ illi sermonis: ita non poterant resistere sensui illi, Mar. 13. 11.

quem *Christus* sub verbis *Catholicis* intellexit. *Spiritualis enim omnia iudicat, & a nemine iudicatur.* Nemo enim carnalis novit sensum *Christi*, ut possit eum condemnare.

1.Cor.2.15.

Cùm autem videritis Hierusalem circundari ab exercitibus, tunc scitote quòd appropinquat desolatio eius. Ιερυσαλὴμ. ∇. ἡ ἐγγίζουσα ἐρημώσεως χώρα, διὰ τὸ ἔχειν πτῶσιν σώματος, αἰχμαλωτεύεται ὑπὸ πληρώματος σημείων ἐπερχομένων. *Correspondens desolationi statio (fidelium) quæ propterea quòd habet iacentem, & humilem formam sermonis, captivatur sub multitudine signorum venientium.* Status Ecclesiæ *Protestantium* in Ecclesiâ *Primitivâ*, quæ quoniam formam prædicationis humilem habuit, & jacentem, & omnibus obviam, propterea sub captivitate signorum deducta est; ut sub formâ contradictionis prædicaretur inter *Catholicos*. Dicitur *appropinquans solitudini statio:* quia ipsa est, quæ parallelè respondet toti doctrinæ destructionis *Catholicæ*; & est instar solitudinis mediæ, inter Ægyptum *Catholicæ* Ecclesiæ, & patriam venturam. Nomen verò solitudinis proprium est fidei Ecclesiæ *Protestantium*, quæ per signum hoc SOLVM distinguitur à doctrinâ Ecclesiæ *Catholicorum*. Quicquid enim *Protestantes* positivè tenent, credunt idem *Catholici*. Sed in hoc differunt, quod *Protestantes* hæc, & illa *sola* teneant, sine additamentis *Papistarum*.

Ver.20.

Ιερυσαλὴμ. Δ. ἡ εἰδὸς κλῆσασα πολλὰ λόσεως ἀγληκεμένης: ὅπτιλὼ λυόμεν σοφίας ὑπὸ λόγω πολ-

μελετᾷ,

μελετᾷ, καὶ ἀπὸ βάσεως τῆς ὀνομάτων. *Quæ ſpeciem habet oppugnantis traditiones: quia potentiam ſapientiæ ex verbo præmeditatur, & ex ipsâ baſi nominum.* (id eſt) Scriptura ſacra. Duplici ergo notâ deſignatur *Hieruſalem:* (id eſt) *civitas piorum Chriſtianorum*; qui à carnali multitudine *Catholicorum* ſeparati erant, per illuminationem ſpiritus. Primò, quòd ſolâ fide contenti, juſtitiam operum ſuperadditam recuſabant ad juſtificationem: ſecundò, quòd traditiones ab hominibus inventas repudiabant, ſolo verbo Dei ſimplici contenti.

Quod autem tota hæc admonitio Domini propriè ad *Hieruſalem* ſpiritualem pertineat, manifeſtum eſt. Alioqui enim quare conſuleret, non antè proſpicere ſibi de fugâ, quàm vidiſſent *Hieruſalem* ab exercitibus circundatam, tunc enim ſerum fuiſſet; aut ad quos montes fugerent, cùm omnia in poteſtate *Romanorum* eſſent, *Hieruſalem* exceptâ? Aut quare non potuiſſet Gentilis *Chriſtianus* in *Iudæam* illo tempore venire? cùm multa eſſent millia *Iudæorum*, qui *Romanis* ſe ſubmiſerant, qui ſecurè vivebant: neque quæſtio tunc agitaretur de Religione *Chriſtianâ*: ſed de inobedientiâ *Romani* Imperij. Ergo ad alterum ſcopum collimanda ſunt verba Salvatoris: Audite ergo, qui fuerint exercitus, à quibus *Solyma* obſeſſa ſit.

Στρατοπέδων. ∇. Οἱ ψυχὰς κλώμενοι ἐν ἀπωλείᾳ καὶ παράδοσιν ἀνθικειμένων πάντων; ἵνα δουλώσωνται ἀπολλύντες μελετῶντας διώκειν, ἀφ' πάντων βασιλείαν. *Qui animas hominum poſsident in perditione,* (ſcilicet) Evangelicæ libertatis: *juxta traditionem oppoſitam*

oppositam Catholicæ multitudinis, ut possit eos, qui defensionem meditantur persequi, per regnum Catholicum. Id est, qui profitebantur se doctrinam austeritatis requirere ad justitiam, juxta receptam opinionem multitudinis *Catholicæ:* ut possint sub illo prætextu persequi alios, qui contraria sentirent, tanquam hæreticos, & à fide publicâ deficientes: sicut fecit *Demetrius*, cùm populum concitaret contra *Paulum*: quòd religionem violaret *Dianæ Ephesinæ* (id est) mortificationis corporeæ, quam totus orbis *Catholicus* venerabatur. Et sursùm Δ. Act. 19. 24.

Οι τὴν ἐρήμωσιν φεύγοντες, καὶ ἐκχώρησιν, ϗ εἰσερχόμενοι εἰς τὴν ἀπάτων ἕξιν, καὶ πῶσιν διδαχῆς εἰρηνικῆς: μετὰ εὐσεβοδοξίας τῆς ἐπερχομένης λυτρώσεως θεαίας. *Qui solitudinem* (fidei) *fugiunt, & emigrationem* (à communi sensu,) *& ingrediuntur in Catholicorum apprehensionem: & delectionem doctrinæ pacis, cum expectatione potentiæ cælestis superventuræ.* Primi ergo *Pseudapostoli*, populum *Christianum* à simplicitate Evangelij, ad dogmata corporeæ disciplinæ avocabant, cum insinuatione: quòd per observationem externæ mortificationis, & rigoris, tandem deducerentur ad libertatem illam in seculo futuro. Et hoc est, quod dixit Diabolus *Evæ*: quòd *essent tanquam Dij scientes bonum, & malum.* Gen. 3. 5.

Tunc scitote quòd appropinquet desolatio eius. Ερήμωσις. Δ. Εγγύησις Ιερουσαλὴμ ἵνα τὸν κύκλον ὑπομένῃ τῆς πάντων, ἀφ' ὧν μισεῖται, καὶ θανατοῦται ὑπ' συγγενῶν. *Fideiussio doctrinæ gratuitæ reconciliationis,*

nis, ut sustineat circulum Catholicorum, quibus odio est, & à quibus perimitur, tanquam cognatorum. Et ∇. Ερήμωσις *desolatio.* ὅταν οἱ φεύγοντες ἐκχωρῶσιν ἐκ λιχαμοσύνης τοῦ λαοῦ πεσόντος, μετὰ λιδαχῆς εἰρηνοποίας πληρῶνται. Hæc est desolatio *Hierusalem* spiritualis. *Quando illi, qui detrectant recedere à justitiâ populi Christiani lapsi a Christo, implentur doctrinâ pacis.*

Tunc qui sunt in Iudæâ, fugiant ad montes. Ver. 21.
Ιουδαία *Iudæâ.* Δ. Ερημώσεως λιδαχὴ εἰρηνικὴ κυκλουμένη ὑπὸ τῆς εἰλόνων, ἢ ὀπισκοπούντων τὰς ψυχὰς, ἐν ἀπωλείας ὀνόματι. *Solitudinis* (id est, solius fidei) *doctrina pacifica circundata, vel obsessa ab illis, qui curam habent animarum, in perditionis nomine*: (id est) formâ verborum tendente ad destructionem libertatis *Christianæ*: (scilicet) *Pseudapostolorum*, qui contendebant Ecclesiam dirigere juxta formam perditionis. Solitudo (ut dixi) est nota *Protestantium* doctrinæ. Licet enim tota sylva zizaniorum temporibus Apostolorum non succreverat, illa tamen tunc apparuit; *non esse insinuandum populo cogitationem fidei solius justificantis*; quæ semen est reliquorum. Et Ιουδαία. ∇. ἐκχώρησις ἀπὸ τῶν καλεχόντων λιδαχὴν εἰρήνης; ἀφ' τὸ προσδοκᾶν λιόαμιν, τοῦ σαλευθῆναι εἰς τὸν ὄφιν αὐτῆς. *Emigratio ab illis, qui detinent doctrinam reconciliationis; quoniam inde expectant potentiam convertendi ad visionem ejus*: (id est) ex ipsâ contradictione libertatis *Christianæ*, expectabant formam Mat. 13. 26.

acquirere actus contrarij, qui aliquando retribuendus esset: in quo tamen falsi sunt. Quoniam hoc est judicium, quod condemnat mundum, *quia venit lux in mundum, & dilexerunt homines tenebras magis quam lucem.* (id est) tenebrosum actum justificationis corporeæ, præ sensu spirituali sub eâ significato: *quia opera eorum erant mala*, (id est) acerba, rigida, & pœnalia, quæ derelinquere nolebant.

Ioan 3.19.

Est ergo *Iudæa* clara professio doctrinæ justificationis per fidem solam, & abstractio abomnibus, qui contrarium profitentur: & sub involucris veritatem tegunt.

Fugiant ad montes. ὄρη *Montes.* ∇. τὸ χάλιχα ὑπ' ὀργῆς διδαχλὼ εἰρήνης. *Comprehensio doctrinæ pacis sub irâ* (Dei.) Et Δ. ἡ ὁμολογία τῦ θεῦ τῇ ἐρημώσῃ ἀυτῆς ἐγγίζυσα. *Confessio Divina sub privatione ejusdem parallelè concurrens.* Montes sunt elationes terræ supra planiciem; qui sustentantur à planicie ejus, quam conculcant, & tegunt: unde fontes expositionum, qui ex symbolis contradictorijs descendunt, irrigant planam, & humilem formam loquendi. Et hij sunt montes, in quibus fundamenta doctrinæ reconciliationis gratuitæ cum Deo ponuntur.

Psal. 87. 1.

Et qui sunt in medio ejus excedant. ἐν μέσῳ. Δ. Ερήμωσιν ἐγγίζυσαν διδάσκονλες μετ' εἰρήνης ἁπάντων. *Qui solam fidem justificantem docent cum pace Catholicorum.* Et ∇. Οι ἀφ' γραφῆς ἔχονλες

τὰς

τὰς πεσουμένους εἰς ἀιχμαλωσίαν. *Qui per Scripturam continent eos, qui casuri erant in captivitatem.* (id est) qui per testimonium Scripturæ confirmabant eos, qui alioqui casuri erant in captivitatem servilis doctrinæ. Medium ergo *Iudææ*, & centrum ejus, est clara prædicatio rationis uniendi doctrinam fidei solius justificantis, cum formâ justificationis legalis, quæ fiebat cum pace *Catholicorum* carnalium; & confirmabat eos, qui in servitutem observationis justitiæ *Pharisaicæ* casuri essent: Hi monentur ex eâ excedere, (id est) non deinceps clarè loqui de ratione uniendi μόρφωσιν εὐσεβείας cum virtute ejus; postquam tota multitudo *Christianorum* apostasiam fecisset à puritate Evangelij. Qui verò non eousque penetrassent, ut clarè de fide solâ justificante loquerentur; sed tantùm imputassent eam *Catholicæ* multitudini piè viventi, caverent ne in claram ejus prædicationem descenderent; hoc est in confinibus ejus non ingrederentur. Sunt enim in confinibus *Iudææ*, & doctrinæ *Protestantium*: qui gratiosè imputant virtutem suam illis; qui personam ejus gerunt, & ludionum instar repræsentant. ἐν χώραις. Δ. *in confinibus.* Οἱ ψυχὰς πάντων παραδίδοσιν εἰς ἀντικειμένην διδαχὴν σοφίας. *Qui animas Catholicorum tradunt in contrariam doctrinam sapientiæ.* Et ∇. Οἱ εἰσερχόμενοι ἐκλικεῖν ἐν πληρώματι τῆς γραφῆς, τὴν ἔξιν τῆς θηλαζόντων. *Qui ingrediuntur vindicare apprehensionem, vel conceptionem lactantium, in implementum Scripturæ.* (id est) sensum internum

Scripturæ imputare obſervationi exteriori. Quẽ-
1.Cor.10.2. admodum omnes *Iudæi* baptizati ſunt ad *Chriſtum* in intelligentiâ *Moyſis*: & participes facti ſunt Sacramentorum ſimilitèr, per guſtum laticis concomitantis, & mannæ; licet in totâ multitudine eorum per ſe acceptâ, Deo non complacuerit. Sunt ergo in *Iudæâ* ſimplicitèr, qui doctrinam fidei ſolius nudè prædicant; ſunt in confinibus ejus, qui eam ludionibus ejus imputant: & ſunt in medio eius, qui clarè oſtendunt unionem ejus cum formâ vivendi contrariâ, ſicut centrum eſt in medio circumferentiæ ſuæ.

Quia dies vindictæ illi ſunt, ut impleantur omnia quæ ſcripta ſunt. ἡμέρα *dies.* Δ. Ερήμωσις ἱερουσαλὴμ κωλυμένη ταῖς δόσεσιν ἀντικειμέναις τῆς πάλαι. *Fidei ſolius documenta pacifica, circundata traditionibus oppoſitis Catholicorum.* Et ∇. Ἐκδικήσεις γραφῆς, καλεχύσης ἐν ὀργῇ τὸν λαὸν πεπλανημένα. *Vindicta Scripturæ, continentis in irâ populum lapſum.* Dies ſunt claræ expoſitiones, & propoſitiones rerum; & dies vindictæ, expoſitiones benignæ Eccleſiæ *Catholicæ* in iram Dei lapſæ.

Ἐκδικήσεως *vindictæ.* ∇. ἐκδίκησις γραφῆς ἀναγκαία, ἀφ' ὑποδοκίας λυσιτελοῦς ἀνακυπτούσης ἐκ παραβολῶν; ὅταν προβάλωσι βλέπειν τὴν γνῶσιν ἐκζήτησαν· *Vindicta Scripturæ neceſſaria, per expectationẽ virtutis apparituræ ex parabolis, cùm profecerint ad intuendam ſcientiam correſpondentem.* In vocibus merè intellectualibus ipſa dictio ſemper
Pro.26.1. ſubauditur in principio: *neque enim decora eſt ſtulto gloria,*

to gloria, (id est) voci obviæ significationis : sed expositio quæ apponitur, est determinatio generalis sensus ad particulares circumstantias materiæ, de quâ agitur.

Vindicta ergo Scripturæ est conversio verborum fidei ad legitimum sensum ; quia Scriptura dicitur non solùm secundum formam literarum, verùm etiam verborum, & actuum, quæ signa sunt rerum spiritualium : quoniam *ex verbis tuis justificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis.* Matth. 12. 37. Necessaria est ergo hujusmodi vindicatio verborum, & rerum ipsarum in parabolâ gestarum, ad salvandum carnales fideles. Quoniam spirituales viri, qui sunt vindices populi captivi sub ignorantiâ, in omnibus operibus eorum respiciebant virtutem fidei solius, quæ apparitura erat ex verbis parabolicæ fidei, quando in tantum profeciissent, ut ad revelationem scientiæ arcanæ pervenirent. ἐκλικήστεως Δ. τῶν εἰσερχομένων εἰς ἐκχώρησιν ἀθλαίχης ἐρημώσεως ἐγγιζούσης, ϗ διδαχῆς εἰρηνοποίας; πρὸς τὸ ψυχὰς κλᾶσθαι πάντων μισουύτων αὐτὸν. *Vindicta facta per eos, qui ingrediuntur in secessum,* (actum eorum qui recedunt) à *confessione fidei solius correspondentis, & doctrinæ reconciliationis, ut animas acquirant Catholicorum, qui oderunt eam.*

Vt impleantur omnia quæ scripta sunt. γεγραμμένα *scripta.* Δ. ὅτι φεύγοντες ἐρήμωσιν ἐγγίζουσαν διδαχῆς εἰρηνοποίας τῶν ψυχῶν ἐκτρεμένουσι ὀνόματι μισους, φίλοι ϗ ἀδελφοὶ· *Quòd fugientes solitudinem correspondentis doctrinæ, reconciliativa animarum,*

rum, maneant tamen sub nomine odij, amici, & fratres. Et ∇. ὅτι ἀνάγκη μεγάλη ὀργῆς, ἱερουσαλὴμ παιδεύσης, σημεῖόν ἐστι τοῖς ἐν λαῷ μεῖ θεωνία ὀφθησομένων. *Quòd impetus magnus iræ conculcantis doctrinam pacis, signum sit hominum in virtute cœlesti ejus conspectorum.* Et hoc est totum quod scribitur sub literis figurati cultus *Catholici.* & nisi figurata hæc scriptura intelligeretur sub cultu *Catholico*; non solùm irritus, & abominabilis esset, verùm etiam justa causa damnationis maioris. Quoniam ratio carnalis non potest concipere, quid sit opus illud
1. Tim. 1. 7. quod per legem præcipitur. Nesciunt enim ipsi Doctores legis, vel prædicatum, vel subjectum earum rerum de quibus loquuntur.

Væ parturientibus in diebus illis: Τοῖς ἐν γαστρὶ ἐχούσαις. Γαστρὶ *ventre.* Δ·ὴ γραφὴ πάσης ἐκλικίσεως ἐκχωροῦσα ἀπὸ τῆς ἐρημώσεως γειτονούσης. *Scipiura universæ justitiæ pœnalis, secedens à fidei solius vicinitate.* (id est) notio intellectualis omnium præceptorum disciplinæ asperæ legis, apprehensa sine intelligentiâ justitiæ fidei solius concurrentis. Et ∇. Ανάγκη μεγάλη τοῦ πεσεῖν εἰς ἀιχμαλωσίαν ἵνα διδαχὴ εἰρήνης πληρωθῇ. *Necessitas magna incidendi incaptivitatem, ut doctrina reconciliationis perficiatur.* (id est) apprehensio, & conceptus animi quòd necessarium sit totam libertatem naturæ dimittere, ut quis cum Deo reconcilietur: ita ipsa vox Græca sonat: γαστὴρ enim dicitur à γάω *apprehendo*, & στέρησις *privatio*, quasi apprehensio

ἀπωλείας

ἀπωλείας *destructionis* libertatis naturalis, homini necessariæ. Habet enim venter formam circuli, quæ est perpetua abhorrentia à centro suo. *Habent ergo in ventre*, quicunque proponunt secum in animo ingredi statum rigidæ observationis disciplinæ *Catholicæ*: & *lactant in diebus illis*, qui alijs præcepta tradunt mortificationis, exemplo suo. Et utrique horum incumbit væ, & miseria: illis ut vitam destructionis ingrediantur: his ut exempli sui candore imitationis lineas alijs præbeant. Et per ventris hujus רחם *vulvam* (id est) affectum benevolum devotionis, suscepit semen *Protestantis* Ecclesia *Romana*, sub suavitate sensus contrarij: Et concepisse se sensit primis temporibus, quando per os Patrum testata est, esse arcanum quoddam in Religione *Catholicâ*, quòd in publicum proferre nefas sit. Posteà uteri tumorem manifestè prodidit, cùm cœpit publicam professionem facere *Theologiæ mysticæ*. Cœperunt dolores circuire ventrem eius, cùm in inquisitionem *Romæ* coniectus, probarem ex testimonijs scriptorum *Catholicorum*, esse arcanum quendam cultum Dei, *Catholicorum* vulgo ignotum; & quod possit quis summus peccator apud Deum esse, sub spirituali ratione, etiamsi pius esset quoad conscientiam suam, & opinionem aliorum, in intelligentiâ carnali; & cœpit uterus Ecclesiæ ad partum hiare in *Apparatu* à me edito, in quo ostendi rationem probabilem producendi hunc fœtum mysterij ignoti, per analysin verborum.

ἔσται γὰρ ἀνάγκη μεγάλη ὅτι τῆς γῆς. *Erit enim*

enim necessitas magna super terram. ἀνάγκη. Δ. Κατοχὴ γραφῆς καθολικῆς ὲν ἐγγίζοντι κύκλῳ γνώσεως. *Comprehensio Scripturæ fidei Catholicæ in parallelo circulo scientiæ.* (id est) non in ipsâ rerum nudâ veritate, sed in analogico ambitu sensuum. Et ∇. Μεγάλη πῶσις πάντων τῦ γενᾶσθαι ἀναπλὴ ὲν ὡσβολῇ. *Magnus lapsus Catholicorum ut generentur sursùm respicientes in similitudine.* Vt non per veros actus sapientiæ, & pietatis, sed per figuratos generentur filij Dei. *Erit magna necessitas super terrã*, scripturæ, *Catholicis* terreno sensu intelligentibus verba Dei. *Et ira in populo hoc.* (id est) indignatio contra veros Dei confessores.

Et cadent in ore gladij. μαχαίρας *gladij.* Δ. Στόμα λαῦ ἔχον γραφῆς πλήρωμα, ὲν ἐισόδῳ ἐκχωρήσει, καὶ φευγῇ. *Sermo popularis Catholicorum, continens Scripturæ implementum, cum separatione & fugâ ingrediendi ad interiora.* Hic est gladius quo interficietur *Protestans*, scilicet apprehensio fidei *Catholicæ* in simplici sensu, cum privatione omnis respectus ad interiorem intelligentiam: (id est) peremptorium præceptum suscipiendi fidem *Catholicam*, & non aliam. Et ∇. Ιερυσαλὴμ χωρὶς Σιωοχὴ, διὰ τὸ ἄπορον ἔιναι προσδοκᾶν ἐπερχομένην λύσαμιν θεσνίαν. *Constrictio omnis occasionis doctrinæ reconciliationis gratuitæ, per impossibilitatem expectandi virtutem aliquam cœlestem superventuram.* Et hæc est materia gladij, quia inexplicabile sit, quomodo expectandus sit alius sensus verborum fidei

fidei *Catholicæ*, præter usitatum.

Καὶ ἐχμαλωτισθήσονται. *Et captivi ducentur.* Δ. εἰς στόμα πεσόσι, τὸ ἔχειν χαρὴν πᾶσαν πληρωθῆναι ἐκ δικίου: 2. καὶ ἐκχωρεῖν ἐκ τῆς ἰδιωτικῆς ἐξομολογήσεως: 3. καὶ κλᾶσθαι ὑποκεφαλὴν ὀνομαζομένην πᾶσαν: 4. καὶ ἐν ἀναλώσει τῷ δογματίσειν ἀντικειμένοις τῷ σαμένοις. *In formam sermonis cadent, quòd teneant scripturam legis universam impleri in opere pœnali*, vel justitiâ externâ: secundò, *quòd recedant à confessione solitudinis*, vel fidei solius justificantis: tertiò, *quòd habeant obedientiam erga caput, quod appellatur Catholicum*, (id est) supremum *Pontificem*: quartò, *quòd perseverent in mortificationis doctrinâ, quæ opponitur libertati Evangelicæ.* (i) vera doctrina *Protestantium* captiva ducetur à *Catholicis*, & cogetur contrariæ formæ loquendi servire. Quatuor verò capita generalia recensentur contradictionis hujus. Primò, ut quicquid de disciplinâ pœnali corporis dicitur, in sacrâ Scripturâ, impleatur ad literam in fide *Catholicâ*, ad acquirendam justitiam: secundò, ut doctrina fidei solius justificantis per applicationem meritorum *Christi* rejiciatur: tertiò, ut neglecto sole veritatis Divinæ in sacrâ Scripturâ, *Papæ* decretis obtemperetur: quartò, ut novas traditiones mortificationis, successivè orientes amplectantur. Et hæc sunt quatuor illa capita controversiarum, ad quæ omnes quæstiones reducuntur, circa religionem; sicut monui in expositione quadruplicis materiæ, ex quâ cortinæ interioris ta-

bernaculi fiunt. Primò, quòd sacra Scriptura sit regula fidei: (quod tertio loco captivatur.) Proximè quòd Scriptura exponenda sit in sensu benevolentiæ, & misericordiæ; non rigoris, & austeritatis, (quod prohibetur in primo loco.) Tertiò, quòd justificetur homo per solam fidem, (quod secundo loco interdicitur.) Quartò, ut forma vivendi temperetur modicâ disciplinâ, non nimiâ, (quod contradicitur quarto in loco.) Nam cùm quatuor sint potentiæ animæ humanæ: memoria, intellectus, ratio, voluntas; ordinavit Deus ut memoria rerum Divinarum per Scripturam solam illuminetur. Secundò, ut intellectus sacræ Scripturæ per sensum benevolentiæ, & gratiæ tantùm exponatur. Tertiò, ut ratio iustificandi apud Deum, per unionem cum *Christo* per fidem solam perficiatur. Quartò, ut appetitus naturalis voluptatum tantùm per bonum societatis humanæ temperetur. Cùm ergo ἀπώλεια sit dissolutio totius, vel à toto; quadruplex dissolutio totius, & partium, in doctrinâ *Catholicâ* introducitur: memoriæ à verbo Dei, cui adhærere debet; intellectus ab Evangelij sensu: rationis à fide, & voluntatis ab honestâ suavitate naturæ. Sed audiamus alterum testimonium Angelorum descendentium: ut in ore duorum testium veritas hæc confirmetur. Αιχμαλωτισθήσονται. V. Πᾶσα ἱερουσαλὴμ εἰς σωοχὴν ἐπελεύσεται δυνάμεως: 2. σαλευθήσεται ἀρχὴ γενέσεως διʼ ἐγκύλισιν τοῦ ἀπολυτρωτοῦ: 3. θεῦ ἀμὴν, ἡ θείας ἀληθείας ὑγιὸς παρελεύσονται:

4.

4. βαρύνεται μεϊωναις βιωτικαῖς ἀφιδίως ἐπιπώσασι. *Doctrina pacis in angustiam virtutum naturalium deveniet:* secundò, *Principium generationis filiorum Dei per communionem cum Redemptore excutietur:* tertiò, *Divinæ veritatis,* (id est) *scripturæ, cælum transibit:* quartò, *gravabitur curis piè vivendi subitò ingruentibus.* Et observa, quòd non solùm secundum sensum rerum, verùm etiam ordinem, secunda hæc dictionis expositio cum priori consentiat.

Ne ergo mireris, quòd particulares fidei controversias non audias in hoc iudicio Dei agitari: sed tantùm hæc quatuor capita ἀπωλείας. Quoniam prædixit *Christus*, quòd zizania in fasciculos essent colligenda in tempore messis, & in ignem mittenda. Quòd verò per fasciculos zizaniorũ intelligebantur quatuor ista capita ἀπωλείας declaratur per expositionem vocis δεσμὰς *fasciculos*, quatèr repetitam. *Matth.* 13. v. 40. Matt. 13. 40.

Δεσμὰς *fasciculos.* 1. Οι σκάνδαλον βασιλείας τῦ πατρὸς ἐν ὐρανῷ κρύπτουσι. *Qui scandalum regni Dei Patris in cælo abscondunt.* (id est) qui traditiones humanas, & authoritatem summi *Pontificis* inter res cœlestes recondunt. Est enim scandalum regni Dei Patris generantis Filium suum, si verbum hominis in generationis illius rationem ingrediatur.

2. sequitur. Οι ὀικοδεσπότην ἐκβάλλοντες θησαυρὸν ἐκ δυνάμεως τῦ λόγυ. *Qui ejiciunt thesaurum patrisfamilias ex potentiâ verbi investigati.* Est verò

thesaurus Dei Patrisfamilias Ecclesiæ suæ misericordia, gratia, indulgentia, non autem asperitas, & rigor, & dolor. Sicut dicitur: *Ne sis leo in domo tuâ.* Eccles. 4 35.

3. Οἱ ἀδελφότητα σκανδαλίζοντες ἰησοῦ, ἐν ἀπιστίᾳ πολλῆς ἀμαύρωσις. *Qui fraternitatem scandalizavit Iesu, in virtutis multiplicatæ incredulitate.* Qui negant virtutem meritorum *Christi* communicari alijs per ius fraternitatis, per quam eadem natura communicatur.

4. Οἱ ἐνέργειαν δυνάμεων κρατήσαντες, ἀγομένην τῷ δόσιν αἰτεῖν. *Qui reprimunt operationem potentiarum* (naturalium) *cùm inclinent secundum instinctum naturæ petere*, (id est) naturæ rectæ, & honestæ.

Donec impleantur tempora gentium. Et quando implenda sunt tempora *Catholicorum?* audi quæ sint, & quomodò impleantur. Καιροὶ *tempora.* Δ. Ἀνάγκη, τὸς θηλάζοντας ἔχειν γραφὴν τῶν ἱδίων ἐγκίζουσαν. *Necesse est ut lactantes habeant scripturam Protestantium applicatam.* Et ∇. Προσδοκία δυνάμεως σαλευθησομένης ὅταν ἐπέρχεται δόξη ἐγκίζουσα. *Expectatio ut virtus eorum commoueatur, cùm venerit gloria correspondens.* Quod factum est rotâ centuriâ annorum superiori, quando *Protestantium* libri ubique publicati sunt, & doctrina omnibus innotuit: fuit ergo tempus illud novissimum *Catholicorum.*

Et erunt signa in Sole, & in Lunâ, & in stellis. σημεῖα

σημεῖα *signa*. ∇. Συνεχὴς ἦχος ἐπερχόμενος, δι' ὃ λυομένη σαλεύεται τῆς ὁράσεως. *Continuus sonus*, (vel correspondens lectio) *superveniens, per quam potentia rerum visibilium mutatur*. Hæc est doctrina *Apparatus* mei *in revelationem Iesu Christi*, in quo docebam probabilem rationem investigandi mysteria Prophetiarum, per Scripturam seipsam exponentem. Et Δ. Πλήρωμα ἱερᾶς σαλπίγγος διὰ τοῦ μεγάλου καλουμένου ἐν τῇ γραφῇ. *Implementum doctrinæ concordis per os magnum*, (vel sermonem universalem) *qui continetur in ipsâ scripturâ*. (id est) ratio implendi signa rerum sensu correspondenti, per ipsa verba sacræ Scripturæ. Hic est fons signorum præcedentium Adventum *Christi*, *ratio nova, & admirabilis investigandi arcana rerum mysteria, in Theologiâ positivâ Catholicorum, & scholasticâ, & allegoricâ*.

Ἡλίῳ *Sole*. Δ. Σημείωσις πληρώματος ἱερᾶς σαλπίγγος καθ' ἔκδικησιν. *Significatio quòd impleatur doctrina pacis Catholicorum per vindictam*. (id est) vim verbi legalis: est enim vindicare per *vim dicti*, & ipsum verbum legis *æquum postulare*. Hæc est Theologia, quæ dicitur positiva. Et ∇. Συνοχὴ σάλου τῆς ὁρατικῆς δυνάμεως. *Constrictio fluctuationum contemplativæ potentiæ*, (id est) determinatio controversiarum fidei, de fide.

Ἐν σελήνῃ *in Lunâ*. ∇. Συνοχὴ ἐπερχομένου σάλου ἀπὸ δόξης ἀρχούσης ἀνάκυψιν. *Constrictio superveniens fluctuationis per opinionis principalis exortum*.

Theologia enim scholastica determinat, quæ sit maximè probabilis opinio in rebus, quæ non sunt determinatæ de fide.

Σελήνη. Δ. Σημείων πάλη ἱερουσαλὴμ δι' ἀκάρπου μεγάλης πλήρωμα. *Signorum via doctrinæ concordis, per magnam necessitatem impletio.* Signorum impletio per magnam necessitatem, est rationum collectio per necessariam consequentiam Logicam: & via doctrinæ concordis, est ratio perveniendi ad veritatem certam, quæ concordat cum alijs *Catholica* doctrinæ principijs. Et hæc est Theologia scholastica.

ἄστροις *astris.* Δ. ἡ διὰ σημείων πλήρωσις γραφῆς ἰουδαϊκῆς, ἐρήμου ἱερουσαλὴμ (ἢ διδαχῆς ὁμοιώσεως) *Impletio scripturæ Iudaicæ carentis doctrinâ concordi per signa.* (id est) per similitudines rerum, quibus typi Iudaici implentur; quæ videntur non habere aliam rationem exponendi per vim verbi. Et ∇. ἐν ἀποείᾳ ἤχου ἀποψύχοντος, προσδοκία ἐπερχομένης δυνάμεως μετὰ σάλου ὁπτικοῦ. *In defectu vocis sensu carentis, expectatio supervenientis virtutis, per agnitionem respectus (vel similitudinis.)* Tria ergo hæc, quæ perhibent testimonium in cœlo *Catholico.* Character similitudinis allegoricæ, ratio conclusionis scholasticæ; & verbum Theologiæ positivæ, demonstrabuntur signa in se habere alterius similitudinis, orationis, & verbi.

Et in terrâ erit pressura gentium in dubitatione, sonanti mari, & fluctibus, (id est) in Ecclesiâ, & scripturâ exteriori demonstrabuntur angustiæ, quæ

quæ necessariò subeundæ sunt *Catholicis* expositoribus, qui per typorum similitudines scripturam explicant; propter incertitudinem soni, & significationis, quæ ex generali relatione rerum sensibilium, & multiplici signorum particularium agitatione, ad res similes, fluctuum instar necessariò sequitur. *Hominibus despondentibus animum, præ metu, & expectatione eorum, quæ superventura sunt orbi terrarum.* (id est) *Catholicis* nullam habentibus inclinationem ad doctrinæ illius propositionem præ metu, & expectatione sensuum, qui superventuri sunt, Scripturæ, & Ecclesiæ *Catholicæ* sensibus prioribus, per expositionem illam verbi insiti.

Quia virtutes cælorum commovebuntur. Sunt autem decem cœli *Catholici*; primò, septem Planetæ, *quibus caligo tenebrarum destinatur*, quia contra motum primi Motoris *Christi*, semper feruntur. 2. Pet. 2. 17.
Primò orbis ☽ Theologiæ scholasticæ, quæ incipit conciliando lumen sententiæ condemnandæ, per *videtur quòd sit*: & posteà singulatim detrahit. Secundò, ☿ Theologiæ concionatoriæ, & interpretativæ ad literam. Tertiò, ♀ Allegoricæ. Quartò, ☉ Positivæ. Quintò, ♂ Casuisticæ. Sextò, ♃ Canonicæ. Septimò, ♄ Mysticæ. Super istos septem orbes, est cœlum octavum sanctorum Martyrologij visibilium; & cœlum nonum sanctorum invisibilium. Et primum mobile solicitudinis indicandi res Divinas sub velo, & similitudine: quod per sapientiam *Christi* movetur perpetuò singulis diebus, ut ingrediendo Occidentem investigationis mysterij secreti, perveniant

niant ad Orientem fidei *Protestantium*; propterea necesse est, ut novâ hâc virtute verbi ἐνεργείας propositâ, omnes cœli Babylonici mundi tremuerint.

Et tunc videbunt Filium hominis venientem in nubibus cœli, cum potentiâ, & gloriâ magnâ. Quod non sit hoc intelligendum de glorioso illo Adventu *Christi* in totâ potentiâ sensibilis creaturæ, manifestum est: quoniam addidit parabolam, ut ex similitudine arboris folia germinantis ante æstatem instantem, intelligerent *Christiani* quòd omnium horum complementum, signum esset *Christi* propedièm venturi. Atqui si adventus ille Filij hominis venientis in nubibus cœli, esset adventus *Christi*: non esset signum venturi, sed ipse adventus. Licet ergo *Christus* Dominus κατ' ἐξοχὴν sit filius hominis, hoc est, *Protestans*, quia caput est peculiaritèr electorum suorum: tamen scimus nomen filij hominis alijs etiam applicatum, præter *Christum*. Est verò filius hominis, (ut sæpè monui) commune nomen *Protestantis*, sicut homo spiritualitèr *Christianum*, aut *Catholicum* significat: qui inter omnes religiones, solus factus est ad imaginem *Christi*. Patres enim sunt antiqui Doctores spirituales Ecclesiæ *Christianæ*: è quorum viscerali sensu genitus est *Protestans*. Sicut ergo Dominus *Iesus* venturus est in gloriâ sensibili, ita præmisit me minimum servorum suorum in gloriâ intelligibili, qui exemplum, viamq; illi præpararem: his ergo præmissis accedo ad verborum horum expositionem.

Et tunc

Et tunc videbunt filium hominis: ὑὸν *filium*. ∇. ἄνθρωπον γινόμενον τῦ ἀπολυτρωτῦ τῦ διαβολῦ. *Hominem qui factus est exemplum, & similitudo Redemptoris.* Sicut enim ministerio meo liberandi sunt fideles à jugo Ecclesiæ *Romanæ*: ita per adventum *Christi*, liberabuntur à tyrannide totâ seculi huius corruptibilis. Et ὑὸν Δ. ὁ σαλεύων τὴν δύναμιν τῆς οἰκυμένης, πρὸς τὸν ἐρχόμενον, ἢ τὰ ἐρχόμενα. *Qui agitat & refert virtutem terræ, vel mundi huius ad eum, qui venturus est, vel ad res venturas*: (scilicet) monendo *Catholicos* ad unionem *Protestantium*; & utrosque ad expectationem eminentioris scientiæ *Christi*.

Ἀνθρώπου *hominis*. ∇. ὃς δύναμιν ἀρχομένην παρελθεῖν τῆς θείων, φαρύει δι' ἐπιστήμης φεύγοντος αὐτῶν ἐκφεύγοντος. *Qui virtutem rerum cælestium incipientem transire premit per scientiam figuræ ipsorum fugientis.* Qui ipsos angelos mundi huius dominos, qui potestate suâ brevi spoliandi sunt, premit pondere rationum, quibus confirmat finem mundi huius visibilis instare, ut ex determinatione illius necessariâ, intelligant similem terminum imperio suo instare.

Ἀνθρώπου. Δ. ὃς ὄρασιν σαλεύει τῆς ἐθνῶν ἀφ' τὸ πληρωῦν λαὸν πάντα ἐν λαϊκῇ διδαχῇ εἰρήνης. *Qui visionem gentium commovet, vel fluctuare facit, implendo populum Catholicum per Protestantium doctrinam pacificam.* Significat enim *Iudæus* eum, qui palam prædicat, & protestatur veritatem re-

rum Divinarum. Hæ ſunt ergo notæ filij huius hominis venientis; de quo *Chriſtus* loquitur: primò, quòd gerat ſimilitudinem *Chriſti* in liberando fideles à ſervitute *Babylonis Romanæ*: ſecundò, quòd totam gloriam bonitatis & devotionis mundanæ transfert ad *Proteſtantes*: tertiò, quòd tempus mundi finientis circumſcribat.

Venientem in nube. νεφέλῃ. Δ. ἢ δυνάμις τῦ τὸν ἀρχὴν ἀιφνίδιον ὑπισῆσαι τῆς ἐπερχομένων ὑπὶ τῇ γῇ. *Potentia intelligendi improviſum initium eorum, quæ ſuperventura ſunt terræ.* Et Δ. ὁ ἐρχόμενος ἐν σάλῳ φοβερῷ ἐθνῶν, ἢ πρὸς πλήρωμα ἱερυσαλὴμ, ἢ διδαχῆς εἰρηνοποιᾶς. *Qui venit in commotione, vel relatione terribili nationum, vel Catholicorum ad plenitudinem Eccleſiæ pacificæ.* (id eſt) qui docet veram rationem reconciliandi hominem Deo.

Cum virtute. δυνάμεως. Δ. Τῦ εἰδέναι ἐγγὺς γινομένων βασιλείαν ἀυτῦ, ἢ Χριστῦ, διὰ τὸ λόγῳ παρελθόντι προσέχειν. *Virtus ſciendi appropinquare regnum Chriſti per hoc, quod verbo congredienti attendat.* δυνάμεως. Δ. Τῦ προσδοκᾶν φοβερὰν ἀνθρώποις ἀποψύχησιν, καὶ τὰ σημεῖα ἐθνῶν αἰχμαλωτίσαι, διὰ τὸ ῥῆμα ἀυτῶν. *Quod poſſit expectare terribilem hominibus vitæ derelictionem; & ſigna Catholicorum captiva dare per verba eorum.*

Et gloriâ magnâ. δόξης. Δ. Διὰ τὸ εἰδέναι τὰ γενησόμενα ἀξιωθῆναι, ὑπ' ἀυτῦ μαθῆναι διδάσκαλος τῶν ἐρχομένων. *Eò quòd dignatus ſit à Deo, ſcire res venturas,*

turas, & statui Doctor eorum, quæ ventura sunt.

Δόξης Δ. ἀφ' τὸ δύνασθαι οἰκουμένην σαλεῦσαι σημεῖα, σείειν. *Quod possit orbem terrarum, quæ signa visibilia prosequitur, commovere.* (id est) absq; ullo signo sensibili, per solam demonstrationem sapientiæ.

His autem fieri incipientibus, sursùm aspicite, & attollite capita vestra; quoniam appropinquat redemptio vestra. ἀναλύσατε. ∇. ἀφέσατε τὰς βολὰς πάσας τῆς γνώσεως ἐκείνης, καὶ ἐπιστράφητε εἰς τὴν ἀδελφότητα ὑστέρου λόγου. *Auferte parabolas, & similitudines omnes scientiæ parallelæ, & convertimini ad fraternitatem verbi posterioris.* Et Δ. Πρὸς τὸ γίνεσθαι ἄρχοντας δυνάμεως οἰκουμενικῆς, καὶ τοὺς μετὰ φόβου ἀποψύχοντας, καὶ ἀποροῦντας, πατῆσαι ὑπὸ ἱερουσαλήμ. *Vt fiatis principes potentiæ terrenæ, & eos, qui per timorem, & dubitationem* (de salute) *exanimantur, conculcetis sub Ecclesiâ pacem habente cum Deo.* (id est) certam persuasionem salutis.

Videte ficum, & omnes arbores; quando à seipsis germinant, à vobis ipsis cognoscitis, quia propè sit æstas: sic & vos, cùm videritis hæc fieri, scitote, quia propè sit regnum Dei. (id est) cùm videritis verba hæc signorum adventus mei instantis; tanquam arbores producere significationes, & sensus suos ex seipsis, hoc est signum ultimum adventus mei instantis.

Amen dico vobis, generatio hæc non transibit, donec omnia fiant. γενεὰ *generatio.* ∇. Οἱ οὐ μὴ παρελθόντες

παρελθόντες τὴν ὑπόστασιν τῆς καρδίας. *Qui in terrenâ observatione sensus transeunt.* Et Δ. Οἱ λόγῳ πιστεύοντες θεῷ προβάλλονται. *Qui verbo credunt Deo exteriùs prominenti.* Hæc est generatio mundi huius à lapsu *Adami*, ad præsens tempus, quæ nunc præteribit.

Attendite ergo vobis, ne graventur corda vestra crapulâ, & ebrietate, & curis huius vitæ, ut repentinus veniat vobis dies ille: sicut laqueus enim superveniet universis habitantibus super faciem totius terræ.

Κραιπάλη *crapula.* ∇. ὁ καιρὸς ἀνθρωπίνης διδαχῆς ὑπολαμβάνεται ἀπὸ ἀριθμοῦ ἀπελθόντων μετὰ τὴν λαλίαν αὐτοῦ. *Tempus doctrinæ humanæ, quæ denominatur à numero eorum, qui vadunt post sermonem illius.* (id est) doctrinæ *Catholicæ.* Et Δ. καρδίας βάρος παρελθούσης εἰς τὸν λόγον, ὃν πάσῃ γενεᾷ βασιλικῶς προβάλλονται. *Gravitas cordis descendentis ad doctrinam, quæ in omni generatione regularitèr prominuit.* Est ergo crapula gravatio conscientiæ per multiplices regulas iustificationis carnalis, quæ in doctrinâ *Catholicâ* traduntur, & sine discretione sapientiæ, ab assensu hominum devorantur.

Μέθη *ebrietas.* ∇. Μέριμνα ὑπερήμενος καθημένης ὑπὲρ τῆς γῆς. *Cura scientiarum, quæ in terrâ sedem habent.* Sicut *crapula* respicit doctrinam: ita *ebrietas* respicit sensum rerum, qui vel per similitudinem typicam, vel veri-similitudinem Logicam, ex multis experimentorum uvis exprimitur.

Ἀμὴν. ἡ πίστις τοῦ θείου καὶ προβολεὺς σάλου οἰκου-

μενικοῦ.

μενῶ. *Fides Divinorum secundum impetum agitationis, vel discursus terreni.* Sicut enim ex immoderato usu vini, homines dejiciuntur de recto statu rationis, ita per assensum datum discursui rationis terrenæ in rebus Divinis, à vero judicio rerum decidunt: sicut dicitur. *Stultus factus est omnis homo à scientia suâ.* Hier. 51. 17.

Et curis huius vitæ. μεριμναις curis. Δ. Λήσις τῦ καλαξιωθῆναι ἱερῶν, ἀφ' διδαχῆς ἐξερχομένης ἐκ τῆς καθολικῆς καθ' ἀκοῆς, καὶ ἀρχιερέων. *Indigentia, ut quis dignus habeatur rebus sacris per doctrinam, quæ egreditur ex Catholicorum auditu, & summorum Pontificum.* Hoc est, studium iustificandi ex meritis suis, secundum doctrinam *Catholicæ* Ecclesiæ, & *Romanæ.* Et ∇. Πίστεως θείας προβολὴ ὁρατὴ, δι' ἀρχῶν δυνάμεως ἀνθρωπίνης, ἢ τὺς ὁρῶντας σαλεύει. *Fidei Divinæ germinatio visibilis per principia potentiæ humanæ, quæ intuentes movet.* (id est) in admirationem, & amorem sui. Hæc est illa cura piæ vitæ, cujus solicitudine quisquis deprehensus fuerit gravatus, in exitu huius libri, non habebit partem in resurrectione primâ.

Addam ad superiora brevem expositionem parabolæ illius de decem Virginibus, quoniam pro signo *Christi* immediatè venturi, traditur hæc historia.

Παρθένοις *virginibus.* ∇. Οἱ λαμπάδες εἰς ἀπάντησιν ἢ φρονήσεως, τῷ ἐξερχομένῳ πρὸς τὸ ἐγείρειν τὸν κόσμον, εἰς λόγον ἀποκρινόμενον λόγῳ. *Qui prælucent aliis, ut occurrant in intelligentiâ, Christo egredienti,* Mat. 25. 1.

ut suscitet mundum ad verbum verbo correspondens. Et hi sunt Ministri Evangelij, quorum officium est docere populum, ut idoneus inveniatur assumi à *Christo* veniente ad altiorem scholam τῦ λόγυ ἐνλιαφέτυ.

Δ. Οἱ δὲ ὑποκείσεως ὀφάσει, προσδοκῶντι ἐλθεῖν εἰς ἀρχέτυ ὕπαρξιν, ἀφ' τὸ τεῦ ὁμοίωσιν τῦ πνευμάτων ἐυρεῖσθαι. *Qui in actus scenici, vel typici visione, expectant pervenire ad rerum temporalium essentiam interiorem; similitudinem creaturarum inveniendo.* Hypocrisis dicitur tota figura typorum legis, & naturæ. Et virgines sunt, qui expectant pervenire ad profundam intelligentiam eorum. Anima enim profitentis se velle contemplari arcana Dei supra populum, similis est virgini sponsum expectanti sensus secreti, cui signa externa despondentur.

Quæ accipientes lampades. λαμπάδας. Δ. ἔξοδος εἰς ἀπάντησιν (δὲ φρονήσει) τῦ τῷ παντὶ κόσμῳ δοθέντος ἀποκειόμενος λόγον. *Egressio (scilicet) à vulgari notitia (per viam sapientiæ) ad occurrendum ei, qui toti mundo daturus est rationem correspondentem.* Apoc. 22. 12. Quia *Christus* daturus est unicuique secundum opera sua, sensum correspondentem. Lampas ergo est ipsa professio præcedendi populum, & erudiendi eum, ut aptus sit ad superiorem sapientiam adduci. Et Δ. ἡ λῆψις ἀρχαίυ ὁμοιώματος, τῦ δὲ ὑποκείσεως ἄρα προσδοκᾶν ἡμέραν τῦ κυρίυ. *Susceptio cælestis similitudinis expectandi diem Domini in*

rerum

rerum typicarum forma. (id est) professio ministrorum *Christi*. Quoniam administratio verbi, & sacramentorum populo, significat professionem intelligendi signa rerum Divinarum; & verbum, per quod exponantur: & erudiendi discipulos scholæ cœlestis in utroque.

ἔλαιον *oleum.* ∇. ἡ λαβὴ τῦ ὁπιλαμπειν πάντα ὁρατὰ κόσμυ ἐν φρονήσει. *Causa, vel ratio illustrandi universa visibilia mundi per scientiam.* Et Δ. ἡ λαβὴ τῦ ἐπιλαμπειν τὰ μωρὰ, ἢ μὴ ἐρέμνα, ἐν φρονήσει ἐξελθόσῃ, ἢ ἐξωτέρα τῆς θεωρίας. *Occasio, vel causa illustrandi ea, quæ ignorantur, per intelligentiam externam rerum cœlestium.* (id est) media scientiæ, quæ vulgò adhibentur, ad intelligentiam Theologicam sacræ Scripturæ. Hoc est oleum, quod habent in lampadibus suis virgines prudentes.

Moram faciente sponso, omnes dormitaverunt, & dormierunt. ἐνύξαξαν *dormitaverunt.* ∇. Οἱ μέσον γενέσθαι πρὸς τὸ εἰσελθεῖν λόγον ἀρκετῶς, ἑτοίμασαν τῷ ἐρχομένῳ ἀνοιξιν ὑποκειμένην τῷ λόγῳ. *Qui pro medio futuro ad visionem verbi sufficientem, præparabant obviam interpretationem respondentem verbo.* Et Δ. Οἱ ὑπολαβόντες φρονεῖν ἑαυτὸ ἐν ὑποκειτῶν μέρος, διχοτομεῖσθαι; καὶ εἰς ὥραν ἐρχεσθαι τῆς ἀρχαίων χρόνων. *Qui supponunt seipsos satis sapere, propterea quòd ab hypocritarum parte schisma fecerint, & in horam* (id est) statum, *pervenerint primi temporis.* (id est) Primitivæ Ecclesiæ. Et hi sunt *Protestantium* ministri, qui licet in parte vigilent,

lent, eò quòd ab hypocritico, & scenico cultu *Papistarum* secesserint, adhærendo verbo Dei: tamen in eo dormitant, quòd æstimant vulgarem Scripturæ interpretationem sufficere ad intelligendum perfectam voluntatem Dei.

Nunc audite qui sint dormientes. ἐκάθευδεν *dormierunt*. ∇. Οἱ μέσον γίνεσθαι πρὸς τὸ ἔρχεσθαι εἰς ἔγερσιν ἀπὸ κοσμικῆς λόγου; οἴδασι τὴν γρηγόρησιν ἐκατὸν· *Qui intelligebant medium perveniendi ad suscitationem à ratione mundi, esse vigiliam visibilem, & corpoream.* Et hi sunt *Catholici*, & præcipuè religiosi, qui æstimant *Christum* sub nomine vigiliæ intellexisse vigilias temporales, quas ipsi in templis suis agunt. Et Δ. Οἱ ὑπολαβόν τὸ ὑποκριτικὸν ὀφθῆναι θεραπείαν, καθεσπακὼς δούλους ἐν δόξῃ τῶν ἑτοίμων γίνεσθαι· *Qui supponebant hypocriticum* (id est) scenicum, *visionis cultum, positurum servos in æstimatione rerum futurarum.* Ex quibus manifestè demonstratur dormiturientes de *Protestantibus*, sed dormientes de *Catholicis* dictum esse.

Mediâ nocte νυκτὸς ∇. τῶν γεγονότων εἴδησις ἐν τῇ κοσμικῶς λεγομένῃ φρονήσει λόγου. *Scientia rerum per illam, quæ mundi more datur, verbi intelligentiam.*

Et Δ. ἡ ἐν καιρῷ ὑπολαμβάνουσα ὑποκριτικὴ λιχνομία, τὸν προσδοκᾶν τὸν κύριον. *Quæ in tempore hoc suscipitur hypocritica distinctio expectandi Dominum:* (id est) per modum vigiliæ corporeæ

ut

ut faciunt religiosi *Catholicorum* à secularibus divisi: hic est status noctis in utrâque Ecclesiâ.

Factus est clamor κραυγὴ. ∇. κόσμου μωροῦ περίλαμψις, ἡ φωτισμὸς, ἵνα εἰς λόγου γρηγορῶσι γνῶσιν. *Illuminatio stulti mundi, ut evigilent ad verbi scientiam.* Et Δ. ὑποκειτῶν μέρος εἰ τῇ ὥρᾳ, ἀπὸ δουλείας γινομένης γρηγορεῖτε. *Hypocritarum portio, evigilate nunc à servitute illâ, in quâ adhuc fuistis.* Et hic est clamor quem facio ad *Catholicos*, qui in personato religionis actu incedunt, ut evigilent è somnio illo, & spiritu soporis & servitutis, ad amplectendum veram Evangelij libertatem.

Ecce sponsus venit. νύμφιος sponsus. ∇. ὁ ἀπαντῶν εἰ λόγῳ ἀπερχομένῳ ἀπὸ φήμης κυρίας, τῇ δόλῃ πίστει. *Qui occurrit in verbo discedente a propria famâ*, vel modo loquendi, *fidei servili.* Hoc est enim, quod prædico *Catholicis*, esse sensum arcanum fidei *Protestantium* liberæ, quæ fidei *Catholicorum* correspondeat: & quæ ex ipsis *Catholicorum* verbis obliquè lectis producatur. Et Δ. ὁ γένεσιν λαμβάνων μωρῶν, εἰ φρονήσει ἀπαντώσῃ τῷ ἐξελθόντι ὁμοιώματι. *Qui generationem stultorum suscipit in intelligentiâ, quæ occurrit externæ similitudini.* Et hoc est etiam, quod prædico, quòd *Christus* exteriorem cultum fidei *Catholicæ*, quæ stultitia est in se, per misericordiam gratiosè accipiat; non juxta substantiam operum, sed juxta similitudinem; quia Spiritus Domini movetur super facies tenebrosæ cogitationis, & iustitiæ mun-

Gen.1.3. danæ, & dicit fiat lux per gratiam, quæ tenebræ sunt quoad naturam. Ex his, quæ dixi, facilè apparebit sensus reliquarum partium huius paraboläe, & quòd hodiè incipiat impleri prophetia hæc in auribus vestris.

Cap. 48.

Confirmatio superiorum, per generalem rationem mensuræ, numeri, ponderis.

VArijs hactenus modis per mensurarum proportiones, & numeros prophetiarum, & pondus rationum, temporis metas stabilivi: nunc per generalem mensuram, numerum, & pondus, materiam hanc persequar. Generalissima mensura aridorum, qualis est numerus annorum, est Eipha: numerorum, alphabetum Hebraicum, & ponderum, talentum. Tria ergo hæc, in veritatis demonstrationem, in medium producam. Eipha continet tria sata; satum, sex cabos; cabus, quatuor logos; logus, sex ova: quæ fiunt 432. Sicut ergo *Hiericho* post 13. gyrationes capta est: ita civitas huius mundi, post 13. Eiphas constantes ex
Iosu.6.16. 432. ad finem deducetur, & recapitulabitur. Sicut enim quadrum septenarium geminatum, continet annos totius mundi 5600. ita 13. Eiphæ faciunt 5616. Vltimum additamentum 16. non in numero singu-

ro singularium annorum habetur, sed significat recapitulationem 16. linearum quadri septenarij duplicati; quæ faciunt 5600. in anno primo mundi futuri. Numerus enim annorum vitæ *Abrahami*, multiplicatus per annos integros *Christi* 32. facit 5600. Ita ut non solùm in spiritu desideraverit videre diem *Christi*, verùm etiam in numerali analogiâ; ut perveniret ad possessionem terræ illius cœlestis, quam ipsi, & semini fidelium, promisit Deus; expleto numero annorum suorum per annos *Christi* multiplicatos: quandò perveniret ad septenarium diem Sabbati cœlestis, ab omnibus operibus mundi. Venio ad rationem numerorum, quæ secundum consonas, & vocales, & puncta Hebraica, ita explicatur. Ioan. 8. 56.

Numerus Consonarum 28.

א	1	כ	20	ר	200
ב	2	ל	30	ש	300
ג	3	מ	40	ת	400
ד	4	נ	50	ך	500
ה	5	ם	60	ך	600
ו	6	ע	70	ם	600
ז	7	פ	80	ן	700
ח	8	צ	90	ך	800
ט	9	ק	100	ץ	900
י	10				
	55		540		5005

Collecti ——— 5600.

Qui est numerus annorum mundi.

Vocalium 10.

ֱ	1	֗	6
ֲ	2	֘	7
ֳ	3	֙	8
ִ	4	֚	9
ֵ	5	֛	10

Sum. 55.

Anomalia 5. *sunt.*

ּ Daghes.

ֿ Biformis.

ֽ

Sheva quatuor habet variationes constantes 1. 7. 10. 12. ut superius.

Præterea numeri consonarum sunt 28. vocalium 10. anomaliarum 5. & Sheva facies 4. Decies 28. sunt 280. quinquies 280. fiunt 1400. quatèr 1400. sunt 5600. sic ipsa numerorum inter se ordinata, & naturalis multiplicatio exhibet numerum totius mundi eundem, quem faciunt consonantes.

Significant consonæ sacram Scripturam veterem; decem autem vocales, *Catholicos*, qui illius possessionem invaserunt.

Significatio Anomaliarum.

Manifestatio correpta. Qui apparentiam gloriosam Ecclesiæ *Romanæ* in opinione suâ corripuerunt, aliam Ecclesiæ formam expectantes.

Correptio virtutum, & thesaurorum. Qui opinionem virtutum, & bonorum operum suorum contempserunt.

Daghes gravans. Qui studio incubuerunt, ut ad centrum sapientiæ subintellectum descenderent.

אהנוח Qui authoritatem sensus publici contemnentes per seipsos, & proprio studio ducti sunt ad intelligentiam interiorem.

Crucifixus minor. Qui crucifigentes veterem hominem, pervenerunt ad novam vitam justitiæ fidei. Et hic est numerus eorum, qui in Ecclesiâ *Romanâ* salvati sunt.

Significatio Sheva.

Quatuor variationes *Sheva*, significant quadruplicem conditionem eorum, qui in Ecclesiâ *Romana* viventes, non pervenerunt ad illuminationem interioris hominis: qui secundum proportionem 1. 7. 10. 12. punientur.

& cum

ש cũ puncto dextro 303. & reduplicativè etiam accipitur pro numero Ecclesiæ *Romanæ* 1500. & hæc est illa aspera litera, de cujus gravamine quiesta est Ecclesia *Protestantium*. ש vel ס, qui eam pronuntiare non possunt. Sed id, quod *Catholici* vocant *sibboleth, spicam frumenti doctrinalis: Protestantes* appellarunt *sibboleth gravamina*, quorum numerum ad 100. collegerunt: & propterea cùm negarent se hæreticos esse, ab Ecclesiâ *Catholicâ*, occisi sunt in transitu *Iordanis*. (id est) *principio transeundi ad illuminationem iudicij Divini*. Iudicum 12.6.

Et hæc est demonstratio numeri annorum mundi, juxta leges primitivas numerorum, quæ omnibus modis inter se suavissimè consentiunt. Nunc secundum regulas has numerorum, eandem summam annorum mundi demonstrabo, ex literis numeralibus septem Patriarcharum mundi originalis: ab *Adamo*, ad *Henoch*. Manifestum est enim, quòd translatio *Henoch* in corpore suo in cœlum, cùm perfectum numerum dierum anni 365. complevisset, sit clarissima figura temporis illius: cùm tota Ecclesia piorum primogenitorum in animâ pariter, & corpore in cœlum assumetur, completo numero dierum mundi. Sic ergo singulatim proponuntur numeri in singulis nominibus.

אדם In consonis habet 1604. & in vocalibus 2.

שת In consonis 700. & in vocalibus punctis 7. & puncto dextro ש 5.

אנש In consonis 1356. & in vocalibus, & puncto ש. 9. nam נ sub millenario silet.

קינן In consonis 860. & in vocalibus 3.

מהללאל In consonis 1361. & in vocalibus

19. nam ר post ת valet tantùm quatuor.
יָרֶד In consonis 214. & in punctis vocalibus 14
חֲנוֹךְ In consonis 664. & in punctis 8½. Accentus ֑ ratio non observatur, quia non est hîc æquabilis. Tota summa 5602. quia sub duplici ratione mundus hic terminatur: ad mundum supremum, & medium.

Quòd si deinceps tria reliqua nomina persequaris, מתושלח valet 784. למך 670. נח per radicale subauditum 64. collige rationem, & fiunt 1518. Quot ergo fuerunt anni ab *Henoch*, qui translatus est in cœlum, ad diluvium: tot fuerunt anni ab ærâ *Christi* vulgari, qui posteà in cœlum assumptus est, ad primum annum completum *Lutheri*, cujus prædicatio diluvij doctrinalis materiam in mundum induxit. Quòd si addas vocalia puncta eorundem nominum, מְתוּשֶׁלַח 30. לֶמֶךְ 8. נֹחַ 10. summa est 48. & numerus est à primo anno Ecclesiæ *Protestãtium* perfectè renatæ 1520 usque ad annum nativitatis meæ: qui aperturus eram cataractas doctrinæ *Protestantium*, & inducturus diluvium formale in terram *Catholicam*. A. D. 1568. Vide admirabilem harmoniam veritatis Divinæ, quæ primò in ipsâ tabulâ numerorum mundi apostatici summam defixit: deindè in annis Patriarcharum eandem exactè observavit. Et simul cogita quantam sapientiam mihi Deus donaverit, ut sine stupidorum miraculorum operatione, possim temporum rationem trutinare, et demonstrare, ut scias quòd *magna sit veritas, & prævalet*. 3. Esd. 4. 41.

Addam etiam computationem annorum mundi sensibi-

di ſenſibilis, & ſpiritualis *Romanorum* factam ab ipſo *Salomone*, capite 3. Eccles. cujus inſcriptio duplex eſt, altera, VNIVERSI TEMPVS DETERMINATVM. (id eſt) totius mundi ſenſibilis: & TEMPVS VNIVERSI DESIDERII SVB CÆLO. (id eſt) mundi ſpiritualis *Catholicorum*: ſed verba noviſſima תחת השמים Vertenda ſunt ſub quinque communicationibus, vel ſummis. (id eſt) quintuplici multiplicatione numeri aſſignati. Ratio verò geminæ hujus computationis, ita ſe habet. Numerus mundi majoris, & ſenſibilis in primis literis verborum radicalibus continetur; quæ continent centenarios, vel millenarios. Numerus verò mundi *Catholici*, ſub literis ſimpliciter initialibus, quæ non attingunt centenarium. Literæ numerales mundi ſenſibilis ſunt primitivæ centenariæ, & millenariæ in iſtis vocibus. אבנים 200. רקד 300. רפוא 200. שחק 1000. רחק 200. אבר 1000. שמור 300. שליך 300. קרעת 100. הפור 400. אהב 1000. שנא 300. שלום 300.

Summa 5600.

Verba enim illa, *tempus proÿciendi lapides*, ſignificat numerum millenarium in illâ voce non eſſe accipiendum: & *tempus colligendi lapides* notat millenarium illius vocis aſſumendum.

Numerus alter mundi *Catholici*, deducitur ex numeris initialibus reliquarum vocum aſſumptarum cum correctione debitâ, & multiplicatarum. הרג 70. עקור 9. טערת 40. מורת 30. לרת 5. רשליך 60. כפור 2. בכורת 2. בנורת 80. פרוץ 5. מלחמה 4. רבר 8. חשורת 2. בקש 8. חבוק 20. כנוס 40.

40. Summa 385. Sed monetur עקור נטוע eradicandū esse 50. & רחק מחבק. Abstinendum esse ab 8. deme 58. à totâ summâ, & restabunt 327. qui si multiplicentur per quinque, sicut in titulo computationis monetur, fiunt 1635. qui est annus à verâ *Christi* ærâ ad præsentem 1633.

Nunc apponam demonstrationem numeri Ecclesiæ *Romanæ*, ex ratione ponderis. Trutinabo enim te leviſſima meretrix, pro merito tuo, non contra aurum; sed plumbum. Licet enim quoad formam pietatis aurea sis, tamen quoad sensum plumbea; sicut calix meretricis Babyloniæ aureus est, sed vinum, feces scortationum. Maximum autem ponderum *Hebræis* talentum est. Sed cùm hoc duplex sit, sacrum, quod constat ex 120. minis, & profanum ex 60. profanum pondus, profanæ merci assignabo, idque authoritate verbi Divini. *Zachar.* 5.

Ver. 1. *Et conversus sum, & elevavi oculos meos, & ecce volumen implicitum:* & hoc est verbum scripturæ *Hebraæ*, quæ per tesseralium literarum lectionem verba plurima sub unâ voce involvit. Non erit opus adhibere lumen solis per lectionem *Ghion*, & verborum divisionem literalem; sufficiet enim luna æquivocationis, & stellæ similitudinis rerum. Subluſtris enim nox est; *& nocte vastabitur*
Isa. 15. 1. *Moab iste*; qui à traditione patrum dependet. *Longitudo voluminis est viginti in mensurâ, & latitudo*
Ver. 2. *decem in mensurâ.* Consonæ enim simplices, ex quibus scriptura *Hebraica* conficitur, sunt viginti. Nam ו & י amphibia sunt, & in vocales transeunt: latitudo vocalium, quæ ad latus consonarum apponuntur,

ponuntur, est decem.

Et dixit ad me, hæc est maledictio, quæ egreditur Ver. 3.
in superficiem totius terræ, (id est) Scripturæ. *Quia omnis furans ex hoc volumine (secundum illud) evacuabitur, & omnis iurans ex hoc, secundum illud, evacuabitur.* Furatur ex volumine sacræ Scripturæ, quicumque verbum Dei ad sensum humanum trahit. Dei enim verba sunt, non sensus humani: quia *nulla prophetia est propriæ interpretationis, neque unquam locuti sunt viri sancti, secundum voluntatem rationis humanæ.* 2. Pet. 1. 20. Et falsò iurat ex volumine sacro, quisquis testimonium Dei adducit ad sensum carnalem; quod faciunt *Catholici:* est enim totus sensus illorum carnalis. Sed non faciunt hoc *Protestantes*, quatenùs ad fidem suam confirmandam Scripturas citant: est enim sensus spiritualis. Qui ergo furatur ex Scripturâ hâc punctuali, secundum lectionem eius tesseralem evacuabitur sensu suo: & qui iurat, citando Deum sensus sui authorem, evacuabitur testimonio sno, ex eâ (id est) ipsâ literarum expositione.

Producam illud, dicit Deus complacentiæ, contra- Ver. 4.
riorum: (id est) per tesseralem literarum, & vocalium lectionem, *& inducam illud in domum furantis, & in domum iurantis in nomine meo fallacitèr:* (id est) in constructionem rerum, & sententiarum eius, qui verba mea ad sensum suum rapit: & me testem pravi sensus sui laudat. *Et morabitur in medio domus eius:* (id est) orationis, & rerum constructarum: *& consumet ligna, & lapides eius.* (id est) עצי *sensus rerum*, & אבני *figuras verborum:* omnis enim dictio abstracta à sensu suo, lapis dicitur.

citur. Lectio enim tesseralis non solùm sensum aufert à carnali lectore, verùm etiam voces.

Ver. 5. *Et egressus est Angelus, qui loquebatur in me: & dixit, eleva nunc oculos tuos; & vide, quæ sit hæc egrediens.* Egreditur Angelus à respectu Scripturæ *Hebraicæ* ad Latinam translationem, quæ *mulier* dicitur: nomen enim mulieris *Hebraicè* נקבה, significat declarationem vocis secundum puncta: & hæc est illa נכריה *mulier aliena*, sive translatio: quam *Salomon* cavendam monuit: & dicitur egrediens, quoniam ex scripturâ *Hebraâ* egreditur, & dereliquit ducem translationis suæ.

Prov. 2. 16. 17. & 7. 5. & 22, 14.

Ver. 6. *Et dixi, quæ est ista? & dixit mihi, hæc est Eipha egrediens; & deinde dixit, hic est oculus eorum in universâ terrâ.* אפה *divisa*, significat Scripturæ formam, hæc est forma scripturæ egredientis, ab Hebraâ; & hæc est significatio eorum in universâ scripturâ, vel Ecclesiâ *Catholicâ*: vulgatæ enim versionis authoritas stabilietur à *Papistis*, tam in scripturâ Hebraâ, quàm in totâ Ecclesiâ.

Ver. 7. *Et ecce talentum plumbi portabatur, & hæc mulier una, sedens in medio Eiphæ.* Talentum profanum continet 60. minas, quæque mina 25. siclos; qui faciunt invicem multiplicati 1500. & est materia plumbi, (opinionis) quâ plures imbuuntur: (id est) sensus popularis. עפרת *plumbum* significat indulgentiam, (id est) rem, quæ non ex veritate suâ, sed ex gratiâ permittitur, & toleratur. Et hi sunt 1500. anni Ecclesiæ ab ærâ *Christi* vulgari, demptis (ut sæpè monui) 20. annis, qui pertinent ad *Protestantes*: & si ab ærâ verâ *Christi* numeres, desinunt anno 1518. sin ab ærâ *Catholicâ* numeres,

desinunt

desinunt Anno Domini 1520. qui primus annus est Ecclesiæ *Protestantium* perfectè natæ: quo tempore, talentum hoc plumbeum sensus *Catholici*, per indulgentiam *Dei* tolerabatur ad pœnitentiam inducendam: sicut & ipsa Ecclesia *Romana*, quæ sedet in medio vulgatæ translationis. *Dicitur* verò talentum, כבר: (id est) *similitudo agni*: quoniam habebat Ecclesia *Romana* μόρφωσιν εὐσεβείας.

Et dixit, hæc est impietas, vel impia illa, & misit eam in medium Eiphæ, & misit talentum plumbi in ore eius. Hæc est impia habens mysterium pietatis sub tegumento impij sensus; & misit eam in medium verbi scripti, vel communem, & profanum sensum Scripturæ; κοινὸν enim, profanum significat: *& misit pondus, vel talentum in tempus eius:* nam פ'רה significat *os eius*, & *tempus eius*. Id est, numerum 1500. exposuit pro limite temporis eius, quo tolerabatur à *Deo*. Ver. 8. 2. Thess. 2. 7.

Et elevavi oculos meos, & vidi: & ecce duæ mulieres egrediebantur, & spiritus in alis earum, & alæ earum tanquam alæ ciconiæ: & elevabant Eipha inter cælum, & terram. Mulieres duæ egredientes, sunt duo genera declarationum sensus *Catholici* literalis: tropica, & allegorica; quæ egrediuntur à literâ Scripturæ, & alas habent respectuum similitudinis; & spiritus in alis earum: (id est) videbatur evpositio earum spiritualis esse respectu veteris Testamenti. *Et alæ earum similes erant* חסידה *pietati*, (id est) habebant formam applicationis similitudinis typicæ *Iudæorum* ad res pietatis, partìm in rebus moralibus, & partìm in rebus Ver. 9.

pertinentibus ad historiam carnalem *Christi*: & hæ duæ expositiones, vel genera expositionum elevabant versionem vulgarem in rationem typi, indifferenter applicabilis ad res humanas, & terrenas: & res cœlestes, & Divinas.

Ver. 10. *Et dixi ad Angelum, qui loquebatur in me, quò illi deducunt Eipham? & dixit mihi, ut ædificent ei domum in terrâ Sennaar, ut confirmetur, & quiescat illic super basin suam.*

Terra Sennaar שנער significat doctrinam privationis, & ἀπωλείας: & locus est, in quo *Babylon* spiritualis ædificata est: sicut *Babylon* historica in priori. Genes. 11. v. 2. Duo ergo hæc genera interpretum elevabant Scripturam Biblij Latini, ad doctrinam canonicam punctorum, & doctrinam destructionis Evangelicæ; ut illic ædificetur in commentarijs, & confirmetur, & quiescat super basin scripturæ punctualis. Statuit enim *Paulus V.* ne ulla interpretatio veteris Scripturæ admitteretur, quæ non secundum leges lectionis *Rabbinicæ*, dirigitur in verbis, vel in sensu.

Atque hæc sunt, quæ ex generali ratione mensuræ, numeri, ponderis accuratè subductâ, dicenda æstimavi: ut diem *Domini* proximè instantem demonstrem: & ut fideles de jugo Ecclesiæ *Romanæ* ad libertatem Evangelij solvam; quæ neque per rationes probabilitatis Logicæ, more seculi prioris; neque per testimonia hominum, sed per verbum *Dei* ἐνδιάθετον stabilita sunt. Ita enim prædicitur de *Cyro* spirituali, quòd soluturus esset captivitatem populi *Dei*: *non in pretio, neque*

que in munere. Isa. 45. 13. גלותי captivitatem meam. ▽. יגיעפלל עור כתר אהים Laborantes sub iudicio legis contradictoriæ Divinorum. Est enim doctrina Ecclesiæ Romanæ, signum eius cui contradicit. Luc. 2. 34. Et △. sic סגור פני פתח מתן גוים Conclusio formæ apertæ gratificata Catholicis: quoniam relatio fidei Protestantium, sub cruce Romanæ disciplinæ, per Dei misericordiam, gratiosè tolerata est in Catholicis.

Hanc captivitatem dimissurus est Cyrus: homini misero, & contemptibili similis, non in pretio. ▽. מחיר אמר סחר סברת עבר Ratio circularis causam rei generans: (id est) Ratiocinatio Logica, ex principijs scientiæ humanæ, & apta dispositione medij. Et △. צבא תחילין יולד אמר Militaris dispositio principiorum generans sermonem: (id est) dispositio principiorum contrariorum in formâ acierum, in maiori, & minori propositione, generans conclusionem negativam; in propugnationem rei affirmatæ: argentum enim, quod omnium munerum pretium est, dicitur ἄργυρος, tanquam ἀεὶ γύρος: syllogistica circumgyratio, & argentum, quasi arguendo genitum.

Neque in munere. שחר. ▽. באנוש שחה עוד Quod per humanum testimonium incurvat, (id est) inclinat ad assensum. Et △. שלח חרש יחד Ostensio cogitationum unitarum. (id est) consensus aliorum authorum in eâdem sententiâ. Quot enim testimonia ab authoritate humanâ adducuntur: tot offeruntur munera: prædicatum enim propositionis attributum dicitur; qui ergo testimonium homi-

num clarorum suscipit ad faciendum assensum; suscipit illa, tanquam attributa rationalis actus in assentiendo, vel agendo.

Cap. 49.

Definitio temporum mundi, & Ecclesiæ Christianæ, per lectionem Scripturæ rigidam, secundum puncta, & accentus.

NVnc immittendus est in *Babylonem* alius exercitus militum formidabilis, qui in procinctu stat, & veluti inclinato corpore, effundens se in cursum; ne victoria integra per alios præripiatur. Et hi sunt, de quibus prædixit Propheta *Ioel* cap. 2. *Canite tubâ in Sion* (scripturâ titulari) *& vociferamini in monte* (symbolico) *sanctitatis meæ: tremant omnes habitatores terræ* Catholicæ. *Quia venit dies Domini, ad eum modum, quo venturus est propè. Dies tenebrarum, & caliginis: dies expositionis figurarum de rebus manifestis, & dictionis privativæ,* (id est) *abstractæ ab omni sensu, quæ tanquam aurora, & principium revelationis futuræ expanditur, super symbolica generalia loca Scripturæ. Mysterium multiplex, & forte, simile illi non fuit à seculo, & post illud non erit in secula seculorum.*

Locus Scripturæ undè exercitus isti erumpunt, est 18. *cap. Proverbiorum* לתאוה יבקש נפרד
ככל

בכל תושיה יתנלע Quæ verba à *muliere alienâ* ita vertuntur. *Occaſiones quærit, qui vult recedere ab amico, omni tempore erit exprobrabilis:* quo loco, uno verbo *quærendi* excepto, in cæteris omnibus, tranſlationis ſuæ ducem perfidè deſeruit. Prov. 2. 17.

Modus legendi hæc proverbia, per formam carminis *heroici* dirigitur, in repetitione verborum; donec menſura metrorum perficiatur, cum rationali ſententiæ, & verborum æquabilitate.

לתאוה יבקש נפרד לתאוה נפרד
בכל תושיה יתנלע בתושיה גלע׃

Eſt verò ſub ſpecie humilitatis, altæ ſapientiæ ſermo, & ipſa viſio 4. animalium *Ezechielis*. Vidit Propheta viſionem ſuam ad fluvium *Chobar*. נהר כבר ſignificat æquivocè *illuminationem*, & *interpretationem craticulæ*. Decem enim primi verſus huius capitis, continent 65. voces, (accipiendo dictiones illaqueatas per *Maccaph* pro ſingulis) quæ in craticulâ (i) quadro ſeptenario numerorum collocandæ ſunt, ita ut 49 totidem ſellas quadri impleant: & 16. reliquæ ad latus quadri ſcribantur ad 16. lineas eius. Quibus ita diſpoſitis, decurret lectio vocum in ſenſu rationali, & æquabili. ἀναγὰ κάτα, καὶ δόχμια per ſingulas, & etiam παράγα, quandò eædem voces iuxta ordinem numerorum iterùm diſponentur in alio quadro. Ezech. 1.

Et vidi, & ecce per ſpiritus, (id eſt) ſpiritualis viri operationem, (ita enim accipitur nomen *ſpiritus* à S. *Ioanne:*) *venit ab Aquilonari parte mundi* (id eſt) *Britannia*, & ſecundum verbi æquivocationem, Ver. 4. 1. Ioan. 4. 1.

tionem, *venit ab arcano. Nubes magna*, (id eſt) figura apta explicari de rebus notis, & obvijs: ſicut nubes effundunt ſe, non in cœlum, ſed in terram: & ita exponitur ibidem dictio עגן ∇. *Figura ad res viſibiles applicabilis.* Et nubes illa eſt figurata forma ſermonis parabolici ſequentis, qui diſſolvendus eſt in ſenſum vulgarem; ut in rebus viſibilibus complementum eius intelligatur.

Et ignis interceptus. אש *ignis* ab אוש *ſono* dicitur; eſt enim tota ratio exponendi Scripturam per conſonarum teſſeras, & ita exponitur ∇. *Decerptus* (id eſt) teſſeralis, *ſermo, per quem ſenſus humani intelliguntur.* Intercipitur ergo ignis in nube, (id eſt) teſſeralis ſcriptura verborum, in ipſo ſermone parabolico.

Et ſplendor erat in circuitu. נגה *ſplendor*, ſignificat etiam interpretationem per æquivocationem; & interpretatio hæc eſt in circuitu textus parabolici.

Et ex medio eius, (ſcilicet) interpretationis æquivocæ prodijt ſpecies electri, חשמל ſententia arcana ex ſignificatione integrarum dictionum producta, quæ ex medio ignis, (id eſt) lectionis analyticæ egreditur. Ignis enim lectionis verborum analyticæ, confirmat authoritate ſuâ נגה lectionem, & interpretationem verborum per æquivocationem, in ſequentibus his parabolis: propterea interpretatio æquivoca ſententiæ dicitur ex igne (id eſt) interpretatione analyticâ prodire, & eſſe in toto ambitu nubis (id eſt) parabolæ. *Et ex medio eius*, (videlicet) ſenſus verbalis, & literalis ipſius contextus ſub interiori lectione glorificati,

Ver. 5.

egreditur

egreditur forma quatuor animalium חיות per homonymiam *indicationum*, et *expositionum* : item *indicantium*, et *expositorum*. Est enim Ecclesia instituta in declarationem gloriæ Dei, et *Christi* eius. Et hæc forma eorum, erat species hominis, in illis in genere; et similitudo *Christianorum* in specie. Ergo per hæc animalia intelliguntur quatuor formæ Ecclesiarum in regno *Christi*. Ephes. 1. 6.

Et quatuor facies erant illis, & quatuor alæ. Quia decrevit Deus recapitulare omnia in *Christo*, & Ecclesiâ eius: non puerili illo modo, quem somniant *Scholastici*, ut habeat esse cum lapidibus, & elementis, vegetationem cum plantis, vitam cum animalibus, intelligentiam cum Angelis; hoc enim omnibus hominibus convenit ex debito naturæ: sed in formâ regni, & domus gloriosæ, in quâ Deus perpetuò habitet. Rediguntur autem omnia in formâ quaternarij ad *Christum*. Cùm enim mundus sit decora ordinatio generalis cujusvis materiei, quadruplex mundus hinc oritur, sensibilium, intellectualium, spiritualium, & imperialium, quæ & Divina dicuntur, per analogiam virtutis positivæ, quam cæteri mundi non habent. Et qua lruplex iste mundus sub potestatem redigetur quadruplicis Ecclesiæ *Christi*, *Naturalium*, *Iudæorum*, *Catholicorum*, & *Protestantium*. Ver. 6. Eph. 1. 10. Apoc. 1. 6. 1. Tim. 3. 15. Apoc. 21. 3.

Mundus sensibilis vocatur *leo*, non propter similitudinem aliquam rerum: quæ enim visio gloriæ Divinæ potest manifestari in brutis animalibus? sed ænigmaticè propter similitudinem vocum, quia אריה *leo*, idem est, quod ריאה *visibilis*, & שור *bos* contemplativum sonat: & אדם

quasi ארדם *ratio similaris*, significat rationalem analogiam, & spiritualem. *Spiritus* enim rationalem appetitum denotat: & נשר *aquila* à שרר imperialis, & Divinus. Et unusquisque horum mundorum, & rectorum quatuor facies habet, speciei sensibilis, motionis intelligibilis, virtutis rationalis, & voluntatis imperialis. Nam quia res omnes creatæ aptæ sunt è naturâ suâ signa fieri, & figuræ rerum aliarum, ut cuique evidens est, quatuor autem sint genera rerum: sequitur necessariò, ut sint etiam quatuor genera signorum, quæ dicuntur facies animalium, sub quibus apparent, & intelliguntur: & quatuor alæ relationum, ad res, quarum signa sunt. Ala enim à latione, (id est) relatione dicitur, quæ multas pennas, & plumas particularium respectuum habet; quibus huc, & illuc refertur. Sic in omni re corporeâ species sensibilis primò consideratur, quæ in sensum incurrit, & dicitur אות *signum*, & repræsentat species intelligibiles rerum physicarum, quæ in animum hominis contemplativi inducuntur, & modum, quo ab eo comprehenduntur. Secundò, in rebus corporeis observatur motio תנועה & significat agitationem multiplicem specierum apprehensarum per intellectum, in tentativâ formatione propositionum. Tertiò, in omnibus corporeis מעם *virtus naturalis*, & totus habitus rerum impressus in materiâ sensibili deprehenditur: & repræsentat conceptus veritatis physicæ, productos per operationem rationis, & suppositos rebus ipsis inhærere. Quartò, est in omnibus essentia, & substantia, quæ dicitur רכר & significat voluntatem hominis

Philosophi,

Philosophi, studiosam investigandæ veritatis, secundum elementa, & principia sapientiæ terrenæ.

Igitur quatuor ista, אריה *species sensibilis.* שור *motus.* אדם *ratio, & causa ipsorum,* & נשר *voluntas imperialis analogica,* sunt quatuor facies; Leonis (scil.) philosophi physici: & relationes ad exemplaria sua intellectualia sunt alæ ejus; & facies hæc est species hominis philosophi in lege naturæ investigantis pulchritudinem creaturæ sensibilis: et continet totam Ecclesiam *Naturalium.*

Venio ad animal secundum, *bovem* שור *indicationem rerum contemplabilium,* cujus subjectum est Scriptura sacra: in quâ quatuor objecta occurrunt. Primò, literæ consonæ, quæ dicuntur אותיות et significant species visibiles totius Scripturæ, quæ ad intellectum offeruntur *Judæi* studiosi intelligendi veritatem legis Divinæ. Secundò, vocales תנועות *motiones,* quæ repræsentant relationes Scripturæ, ad lectionem, constructionem, et expositionem, per operationem intellectus, et applicationem affectus, ad observandum legem carnalis justitiæ. Tertiò, accentus טעם, et significat judicium rationale factum de omni literâ, vocali, accentu, et verbo, de naturâ, significatione, usu, et legibus eius: et habitus justitiæ acquisitos per observationem legis. Quartò, est ipsum verbum דבר quod repræsentat voluntatem investigandi veritatem legis Divinæ, secundum traditiones *Rabbinorum*, et Theologorum carnalium, qui sunt mera verba literalia: et animal hoc,

sive studium expositionis sacræ Scripturæ, continet totam academiam Synagogæ *Iudaicæ*. Ergo consonæ, vocales, accentus, verba, sunt quatuor facies animalis hujus, et relationes ad exemplar suum intellectuale, sunt totidem alæ ejus.

Tertium animal, quod habet faciem hominis significat *Catholicum*, cujus studium versatur in eo, ut Religionem priorem *Iudæorum* sibi subijciat, et in totam gloriam ejus ingrediatur. Quatuor autem capita rerum, sunt in Synagogâ *Iudæorum*. Primò, species sensibilis ceremoniarum, et cultus Tabernaculi, cujus ala respicit *Catholicum*, apprehendentem scripturam veterem, ad indagandum, quomodò illi correspondere possit. Secundò, actus laboriosus Sacerdotij *Levitici*, et populi in custodiâ legum; in similitudine *Catholici* studentis convertere typos Scripturæ ad fidem *Catholicam*. Tertiò, ipsum judicium, quod habebant *Iudæi* de sensu rerum Divinarum, et affectus devotionis: et repræsentat carnalem sensum allegoriarum, quas *Catholici* è typis veteris scripturæ formant. Quartò, ipsa substantia, et hypostasis analogica *Iudæi*, qui status animi est, in sopore, et somnio spirituali, Deum colentis, in figurâ *Catholici* sapientiam signorum indagantis.

Quartum animal, quod habet faciem *aquilæ*, *Protestans* est, distinctum à cæteris, quia neque à levâ, neque à dextrâ animalium stat, sed super ea, tanquam anagogicus, revocans cæteros à vanitate scientiæ, justitiæ, et sapientiæ humanæ, ad unionem veræ scientiæ, justitiæ, et sapientiæ in *Christo*: et facies respectus ejus est ad *Catholicam* Ecclesiam,

clesiam, in quâ distinguuntur, Primò, species sensibiles totius cultus, et ceremoniarum, quæ significant *Protestantem* averso animo respicientem totum cultum *Catholicorum*: secundò, motus, et exercitium *Catholici*, in curâ justitiæ terrenæ, in quibus similis est *Protestanti* enixè laboranti, ut religionem illam subvertat: tertiò, ipsa decreta fidei *Catholicæ*, quæ respondent sententiæ *Protestantium* adversariæ: quartò, ipsa substantia *Catholici*, quæ est in sopore, scenicus actus *Protestantis*. Nam cùm *Adam* (id est) *Protestans*, primitivæ Ecclesiæ non inveniret auxilium: כנגדו *in similitudine oppositâ sibi*, (id est) formâ loquendi, et vivendi Catholicâ, quæ speciem habet contradictionis; conjectus est in statum spiritualis soporis, apprehendendi signa pro rebus, et ex illo jam soporato, extracta est Ecclesia *Catholica*, velut somnium *Protestantis*. Gen. 2. 18. 20.

Et pedes eorum recti erant, & vola pedum eorum, sicut vola pedum vituli. Pes est ratio legendi, per quam, quisque in terrâ sacræ Scripturæ graditur: pedes ergo quatuor animalium, sunt rationes legendi scripturam hanc proverbiorum directæ, et æquabiles, secundum cujusque dictionis, et orationis naturam. Quoniam in singulis parabolis, quadruplex sententia traditur judicialis, de quatuor his generibus Ecclesiæ *Christi*. *Et vola pedum*: כף inclinatio legendi eorum, erat similis inclinationi legendi עגל *circulari*, per ductum linearum, quæ circulari modo incedunt. Ver. 7.

Et scintillabant in formâ conjecturæ levis. Scintillatio animalium, est relatio singularum literarum

rum ad voces contesseratas, quibus explicantur: quæ speciem habent levissimæ conjecturæ primò intuenti. Quis enim crederet certam veritatem posse indè colligi.

Ver. 8. *Et manus hominis sub alis eorum erant in quatuor quadratis.* Quoniam relationes similitudinis in singulis quadratis, significant operationem hominis cujusdam, qui etiam habet analogiam *Christiani*, ut puta recollectus ad Ecclesiam *Christi*.

Et facies eorum, & alæ erant, vel habebant respectum *ad quadratum eorum.* (id est) hominum.

Ver 9. *Et alæ eorum conjunctæ erant mutuò.* Quia una est similitudo omnium in quâ conveniunt. *Et non revertebantur in incedendo; sed ad latus faciem suum incedebant.* Quia secundum ordinem naturalem institutionis Divinæ, quo de virtute in virtutem eunt in civitate Dei, gradus dignitatis distinguuntur in quatuor istis Ecclesijs, ut *Judaica* sit potior *Philosophicâ*, et *Catholica* illi emineat: et omnibus, Ecclesia *Protestatium*. Et Ecclesia minoris dignitatis dirigit respectum suum ad sequentem, et illius figuram gerit, et non vice versâ: quanquam potest Deus in pœnam hominum rebellantium ab imperio suo, rotas has rerum convertere.

Ver. 10. *Et similitudo facierum eorum, facies hominis, & facies leonis, ad dextram quadratorum: Et facies bovis ad sinistram.* Per dextram, & sinistram, hîc non intelligitur situs localis, sed virtualis, & analogicus. Dextra enim significat respectum rei positivum, & perfectum: Sinistra verò suppositivum, & imperfectum. Sic ergo in singulis his quaternarijs אדם *species sensibilis*, & שור *virtus*

insita,

insita, intelliguntur res perfectæ : sed motiones supponunt imperfectionem ; quicquid enim movetur, non est perfectum ; donec veniat ad terminum suum, in quo quiescit : facies verò aquilæ in singulis, indifferentèr se habet ad utrumque terminum, (id est) substantia, quæ æqualitèr sustinet speciem, motum, & virtutem naturalem.

Et facies, & alæ eorum desuper expandebantur, Ver. 11.
descendendo à speciebus, ad motiones, indè ad מעמים
virtutes insitas, & substantias.

Duabus alis singula iungebantur, & duabus cooperiebant corpora sua. Facies, & alæ duæ, quibus omnes conveniunt, sunt species & motiones singulorum. Quoniam species mundi sensibilis, & scripturæ, & typorum, & ceremoniarum Ecclesiæ *Romanæ*, tam Philosophus, quàm legis interpres, & allegoricus, & *Protestans*, participant. Et similitèr commune est omnibus his agitare species has ex occasione, ad formandas propositiones. Sed duabus alis, nempè secretâ rerum virtute, & substantiâ, solus Philosophus corpus suum tegit : est enim corpus intellectuale in unoquoque, id quod quisque se æstimat esse in radice intentionis suæ, & in judicio, quod de rebus fecit : quia diversâ intentione, quodque animal considerat rerum species, & motus, & diversum facit judicium de objectis suis : tegitur ergo corpus Philosophi physici (id est) intentio eius, & judicium scientiæ, quod facit, sub qualitatibus rerum insitis, & substantiâ corporeâ, quod non fit in cæteris

Et unumquodque eorum coram facie suâ ambulabat, ubi erat impetus spiritus, illuc gradiebantur, nec Ver. 12.
revertebantur

revertebantur, cùm ambularent. Vnaquæque expoſitio in ſuo genere procedebat, ſicut ſpiritualis ſenſus monebat, in analogiâ ad ſtatum ſuperiorem: & non revertebantur, ut primo loco prodiret *Iudæus*, & *Gentilis*, &c.

Ver. 13. *Et ſimilitudo animalium aſpectus eorum, quaſi carbonum ignis ardentium, ad modum lampadum: ipſa diſcurrebat in medio animalium. Et ſplendor erat igni, & ex igne egrediebatur fulgur.*

Videamus particularitèr, quid ſit carbo, ignis, lampas, ſplendor, & fulgur: ut ex ſingulorum declaratione, ſenſus totius loci intelligatur. *Carbo* ſignificat vocem, quæ per homonymiam exponitur; quo facto, facies ſenſus prioris denigratur. *Ignis* eſt dictio expoſita analyticè per literarum teſſeras. *Ardens* dicitur, quod per expoſitionem analyticam demonſtratur, vertendum eſſe ſecundum homonymiam; quia lux verbi analyticè expoſiti, emicat ſurſùm extra proprium ambitum; & ex dictionis integræ homonymiâ, ſenſum colligendum ſignificat. *Splendor* eſt ipſa interpretatio per homonymiam. *Lampas* probatio Logica, quòd vox integra vertenda ſit per homonymiam, non per analyſin. *Fulgur* eſt teſſeralis ductus expoſitionis ſurſùm, & deorsùm ad dictiones diſperſas: ex quarum collectione fit ſententia locum nubilum illuſtrans. Ergo ſimilitudo 4. expoſitionum, ſimilis erat *carbonibus*, (id eſt) vocibus per homonymiam expoſitis: quæ ex *igne* (id eſt) verbi expoſitione analyticâ prodierunt: et *ardent* (id eſt) demonſtrantur per lectionem analyticam vertendæ eſſe, ſignificatione integrâ, ſed homonymâ.

Et

Et interpretationes vocum analyticæ, *lampades* erant, (id eſt) demonſtrationes Logicæ, quòd ita voces exponendæ eſſent integrè. Et hæc viſio diſcurrebat inter animalia, (id eſt) 4. expoſitiones. Et ignis vocis analyticè expoſitæ, habebat etiam *ſplendorem*, ſignificationem homonymiæ. Et ex igne (id eſt) voce analyticè expoſitâ prodibat fulgur (id eſt) collectio vocum diſperſarum in unam ſententiam.

גחלי *carbones*. ∇. בנה חיה אצל פני Interpretatio dictionis, vel dictio interpretata vicino reſpectu (id eſt) per homonymiam. לפידים *lampas*. הלך מאופן לחיות רמות נוראה מעשה Progreſſus à causâ, vel circumſtantiâ ad demonſtrandum formam viſibilis effecti. ברק *fulgur*. בין מראה בערות Intelligentia facta ex formis deſolatis, (ideſt) notionibus rerum ſeparatis à contextu ſuo. Et *fulgur* hoc ex *igne* dictionis literatim diſſolutæ oritur.

Et animalia currebant, & redibant ad modum fulguris. Et expoſitiones exibant anteriùs ∇, et redibant retrò Δ, tanquam fulgur: ita enim ad literam videmus fulgur nunc ad Orientem, nnnc ad Occidentem micare. Ver. 14.

Conſiderabam animalia, & ecce rota una erat in terrâ iuxta animalia, & quatuor facies ei. Conſiderabam expoſitiones illas, et apparebat אופן rota. ∇. Vna dictio convertibilis in varias ſpecies, *erat in Scripturâ iuxta expoſitiones ad quatuor reſpectus eius*, (id eſt) juxta expoſitiones quatuor, erat unus verſus in Scripturâ applicabilis ad quatuor interpretationes. Appellat verſum quemque capitis hujus 18. *rotam*, quia in morem rotæ vertitur in- Ver. 15.

ter legendum, ab unâ lineâ in aliam : & in singulis versibus, quatuor versus continebantur, per applicationem ejus ad quatuor expositiones.

Ver. 16. *Et forma rotarum, & opera earum tanquam Tarshish : & forma una erat ipsis 4. & visiones, & opera earum, quasi esset rota, in medio rotæ : super quatuor latera sua incedebant in movendo, & non revertebantur.* Et forma, & artificium versuum erat ad modum תרשיש, *Hexametri* constantis ex sex ordinibus metrorum. Et forma una erat quatuor versuum, quia singuli versus quatèr repetuntur ad producendum quatuor expositiones : & super quaternariam formam procedebant, & non legebantur retrò.

Ver. 18. *Statura quoque erat rotis, & altitudo, & horribilis aspectus, & totum corpus oculis plenum ipsarum quatuor.* Sed secundum suavem æquivocationis harmoniam, ita sonant verba. *Et correspondentia* (scilicet) *musicæ, & rythmicæ dictionum, erant illis, & correspondentia collectionis*, (id est) arithmetica: sicut videre potes in exemplis post hæc allatis. Habebant versus illi harmoniam dictionum, & collectionem correspondentiæ numerorum ; & cautela illis erat (id est) singulorum pedum in carmine: & collectiones numerales earum, vel corpora earum plena erant, cum respectibus undique in quatuor versibus, ut secum, & inter se convenirent.

Ver. 19. *Cùmque ambularent animalia, ambulabant pariter, & rotæ iuxta ea, & cùm elevarentur animalia de terrâ, elevabantur simul, & rotæ*, &c. Et cùm incedebant expositiones, incedebant simul cum illis,

& versus

& verſus expoſiti: & cum elevabantur expoſitiones ſupra textum ſcripturæ vulgaris, elevabantur ſimul,& verſus quatuor.

Quocunque ibat ſpiritus, illic eunte ſpiritu, & rota pariter elevabantur ſequentes eum, quocunque erat diſpoſitio ſpiritus. (id eſt) ratio rerum ad incedendum: illic ibant, (animalia) expoſitiones cum rationali inceſſu; & verſus elevabantur juxta eas: quia ratio expoſitionum conſiſtebat in verſibus. Ver. 20.

Et ſimilitudo ſuper capita animalium, &c. Secundum æquivocationem. *Et erat ſuper capita expoſitionum, quiddam ſimile his verbis* רקיע כעין קרח נורא *Firma determinatio, & ſolidatio expoſitionum ſecundum formam punctura canonicæ.* Hic titulus præponebatur ſuper capita expoſitionum deſuper. Ita enim נורא exponitur. ראשי המרה כנף כעין רבים אשר *Capita ſonorum* (id eſt, dictionum) *collecta ſecundum vocis Rabbinicam directionem.* Ver. 22.

Et ſub firmamento alæ eorum æquabiles erant inter ſe, duæ alæ hinc operiebant corpora eorum (id eſt) ſub titulo illo ſubjungebantur facies, & relationes mutuæ quatuor expoſitionum, quarum duæ communes erant omnibus, & duæ relationes reliquæ operiebant ipſam ſubſtantiam cujuſque quatuor expoſitorum: ſicut obſervare potes in exemplo inferiùs allato. Ver. 23.

Et audivi vocem alarum earum, tanquam vocem aquarum multarum, tanquam vocem Omnipotentis, dum ambularent, vocem multitudinis, tanquam *vocem exercitus, cùm ſtabant, dimittebant alas ſuas.* Et audivi vocem relationum ſimilitudinis earum, tanquam vocem multarum cogitantium, & ſtu- Ver. 24.

dentium; tanquam vocem *Chriſti* incedentis cum eis, vocem colloquij, tanquam vocem exercitus magni: cùm miniſtrabant, dimittebant ſimilitudinis ulteriorem relationem. שרי *Omnipotens.* ∇. אשר עמרים רפא *Dirigens ad fælicitatem baptizatos*, vel ſibi miniſtrantes, *Salvator.* Et △. שמע רמות אופנים *Ad quem recolligitur ſimilitudo peripheriarum. Chriſtus*, ad quem omnium ſeculorum ſimilitudo reducitur. בעמדם *Cùm ſtabant*, רקיע ראשיהם רמות. ∇. *Cùm expandebant capitis ſui ſimilitudinem*, (id eſt) cùm ſimilitudinem ſenſibilium, intelligibilium, ſpiritualium, & imperialium, ad *Chriſtum* caput ſuum retuliſſent, deſiſtebant ab ulteriori relatione ſimilitudinis. Quoniam cōplacuit Deo recapitulare omnia ad *Chriſtum, & in illo, & propter illum ſunt omnia. Et in illo omnis plenitudo Divinitatis corporaliter habitat.* Non eſt ergo ulterior relatio ſimilitudinis creaturarum in hoc mundo, poſt *Chriſtum* θεάνθρωπον. Et △. שמע גויותיהם רמות *Cùm ſubaudiſſent corporis ſui ſimilitudinem.* (id eſt) cùm in rebus omnibus intellexiſſent ſimilitudinem Eccleſiæ *Chriſti*, ab ulteriori ſimilitudinis relatione deſiſtebant. Quia Eccleſia *Chriſti* eſt corpus, & plenitudo ejus, *qui impletur omnia in omnibus.*

Eph. 1. 10. Coloſſ. 1. 16. 19.

Col. 1. 16.

Nam cùm fieret vox ſuper firmamentum, quod erat ſuper caput eorum, dimittebant alas ſuas. Et erat vox in propoſitione ſupra capita expoſitionum ſuarum, cùm ſteterint: בעמד. *Cùm ſteterint.* ∇. על ראש רמות ארם in ſummitate, & faſtigio ſimilitudinis humanæ. (id eſt) Cùm operationem naturæ humanæ in analogiâ Divinorum, ad ſumm-

Ver. 25.

mam

mam perfectionem adduxerint, dimittent similitudinem imperfectam prioris, in formâ visibili rerum præposterâ, & captivitate motus naturalis, & limitatione virtutis naturalis, & corruptione.

מראה אבן ספיר נפל עלפני תפיהם *alas suas.* המרדים המה *Visionem figura literalis, cadendi in formam rebellionis suæ prioris.*

ראש קשרת סביב ∇. רקיע *firmamentum.* שמע *Caput æqualitatis, vel similitudinis universalitèr collectæ.* (id est) ad quod omnia recolliguntur. Et Δ. רפא קול שדי שמע *Ad Salvatoris vocem omnis sufficientia recollectio.* Hoc est, nomen *Iesu, cui omne genu flectitur.*

Et supra firmamentum, quod erat supra capita eorum, in formâ lapidis sapphiri, thronus. אבן *lapis.* Phil. 2, 10.

∇. בסא בירת תנוה *Quod supputatur internâ doctrinâ, vel significatione.* Est enim lapis, omnis figura, vel res, quæ abstrahitur à respectu propriæ essentiæ, & consideratur, ut figura rei alterius: quo sensu dicitur, *Auferam à vobis cor lapideum, & dabo vobis cor carneum.* (id est) auferam à vobis affectum, & devotionem, quæ non est vera, sed tantùm figura alterius: & dabo vobis affectum, & amorem, qui ita intelligatur, sicut in simplici, & vulgari intelligentiâ exponitur. Præterea, verba hæc exponuntur. *Supputatur litera* ב *Beth significatio.* Et Δ. מראה לבירת כנף *Forma, vel figura* ב *incedens in similitudinis rationem.* (id est) ב acceptum pro figurâ alterius rei: est enim lapis sapphiri figura ד literæ; sapphirus enim literam significat. Ezech. 9. 19. 36, 26.

כסא *Thronus.* ∇ מראה סביב ראה *Visio circularis, vel universalis eidea, ad quam omnes forma reducuntur.* Et △. כנך כסות איש *Similitudo, quæ terminus est occultorum, vel mysteriorum singulorum.* Suprema eidea, sub quâ omnes formæ rerum exemplarium terminantur.

Ver. 26. *Et super similitudinem throni, similitudo tanquam forma hominis super eam desuper.* ∇. מא ארם ראה רמות שמע *Intelligitur secundum auditum.* (id est) sicut sonat verbum simpliciter pro homine. Et △. ראה רמות ראש *Forma cogitanda est prima.* (id est) simplex species, & notio hominis, quæ primò sub voce illâ se offert. *Tanquam visio hominis desuper.* (id est) visio hominis cœlestis, qui desuper venit.

Ver. 27. *Et vidi tanquam speciem electri, tanquam speciem ignis intra eum, undique à visione lumborum eius, & superiùs: Et à visione lumborum eius inferiùs vidi tanquam visionem ignis, & splendorem in circuitu.* חשמל *Electrum* ∇. רוח כאשר עמד על רגליו *Spiritualis sensus conformiter subsistens super basin, vel lectionem suam simplicem.* Hoc est, sensus scripturæ integralis, respectus gloriosè, tanquam sensus, qui respondet interpretationi verborum analyticæ. Sensus rationalis verborum integrorum, vocatur homo ארם; quoniam naturaliter habet similitudinem verbi interni, ad quod refertur. Cùm ergo significatio verborum integralium Scripturæ, liberæ à punctorum servitute, consideratur tanquam arcanum subintellectum sub lectione internâ punctis determinatâ; hæc est admirabilis glorificatio hominis *Christi*, ut versâ

vice

vice rerum, ipſe fiat verbum liberum; & interior ſenſus: & interius verbum per determinationem ſenſus, habeatur pro externo, & corporeo. Omnis enim ſenſus verbi determinati, qui velat ſub ſe internum vocatur corpus eius; ſunt enim corpora, tanquam corda, & ſenſus *foris*. Et hæc eſt clara intelligentia dicti illius apud S. *Paulum*: *In quo complacuit omnem plenitudinem Divinitatis corporaliter habitare, & per eum reconciliare omnia Deo*. Coloſſ. 2. 9.

Cùm enim ὁ λόγος ἐνδιάθετος Scripturæ, & ſenſus ejus internus, punctis definitus, reducunt legentem ad ſenſum Scripturæ totius externum, liberum à punctorum ratione; tunc habitat Divinitas in *Chriſto* corporaliter. Et △. מחנרה קול שרי ברכים המלה *Gratificatio vocis Dei omnipotentis in populari ſermone.* Hoc eſt electrum, in quo ſolis Divini radij glorioſiùs apparent, quàm in ſeipſis.

Et vidi ſicut ſignificationem חשמל *electri*, (id eſt) homonymiam vocis חשמל hoc eſt, ſenſum vocum integrarum per ſpeciem ignis, (id eſt) lectionis analyticæ internæ circundatam: ut ipſe ignis verbi interni extrà verteretur, ad faciendum tegumentum orationis externæ. Cujus ſimilitudinem habent cœli, quos tanquam veſtimentum convertet Deus in gloriam *Chriſti*, & Eccleſiæ ſuæ. Pſal. 102. 27.

A viſione lumborum ejus deſuper, & à viſione lumborum eius inferiùs, vidi tanquam ſpeciem ignis, & ſplendorem in circuitu eius. Vox מתניו *lumborum*, ſignificat etiam gratificationem: ſicut enim lumbi ſunt medium corporis; ita poteſtas mediatoria

toria Salvatoris, in medio Ecclesiæ corporis sui locatur, gratificans superiora, & δυνάμιν ἐυσεβείας τῇ μορφώσει: & gratificans inferiora, & μόρφωσιν superioribus ϗ τῇ δυνάμει αὐτῆς. Sicut ergo ignis internus verbi analytici, extrovertitur per gratiam in respectu ad inferiora, (id est) verbum humanum, ut fiat circulus ejus: ita verbum humanum עונה Interpretatio per æquivocationem, in respectu ad superiora, extrovertitur naturaliter, & fit ἐπιφάνεια verbi interni. Et hoc est, quod ab Angelo dictum est Beatæ Virgini; *Virtus Altissimi obumbrabit tibi.* (id est) Divinitas, quæ lux est, & sanctitas essentialis sumet rationem umbræ respectu tui; & assensus rationalis τῦ EST, in veritatis contemplatione, cadet super te. *Propterea quòd ex te nascetur, vocabitur ipsum sanctum Dei.* (id est) hoc, quod Deus sanctitur esse. In priori respectu per condescensum Divinitas descendit, et statuit filium hominis à dextrâ suâ: et *David, charitas Divina*, adorat *Salomonem*: et *Christus vadit ad patrem.* (id est) correspondet ei tanquam major esset. Sed in sequenti respectu tradit filius regnum patri suo.

2. Tim. 3. 5.

Luc. 1. 35.

Ver. 28.

Sicut similitudo Iridis, cùm fuerit in nube, in die pluviæ; sic erat visio splendoris circumcirca. Vox *Iridis* קשת significat etiam æqualitatem, et similitudinem. Sicut ergo quadruplex circulus ducitur super nubem pluviæ: ita quadruplex conformitas Ecclesiarum *Christi*, supra nubem visionis hujus à me ducetur. Sic visio contemplationis æquivocæ, circundat visionem similem gloriæ

Divinæ

Divinæ ἐν λόγῳ ἐν ληφίτῳ. hoc est, superficiei vicem ei præbet.

Accedo nunc ad 18. cap. Proverb. quæ nubes est, ex quâ quatuor animalia, & quatuor rotæ prodeunt: ut in eo thronum Dei, & visionem analogam gloriæ ejus brevitèr demonstrem, quam alibi fusiùs explicabo.

Thronus Dei est suprema eidea rerum creatarum, in cuius analogiâ Deus sedet. Decrevit enim Deus in Filio suo *Christo*, & corpore eius Ecclesiâ recapitulare omnia, & recolligere: tanquam in domum, in quâ complacuit habitare. Et hoc fit sub formâ ב figurâ, literâ, situ, & numero. Est enim ב, figura vestigialis domus, & litera vestigialis בית, & situs vestigialis בראשית, & numerus vestigialis binarij, qui proximus est post א quod nomen est abbreviatum אדני *Dei*. Thronus Dei,

In figurâ hâc ב triplex objectum se offert intuenti; *Dagesh* significans punctum, ב *Beth* domum, & *sheva* captivitatem.

Punctum illud repræsentat *Christum* individualitèr respectum, qui appellatur nominibus זה *hic*, & הוא *ipse*. Et potest punctum hoc considerari, ut punctum figuræ, ut apex literæ, ut centrum situs, ut monas numeri. Quatenùs respicitur ut punctum figuræ, continet in se universas res figuratas, & visibiles: ut apex, omnes res intelligibiles: ut centrum, omnes spirituales; ut monas, imperiales. Corpora enim reducuntur sub superficie, superficies contrahitur in lineam, linea in punctum. Omnes res intellectuales comprehenduntur sub verbo, verbum deducitur ad lite-

ram, litera ad apicem. Est enim punctum Dageſh omnis literæ ſcaturigo. Omnia ſpiritualia reducuntur ad reſpectum convenientiæ, illud ad ſitum, ſitus ad centrum. Omnia imperialia abbreviantur in ſimplices recapitulationes rerum, illæ in monades, hæ in ſiphrum.

Secundum objectum eſt ב, quod effuſio eſt à priori atomo, & formam exhibet cœli in ſuperiori parte, et terræ in inferiori, et quadruplicem mundum effuſum continet; ſenſibilem, in ב figurâ, intellectualem in ב literâ, ſpiritualem in ב ſitu, et imperialem in ב numero.

Tertium objectum eſt *ſheva*: quod ſignificat omnem potentiam adverſariam, à quâ mundus iſte quadruplex hactenùs captivatus eſt. Et *ſheva* hoc captivans per reſpectum *Dageſh* ſuperioris ingreditur rationem alterius *ſhevæ*: et ſic *captivatio ipſa captiva ducitur* ſub regno *Chriſti*, migrante à captivitate in *ſhevâ* mobili.

Et ne mireris, quomodò poſſint univerſæ res recolligi ad *Chriſtum*, et Eccleſiam ejus, in formâ ב: ſcito, quòd quemadmodum inter legendum, cùm in verbum aliquod, puta *cælum*, aut *terram*, incurreris, quod per abbreviationem literæ ſcribitur; primò verbum concipis ſub notâ literali, deindè ſub verbo cogitas rem ſignificatam; et formas in animo ſpeciem *cæli*, aut *terræ*; et notio illa totius *cæli* comprehenditur à te ſub brevi notâ: ita *Chriſtus* in formâ atomi quadruplicis reſpicitur à Deo, et ſub eo reſpectu univerſa verba, et res verbis ſignatæ conſiderabuntur, et etiam ſuſtinebuntur in virtute verbi incarnati. Vndè (ut

ſuperiùs

superiùs dixi) ה nomen est *Christi*, *Oseæ* 13, vers. 9. *Quia in me* ה *est adjutorium tuum.* Neque ullus alius sensus assignari potest, ut liberes verbum Dei à redundantiâ, et inanitate.

Versus 1.

לתאוה יבקש נפרד בכל תושיה יתגלע:

Hæc est terra sacræ Scripturæ, juxta quam rota consideranda est versus simplicis, lecti in formâ versus poëtici. Determinatur lectio hujus versus in curiosâ, et tremendâ formâ quadruplici; primò, numerorum correspondentium: secundò, rythmicæ lectionis dictionum: tertiò, carminis heroici: quartò, computationis chronologicæ. Quæ carmina ita Latinè scribantur.

Letaava ibakesh niphrad letaava niphrad:
Becol tushia itgalab betushia galah.

11	11	412	412
ל תאוה	יבקש	נפרד	ל תאוה	נפרד
103	721	27	27
בכל־תושיה	יתגלע	ב תושיה	גלע

In numeris consonarum תאוה 412 יבקש 412 discernitur: in numeris vocalium תאוה 11. Numerus vocaliū נפרד 11. In vocalibus בכל־תושיה 27. Numerus vocalium יתגלע 27. In numeris consonarum תושיה 721. גלע 103. septies reperitur proportionabilitèr. Convenit autem numerus cum numero, vel in æqualitate, vel in analogiâ.

ה	400	י	10	ח	6	נ	8	כ	1	י	3	ת	400	נ	3
א	1	ב	2	א	4	פ	1	ל	30	ח	1	ו	6	ל	30
ו	6	ק	100	־	1	־	1	ת	1	ב	1	ש	300	ע	70
ה	5	ש	300		11	־	1	ו	5	־	6	י	10		103
	412		412				11	ש	5	ל	15	ה	5		
								*		ע	1		721		
								י	14		27				
								ה	1						
									27						

ה In voce significante perfectionem, vel determinationem; amittit fractionem.

* Punctum chirek gadol ante *dageshatum* valet 4.

Hæc est lectio versus, in quâ observatur harmonia numeralis consonarum cum consonis, & vocalium cum vocalibus, res plena stuporis: ita ut meritò contremiscas ad majestatem sapientiæ Divinæ.

Similitudo rythmica similiter desinentium, & mensura hexametri, quæ vocatur visio *Tarshish*, in scripturâ carminis Latinâ apparet. In lectione verò carminis, vocales liberæ sunt; & tantùm servatur numerus pedum, & regula positionis, ut vocalis ante duas consonantes longa sit.

Lectio versus (quatenùs per rationem chronologiæ ligatur) hujusmodi est. *In determinatione* (numerali consonarum) *requiratur per se*: & *in determinatione* (numerali vocalium) per se. *Cùm tota essentia, vel summa miscebitur, de summâ revolve* ע. 70. Summa numerorum tam vocalium, quàm consonarum addita est 1724. demptis verò 70. restant 1654. quæ est exacta computatio à primo anno veræ æræ *Christi*, ad primum annum mundi

mundi futuri. Atque hæc sufficiant ad corroborandum lectionem versus hujus, in hoc ordine, & numero vocum: nunc ad usum משל regulæ hujus proverbialis venio.

Tertia lectio Distichi hujus docet modum legendi observandum, ad statuendam regulam quatuor seculorum mundi hujus in æternum. לתאורה *In determinatione* (id est) quadruplicis mundi, sensibilium, intellectualium, spiritualium, imperialium. יבקש נפרד requiratur distinctio singulorum לתאורה *cum decore* נקודה *relationis mutuæ expansionum*: בכל־הושיה יתגלע *Et cùm tota essentia commixta fuerit, de essentiâ ejus devolve*

ע׳ין *Speciem visibilem fascinationum.*

קמץ *Contractionem motus:*

סוף פסוק *Finalem determinationem:*

לע *Perditionem* ἀπώλειαν.

Hoc est, fiat subordinata distinctio quadruplicis mundi per quatuor facies, & alas similitudinis. Et cùm universa recollecta fuerint in unum corpus sub *Christo*, auferetur indè primò ע׳ין מע׳ן *species visibilis hujus mundi*, quæ per fascinationem Dæmonis inducta est, trahentis creaturam totam sub vanitate corruptionis: secundò, auferetur קמץ *Contractio motus liberi* creaturarum: tertiò, סוף פסוק *finalis determinatio* qualitatum, & virtutum rebus insitarum; quoniam perpetuò progredientur, donec ad omnem perfectionem possibilem perveniant: quartò, auferetur לע *peraitio*, & ἀπώλεια, (id est) dissolutio mundi præsentis, à subordinatione ad mundum futurum. Et hoc est,

quod ab *Ezechiele* dicitur: *& cùm steterint, dimittent alas suas*, (id est) cùm ad summam plenitudinis pervenerint universorum ad *Christum* recollectorum, dimittent similitudinem prioris temporis: quæ in vanitatem, captivitatem, servitutem, & odium cecidit. Et hoc est, quod ait S. *Paulus*. *Cùm omnia subiecta ei fuerint, tunc, & ipse filius subjicietur ei, qui subiecit sibi omnia, ut Deus sit omnia in omnibus.* Quoniam Deus ipse supponit *Christum* hominem in essentiali respectu sibi correspondenti, ut indè acquirat potestatem supra omnem potestatem mundi hujus. Hoc est enim stupendum arcanum sapientiæ, & potentiæ Divinæ, in dispensatione mundi hujus, quia Diabo-
Eph. 2. 2. lus per lapsum *Adami*, acquisivit supremam potestatem mundi hujus sub Deo, quæ videbatur non posse eripi: quia non esset potestas major Divinâ, per quam eriperetur, quod per justitiam Dei traditum fuit. Ordinavit ergo Deus rationem potentiæ sibi superioris ad tempus, statuendo
Psal. 110. 1. *Christum* hominem ad dextram suam, ut ipsa po-
Coloss. 2. 19. tentia Divina haberet respectum sinistræ, (id est) inchoationis, & imperfectionis ad potestatem
3. Reg. 1 47. *Christi*, ut servi *Salomonis* pacifici clamarent, *Sit regnum tuum maius regno Davidis patris tui: & ipse David* (charitas Divina) *inclinavit se.* Vt qui
Luc. 1. 35. maior est in veritate naturæ sempiternâ, per condescensum suppositionis adumbraret ei, & subalterné incederet. Sicut dicitur, *vado ad Patrem:*
Ioan. 14. 28. (id est) sub ratione correspondentiæ superioris ad inferiorem. Cùm ergo tota creatura in formâ mundi sensibilis, intellectualis, spiritualis, & imperialis,

imperialis, sub *Christo* capite coaptabitur, tunc auferetur species corruptibilis hujus mundi, & motus naturalis restrictio, & naturalis virtutis determinatio, & rebellio ab unione amoris Divini, *ut Deus sit omnia in omnibus.* Quarta lectio est ipsa virga rectitudinis regni *Christi*, quæ per gradus decem numerorum primitivorum omnem operationem, & intentionem mundi determinat, quorum hic est primus in ratione unitatis. Significat enim *unum* simplicem apprehensionem, cujus hæc est regula. 1.Cor.15.28.

ל תאורה יבקש נפרד לתאורה נפרד
בה כל תושיה יתגלע בתושיה גלע

Secundum placitum suum investiget unusquisque quadruplicis mundi, secundum placitum rei cujusque, (id est) objecti quadruplicis. *In* ה (Christo) *universa essentiâ misceatur: sed in essentiâ devolve* ל, *speciem visibilem mundi cuiusque: &* ר *contractionem motus in singulis: &* י *accentum Soph pasuk determinationem finalem virtutis, & qualitatum naturalium: &* ע ἀπώλειαν *repressionem appetitus naturalis, & independentiam, & abrelationem à Divinis superioribus.*

Hæc est regula prima, ut quicunque piè, justè, & sobriè vixerunt in quatuor Ecclesijs, regnent cum *Christo* in hoc mundo, & habeant potentiam liberam apprehendendi localitèr, cognitivè, affectivè, potentialitèr quodlibet objectum, secundum totum appetitum naturæ ejus. Et ut apprehendant omnia mixta in *Christo*, quatenùs est ה, ut suprà dictum est. Et ut mixtio illa sit absque omni captivitate, & determinatione. Et hæc est Apoc.11.15. Psal.150.5.

portio

portio sanctorum in tenebris, (id est) eorum, qui non pervenerunt ad illuminationem hominis interni, sed pro *Christi* nomine πολυτροπως passi sunt, quisque in religione suâ: *qui centuplum suum recipient in hoc mundo.* Soli *Protestantes* habebunt partem suam in utroque mundo, tam in sorte lucis, quàm tenebrarum.

Apoc. 2. 17.
Eph. 1. 21. 3. 12.
Matt. 19. 29.
1. Tim. 4. 8.

Modus determinandi lectionem analyticam statuitur per viginti quatuor notas Scripturæ, quæ sequuntur.

1. קָמֵץ *Contractum* significat aliam vocem, vel alium sensum vocis sub illo.

1. פָּתַח *Apertum*, significationem, & lectionem evidentem.

2. צֵירֵי *Ligaturæ* dictionem integram.

2. סָגוֹל *Singulare* dictionem analyticam.

3. חִירִק גָּדוֹל *Dictionis expansio magna*, significationem dictionis integræ.

3. חִירִק קָטָן *Dictionis expansio minutialis.* Significationē vocis analyticæ.

4. חוֹלָם *Integrum.* determinationem vocis servandam.

4. קָמָץ חָטֵף *Collectio rapta.* Thema vocis, indeterminatè acceptum.

5. שׁוּרֵק *Sibilo convocans* dictionē punctis definitam, vel numeris consonarum.

5. קִבּוּץ *Collectio*, vocem punctis non definitam, & numerum indefinitum.

6.

6. ם Significat dictionem integrè legẽdam, quæ ita ſtabilitur per lectionem analyticam.

7. ש Rem practicam, & perfectam, vel numerum.

8. *Dageſh forte* Notat ſenſum eſſe de re aliquâ inevidenti.

9. *Sheva quieſcens* Cõma, & moram orationis.

10. *Literæ dilatatæ* אהלם Significãt cõmunicationem literæ ad ſequentem vocẽ,

11. ם Significat determinationem Scripturæ per authoritatem Doctorum.

12. ה Superficialis determinatio

6. ם Significat ſenſũ minùs apertum, vel contractionẽ actus.

7. ש Rem contẽplativam & imperfectam, vel literam.

8. *Dageſh lene* Cõſiderandum monet ſenſum de materiâ evidenti.

9. *Sheva mobile* Continuationem ſermonis.

10. ה Finis Theologici ſtudij vulgaris, ficut ה initium ſtudij arcani.

11. ו Determinationem puerilem per pũcta Grãmaticorum.

12. ו Violenta, & incorreſpõdens

per similitudinem Allegoricorum. determinatio per rationem scholasticorũ.

Sequitur expansio 6. alarum, in primi versus hujus declaratione.

לְתַאֲוָה

Ala dextra consonarum.

שִׂפְתָיו אָטַם אָוִיל בְּתִבּוּנָה. *Labia sua claudit stultus in intelligentiâ literarum.* Significat non esse altum sensum vocis hujus quærendum in lectione analyticâ: sed ita vertendum, sicut sonat integrè. Et hujusmodi dictiones vocantur stultæ, (id est) vox hæc non expandit consonas, & vocales suas ad intelligentiam aliam, in expositione singularum literarum: vel nihil loquitur, aut significat.

Determinatio lectionis canonica.

Patach significat vocem contesseratam literæ ת; habere manifestum sensum: ־ sequens - docet non esse planè apertum, sed cum aliquâ obscuritate; Nam per *labia claudere* significari silentium sermonis evidens est: sed quæ sint labia *stulti*, non est evidens. *Kametz* ־ docet vocem esse homonymam, *stultus* enim hoc in loco est verbum artis, & intelligitur de omni dictione, quæ simpliciter exponenda est, secundum sensum obvium.

Ala sinistra consonarum.

תּוֹשִׁיָּה. לֹא יְחַפֵּץ בְּתִבּוּנָה הִתְגַּלּוֹת *Essentiam suam non desiderat in significatione literarum revelari.* תִּבּוּנָה enim propriè est significatio, & intelligentia verbi per literas singulas expositi.

Significat - significationem apertam esse: ־ contractionem actus *non desiderat*: ־ homonymiam in voce, תִּבּוּנָה neque enim pro quâvis prudentiâ capitur.

חֲמֵשׁ

חרש אמר חכמה *Silet ad verbum* (vel expoſitionem) *ſenſus analogici*; (id eſt) arcanum ſenſum non habet. - ſignificatio vocis aperta eſt: *ſilet* ¬ privationem actus notat, *ſilet ad eloquium*, vel expoſitionem: ¬ ſignificatio homonyma: neque enim per ſapientiam; intelligitur ſapientia hujus mundi, ſed ſenſus analogicus. Eſt enim חכמה *ſapientia*, חכירה כמרה *oratio, & narratio analogica.* בקש עמקים חכמה *Requirit res profundas, ſenſus analogicus.* (id eſt) ne ſcruteris ſenſum vocis hujus analogicum. Eſt enim ſenſus analogicus tantùm illarum vocum, quæ ſunt profundæ: hæc ergo vox ſenſum habet βαθυλόζον & non profundum. - *Pathach* ſignificat ſenſum dictionis בקש evidentem eſſe: ¬ notat ſenſum non evidentem, ſed paulò obſcuriorem: ſignificat enim hoc in loco *profundum*, non ſitum localem; ſed rem remotam à vulgari apparentiâ, ſub exteriori ſuperficie reconditam: ¬ ſenſus æquivocus in voce חכמה.

Ala vocalium dextra.

Ala vocalium ſiniſtra.

אטם אויל איש על־ישר לא־טוב. מאילא

Claudere ſtultum hominem, (id eſt) vocem, *pro recto, non eſt congruum.* Non eſt idoneum inducere vocem תאורה in expoſitionem æquam, & correſpondentem. Etiam ipſa puncta vocalia extendunt ſe ad vocis hujus definitionem - *Patach* ſignificat manifeſtum eſſe ſenſum: removendi à viſu publico, & in arcanam formam redigendi: ¬ non eſt aperta ſignificatio, quia per ſtultum hominem, ſignificatur dictio ſimplicitèr intelligenda: ¬ dictio איש æquivoca eſt; dicitur enim ab אוש *ſonuit*, vox quæ ſonum habet.

Ala accentus dextra.

אם בהתגלות בוא עמקים נחל .ס מאילא

Ala accentus læva.

שאת *Si ad revelandum ingrediatur profunditatem, poßidebit ſimplicem apprehenſionem.* - Senſus evidens revelandi, (id eſt) manifeſtandi: ־ paulò obſcurior ſenſus *profunditates*, ־ ſignificat æquivocationem שאת.

Expoſitio vocis יבקש

Ala conſonarum dextra.

שפתיו חשב מ׳קרוח יחשך *Labiorum ejus* (vocis pronunciatæ) *cogitatio, pro pretioſo ſpiritu reſervabitur in numeris.* Spiritus pretioſus, eſt rara intelligentia ſpiritualis, & invulgaris. *Sheva mobile*, docet non eſſe moram orationis in primâ voce. - notat dictionem, cujus ſignificatio clara eſt: *Cogitatio.* ק *Dageſh forte* notat ſenſum arcanum rerum Divinarum: *pretioſus ſpiritus.* ־ Significat *vocem integram*, & eſt gloſſema addendum pro pretioſo ſpiritu, vel intelligentiâ invulgari, ſecundum vocem integram in numeris reſervabitur. ש notat actum poſitivum, propterea dictio יחשך non eſt exponenda obtenebrabitur, ſed reſervabitur: ſignificat enim חשך non ſolùm obtenebrare, ſed etiam cohibere, & reſervare: ſignificat etiam dictionem *numerorum* addendam.

Ala conſonarum ſiniſtra.

כל־תושיה בחבונה עם־קלון פי־איש *Totam eſſentiam eius intelligibilem obſcurat* (vocis integræ) *ignominioſa menſura, in numeris ſingularum conſonarum. Sheva mobile* prohibet moram ſermonis. - docet accipiendum eſſe ſignificationem dictionis תבונה apparentem non homonymiam, (id eſt) *intelligibilem*, non *ſenſum literarum. Dageſh forte* notat eſſe ſenſum obſcuritatis, & inevidentiæ. *Obſcurat. Tſeri* monet interpretandum eſſe

gloſſema

glossema *vocis integræ*. שׁ significat sensum vocis, quam afficit, esse in seipsâ actum positivum: qualis est mensuratio vocum per singulas literas, & in materiâ numerorum.

Ala vocalium dextra.

לְהָאוֹר מַחֲרִישׁ גַּם יוּבַשׁ עִשִּׁישׁ *In determinatione excogitandi balbutire, intelligenda est* (vox integra) *in correspondentiâ suâ.* Scriptura interna æqua dicitur respectu externæ: Ergo significatur quòd integra vox יבקש iterabit verbum suum, & sensum *excogitandi*, etiam in scripturâ analyticâ more balbutientium. *Sheva mobile* continuat orationem; - notat dictionem sensûs clarè excogitandi, non *arandi*, & *incantandi*, quas tamen vox illa significat. *Dagesh forte* notat sensum esse in materiâ inevidentiæ; sicut *balbuties* est obscuratio sermonis, & productio verbi sub verbo *Tsere* interserit *vocem integram*. שׁ punctum dextrum docet vocem contesseratam, cui respondet habere sensum actus positivi.

Ala vocalium sinistra.

כְּכַל תּוּשִׁיָּה יִתְלַע יְחַפֵּץ דְּבַר פִּי־אִישׁ *Postquam in integrali sensu miscetur, declinat* (vox integra) *ad verba temporis humani.* (id est) Postquam exposita est dictio sensu integrali, declinat ad sensum numerorum. *Sheva mobile* connectit orationem sine commate: - significatio clara *miscetur*; *Dagesh forte* producit sensum verbi חפץ invulgarem, & non apparentem, *declinat*, *Tsere* interserit *vocem integram*. Punctum שׁ *actum positivum*, quoniam computatur ratio temporum.

Alà accentus מְנוּחָה dextra.

אִלֵּם צוֹר תְּבוּנָה וְקַר־רוּחַ: *Obturat stultus intelligenitam* (vocis integræ) *raro spiritu.* : *Shevah* prohibet distinctionem commatis. - vocem significationis

gnificationis claræ notat: hoc enim in loco stultus simpliciter capitur, prout opponitur sapienti, qui sensum correspondentem analogicè requirit. Totus enim sensus hujus proverbij, pertinet ad mundum venturum similitudinis: qui supponit non esse sensum aliquem arcanum rerum omnium, præter obvium, qui per modum mysterij aperitur, *Tseri* assumit *vocem integram*. ש rem notat actus positivi *spiritum rarum*, (id est) mundo ignotam intelligentiam.

Ala accentus מְנַח sinistra.

אם בהתגלות לבו עם קלון חרפה *Papa in revelatione sensus sui* (vocem integram) *absque respectu honoris, & dignitatis alicuius publicat.* אם pro אמם, Papa prohibuit ullam resolutionem fieri vocum *Hebræarum* inter exponendum: sed יד סתרון accipiendas: & deindè eliciendas esse allegorias, ubi opus esset. Et hoc est קלון nominis levisactio, & vilis æstimatio.

Sheva mobile continuat orationem: ־ clarus est sensus: ־ *Vox integra* interseritur, *Dagesh forte* sensum subesse notat rei occultæ, (scilicet) *expositionis analyticæ*; ש positivum actum significat *publicandi*, & *manifestandi*.

Ala consonarum dextra.

נִפְרָד

נבון שפתיו מחריש רעת *Prudens (sensum analyticum) literarum illarum à se pronunciatarum indignatur scire. Chirek parvum* significat subintelligendum esse *sensum analyticum: Sheva quiescens* notat moram orationis, & comma: ־ significationem æquivocam vocis מחריש *indignatur*.

Ala consonarum sinistra.

בהתגלות חרפה דבר אין צריך *Intelligentiâ* (sensus analytici) *ablatâ, verbum Scripturæ iustum est.*

Chirek

Chirek parvum interserit *sensum analyticum: Shevah quiescens* comma facit: ▪ notat dictionis lectionem homonymam.

בקצי־ארץ חכמה מש פט *In sensu analytico partium Scripturæ* sapientia *recedit vocis integræ pronunciatæ. Chirek parvum* assumit voces *sensus analytici. Shevah quiescens* notat comma esse, vel in illâ voce, vel in superiori. ▪ notat lectionem homonymam dictionis suæ in duas voces divisæ. Ala vocalium dextra.

בחבונה בהגלות נשע *In intelligentiâ sensus analytici inter exponendum fit perturbatio. Chirek parvum* addit glossema *sensus analytici: Shevah quiescens* comma facit in voce illâ: ▪ inducit homonymiam vocis, non sensum obvium *impietatis*. Ala vocalium siniſtra.

להאור שפתיו חבונה יקרוח *Determinando per sensum analyticum literas, & vocales vocis illius, intelligentia frigescit spiritus. Chirek parvum* apponit voces *sensus analytici: Shevah quiescens* facit comma: ▪ notat sensum tropicum in verbis sequentibus, *frigescit spiritus*. Ala accentus אתנח dextra

לא־יחפץ בחבונה עם־קלון חרפה *Non desiderat sensum analyticum pro intelligentiâ, quod cum ignominiâ, vel neglectu nominis se manifestat. Chirek parvum* interponit voces *sensus analytici: Shevah quiescens* distinguit. ▪ notat sensum invulgarem vocis קלון. Ala accentus אתנח siniſtra

בכל־תושיה

חכם אויל חבונה יקרוח על־ישר נריבות לכוח

ש

Intelligit stultus sensum esse rari spiritus (lectionem numeralem consonarum) *ut adæquentur soni similiter*. Significat ergo voces has exponendas esse per computationem Ala consonarū dextra.

computationem numeralem, non per analyticam lectionem: quia multò majorem opinionem habebit apud vulgus hominum, demonstratio ista veritatis Divinæ, quàm quodlibet arcanum sapientiæ, quod per lectionem analyticam producitur. ֫ docet significationem homonymam intelligi sub אוּל. *Dageſh lene* notat ſermonem haberi de materiâ obviâ, puta de ſtultis, quorum infinitus eſt numerus. Idem facit *Dageſh* in תְּבוּנָה, ׀ apponit gloſſema *lectionis numeralis conſonarum.* ש actum perfectum ſignificat, *adæquandi* in numeris conſonarum: ׃ addit gloſſema vocis integræ, (id eſt) ut adæquentur ſono vocis integræ *Dageſh* in ׃ de materiâ non evidenti, ſermonem haberi oſtendit, nempe lectione numerali. ֫ ſignificat aliam vocem ſub לְהָבוֹת intelligi.

Ala ſiniſtra conſonarum.

בְּסִיל אִם־כְּהִתְגַּלּוֹת שְׁאֵת לְאֵיטוֹב בְּמִשְׁפַּט

שִׁפְתֵי׃ לְהַלְמוֹת *Dictionem hanc ſtultam, ſi ad exponendum ſuſceperis, non eſt bonum conſonas numerales legere in formâ terminorum vocis conterendorum. Dageſh lene* ſignificat ſermonem haberi de materiâ evidenti. (id eſt) dictione כִּל תּוֹשִׁיָּה. ֫ monet vocis homonymiam accipiendam, & per ſtultum, intelligendam eſſe vocem, quæ non habet profundum ſenſum rerum ſimilium. *Dageſh lene* in ה monet eſſe rem obviam, de quâ ſermo habetur, *apprehendens*: ׀ interſerit gloſſema *numeralis conſonarum lectionis.* ש rem poſitivam notat *formâ*: ֫ omittitur mentio numerorum, quia in ſuperiori voce facta eſt. ׃ docet ſubaudiendam ſignificationem *vocis integræ*, in formâ terminorum

vocis,

vocis, (id est) *quæ integrè significat. Dageſh* in ֹ notat ſubintelligi ſenſum rei inevidentis. (id eſt) *analyticè conterendorum.* ֹ ſignificat dictionem tropicam *contundere*, pro analyticè diſſolvere.

נִפְרַד יִבְקַשׁ תְּבוּנָה אִישׁ נְרִיבִים לְהִכּוֹת אָבִיו

Ala vocalium dextra.

Analyticus lector requirit ſenſum numeralem cujuſque ſoni vocis totius, ut percutiat Papam ipſum. Camets homonymia, & deflexio ſenſus. *Dageſh leve* ſenſus obvius. *Shurek* mentio lectionis numeralis. שׁ actus perfectus in numeris *Chirek gadol* addit gloſſema *vocis integræ. Dageſh forte*, ſenſus rei novæ, & incognitæ. ֹ homonymia *Papæ* pro patre.

יִת גַּלַּע יִחְפֹּן בִּתְבוּנָה רִשְׁעָמִים לְהַשְׁוֹת מִשְׁפָּט

Ala ſiniſtra vocalium.

Apicum mixtura deſiderat in ſenſu expoſitionis numeralis, perturbare cogitationes (integræ vocis) *ut pertingant ad diem judicij.* (id eſt) Puncta vocis hujus, quæ immiſcentur conſonis, deſiderant ſenſum obvium perturbare, ut perveniant per contemplationem numeralem, ad tempus judicij. *Kamets* homonymiam ſignificat vocis יִת ab תֵּת apice. *Dageſh lene* ſenſus obvius *deſiderandi. Shurek lectio numeralis* interſerenda. שׁ actus poſitivus, ſub formâ privationis. *Chirek gadol* ſenſus *integræ vocis.* מִים contractè dicuntur pro הַמַּיִם ab הֵמָּה. *Dageſh forte* ſenſus rei ignotæ, (id eſt) ſcientia temporis mundi finientis. *Kamets* homonymiam notat diei judicij, pro judicio.

אַתֶּם חַכְמֵי אַתְּפֵנִי גַּרְמֵי רוּחַ כִּלְשׁוֹנוֹ שֶׁבֶר מַבִּיט

אִיכָה

Ala dextra accentuum Makaph, Geresh, Rebin.

אין־לב תוּעֲבֶרֶת *Claudet peritus respectum materiæ numeralis, vel spiritualis, quando in linguâ suâ interpretatur sensu vocis integræ, exaltandi Deum absque sensu signræ ע desolationis.* Quando vox נבל תושיה exponenda est de judicio Dei in Ecclesiam *Romanam*, tunc neque secundum numeros, neque secundum analysin literarum spiritualitèr interpretanda est: sed simplicitèr, pro omni essentiâ. Est autem judicium Dei de *Catholicâ* Ecclesiâ, quòd *Christus* exaltandus sit pro capite Ecclesiæ illius, sicut & cæterarum, absque quadruplici sensu ע significantis solitudinem, & privationem correspondentiæ in specie visibili Ecclesiæ illius, & motu intellectus, & judicio rationis, & opere appetitus. Vocalia puncta etiam ad has alas se extendunt. *Kamets*, sensus tropicus *claudendi*. *Dagesh lene* sensus rei evidentis, *respectus materiæ*. *Shurek* glossema addendum *dictionis numeralis*. ש actus perfectus, *considerandi exaltationem Christi*. *Chirek gadol* glossema subintellectum *integræ significationis*. *Dagesh forte* materia inevidens, *separatio literæ* ע *à reliquâ voce*. *Kamets* æquivocalectio.

Ala accentuum sinistra.

אם־בהתגלות חכמה לפני־רשע נרגן ירדו
משחית ובו ירון נשגב עשיר עוף

Si in revelatione sensus ad formas superficiales (dictio punctis definita) *obmurmuret, ad corruptionem descendant*, (id est) deleantur, *& in eâ currat exaltatus denarius in virtute suâ.* Quando expositio

vocum

vocum in ſenſu obvio, non ſatisfaciet ſcripturæ canonicæ; fiat expoſitio literarum ſecundum numeros. *Kamets* dictio tropica, *revelatio*, *Dageſh lene* ſenſus evidentis materiæ *ad formas ſuperficiales*. ו gloſſema inſeritur *dictionis definitæ punctis*. ש actus perfectionis, ſub formâ privationis, *ad corruptionem deſcendant*. (ſcilicet) ſenſus incongrui. *Chirek gadol* ſubintelligitur in integræ vocis ſignificatione. *Dageſh forte* notat materiam inevidentem (ſcilicet) *numerorum*; *Kamets* dictio æquivoca עשיר *dives*, & *denarius*.

Expoſitio vocis יִתְגַּלָּע.

ע ל ג ת ׳

בכל־תושיה לתאוה גם ליולדתו בעם

׳ ת ג ל ע

Ala conſonarū dextera.

In totâ eſſentiâ ſuâ exponitur integrè, ſecundum deſiderium ſuum, & etiam in generatione ſuâ ſecundum ſubtilitatem. (id eſt) lectione numerali. *Chirek gadol*, ſignificatio vocis integrè accipienda eſt *in totâ eſſentiâ ſuâ*. *Sheva quieſcens*, commate diſtinguit. *Dageſh lene* materia evidens. *Patach* ſignificatio clara vocis. *Dageſh forte* materia inevidens, (id eſt) numeralis lectionis. *Kamets* homonyma lectio vocis בעם diviſæ.

׳ ת ג ל ע

יחפץ בתבונה אם־בהתגלות לבו רשע

Ala ſiniſtra conſonarum.

Deſiderat exponi integro ſenſu, Papa in revelatione ſenſus ſui, modo arcano tumultuans. Significat aliam rationem exponendi verbum hoc, præter ſimplicem, & naturalem, nempe in relectione vocis גלע, & diviſione ejus in גל ע (ut ſuperiùs dictum eſt.) Eſt enim ſenſus lectionis illius quadru-

plicis in expositione ad sensum *Catholicorum*. ע forma visibilis Ecclesiæ *Catholicæ*, sub uno capite, & Doctore *Papâ*. Et ר restrictio motus liberi studentis in verbo Dei. Et *Soph pasuk* determinatio finalis sensus, secundum publicum judicium *Catholicorum*. Et לע sensus perditionis, & rigoris monastici, pro perfectâ viâ beatitudinis æstimata: contra quæ tendebat prædicatio mea. Nam primò, ostendi me novum Doctorem *Catholicorum*, qui à *Papâ* non eram missus: secundò, demonstravi esse aliam rationem legendi verbum Dei: tertiò, esse alium sensum cultus *Catholici*, præter manifestum: quartò, probavi per vitam rigidam secundum disciplinam *Catholicorum*, non fieri legis Divinæ perfectam observationem: propter quæ, turbatus est *Papa*, & librum meum, & opinionem patrèr damnavit.

Chirek gadol inserit glossam exponendi vocem integrè. *Sheva quiescens* comma facit. *Dagesh lene* materiam evidentem. *Patach* significationem claram. *Dagesh forte* materiam arcanam, *de modo arcano*. *Kamets* homonymiam notat in voce רשע.

בכל־תושיה נפרר יבקש לתאוה להכות אביון

Ala dextra vocalium.

In totâ essentiâ ejus, vir discretus requiret ad placitum percussionem Papæ. (id est) In expositione vocum integrarum, requiretur unus sensus feriendi *Papam*. *Hirek gadol* subintelligit dictionem integrè expositam. (id est) in totâ essentiâ dictionis hujus integrè expositæ. *Sheva quiescens* comma facit in superiori voce. *Dagesh lene* materiam evidentem *requirit ad libitum*. *Patach* significatio vocis claræ, & intelligi-

& intelligibilis. *Dageſh forte* materiam rei ſecretæ, *condemnatio Papæ*. *Kamets* homonyma ſignificatio *Papæ* ipſius.

ת ג ל
כסיל בתבונה כי אם בהתגלות להטות במש פט

Ala vocalium ſiniſtra.

Stulta dictio exponitur integrali ſenſu, tanquam Papa revelatus, quòd ſit declinandus in receſſu dictionis. Dicitur expoſitio integralis, etiamſi lectio aliqua ſyllabicè dividatur, quia non æſtimatur pro analyticâ expoſitione. *Chirek gadol* ingerit gloſſema *expoſitionis integralis*. *Sheva quieſcens* comma. *Dageſh lene* materiam evidentem *tanquam*. *Patach* ſignificationem claram, & intellectualem. *Dageſh forte* materiam incognitam, nec opinabilem, quòd *Papa* per λόγον ἐν διαθέτου, ſit deſtruendus. *Kamets* homonymiam vocis in legendo.

ם ן ף פ ס ץ ק
שפתין אויל אדרפני משפט שמח ולא עשק לב

Alà dextra accentus סוף פסוק

Labia ſua integrè exponit ſtulta dictio in formâ judicij lati, & non violenti ſenſus, (id eſt) ſenſus verbi יתנלע integrè expoſiti, eſt judicium Dei latum, non violentum: cujuſmodi eſt quadruplex illud judicium *Papæ*, quod ſuperiùs condemnatur: non eſſe aliam formam Eccleſiæ, quàm quæ dependet à *Papâ*: non aliam verſionem ſacræ Scripturæ, quàm vulgarem; non alium ſenſum rerum in religione *Catholicâ*, præter publicum: non alium cultum Dei ſpiritualem, præter obſervationem carnalem diſciplinæ mortificantis. *Chirek gadol* interſerit gloſſam expoſitionis integræ. *Sheva quieſcens* comma facit. *Dageſh lene* rem viſibilem in formâ. *Patach* expoſitio intellectualis *judicij*. *Da-*

geſh forte res arcana, *latum Dei judicium*. Kametz tropus dictionis *cor* pro ſenſu.

כסיל כאבונה חרפה פי־איש שארת לא טוב צריק

Ala accentus ſiniſtra. *Vox ſtulta exponitur integrâ ſignificatione*. *Increpatio decreti hominis*, (id eſt) *Papæ, qui apprehendere noluit juſtitiam*. (id eſt) correſpondentiam rerum. *Chirek gadol* addit vocem, *exponendi integrè*. *Sheva quieſcens* facit comma. *Dageſh lene* ſenſus notus, *actus increpandi*. *Patach* ſignificatio ſimplex *decreti*. *Dageſh forte* res ignota priùs *Papæ à Deo condemnati*. *Kametz* homonymia *correſpondentiæ rerum*. Iuſtitia enim ſignificat adæquationem rei unius, ad aliam. Atque per ſpecimen hoc analyticæ interpretationis, quæ ad quatuor genera Eccleſiarum ſe extendit, præluxi exemplum, quod in cæterarum parabolarum expoſitione expectandum ſit. In quibus duo ſunt, quæ ſtupendam potentiam verbi fortuiti in analyticâ lectione demonſtrant: Primum, quòd in 30. ſententijs, quæ fortuitò (ſicut homini videtur) occurſu dictionum eliguntur, per grammaticam tamen verborum determinationem conjungantur: ſecundum, quòd puncta canonicæ ſcripturæ, quæ foris nullum hîc habent uſum, niſi ad pronunciationem, (poſſet enim ſententia Scripturæ, etiam ſine punctis, in hoc loco intelligi) in lectione hâc analyticâ rationabilia, & æquabilia perpetuò ſint, ſine omni diſcordiâ; & lectionem vocum conteſſeratarum neceſſariò, & aptè definiant.

Fingunt Poëtæ *Semelen* petijſſe à *Iove*, ut in demonſtrationem veræ præſentiæ ſuæ, ita ad eam veniret, ſicut ad *Iunonem* ſolebat: quod cùm fe-

ciſſet,

cisset, fulguris afflatu exanimata est: sic Ecclesia *Romana* detrectabat fidem adhibere verbo Dei interno, venienti in misericordiâ lectionis; & decretum tulit, ne alia ratio verbi Dei pro Divinâ haberetur, præter eam, quæ secundum puncta grammatica definiretur. Venit ad te ὁ λόγος ὁ διάφετος in ministerio meo, in rigore literæ, punctorum, & accentuum, & illo fulmine judicij feriris, illo afflatu fulguris luminosi exanimaris, & vis vitalis prioris authoritatis, quam habebas in omnibus membris tuis obrigescet. Iam ne forte putetis supputationem hanc admirabilem numerorum non posse in alijs versibus pari tenore perseverare, addam etiam & alios, eodem admirabili splendore sapientiæ, fulgentes: *ut omnis caro videat, quòd os Domini hoc loquutum sit.*

Versus 2.

לֹא־יַחְפֹּץ חִפְצִי כְּסִיל בְּתְבוּנָה וְכִסִּיל
בְּתְבוּנָה כִּי אִם־בְּהִתְגַּלּוֹת לוֹ כִּלְבּוֹ׃

Primò, significat כסיל eum, qui similitudines rerum agitat, & elevat, ut sensum correspondentem inveniat: & indè accipitur pro inconstanti, & levi, propter incertitudinem signorum, quæ ad omnes formas applicari possunt. Et sensus est; *Non desiderabit studiosus sensus correspondentis, intelligentiam signorum, & vocum similem, nisi ut revelet sensum in seipso, & studio suo.* (id est) faciet sensum allegoricum rerum omnium, significare studium suum, in investigando sensum correspondentem:

dentem : ut hæc sit generalis materia significata, quam sub omnibus signis inducet. Et hæc est regula numeri binarij. (id est) *parallelæ relationis* in academiâ seculi futuri. Et hinc exoritur secunda verborum horum interpretatio.

Secundò, *Non desideraret dictio consonalis* כסיל, *declinare ad consonas* תבונה : *neque vocales dictionis* כְּסִיל, *ad vocales* תְּבוּנָה : *nisi ut revelaret duas literas* ל, *&* י *in medio eius.* Dictio כסיל habens ל *extensum*, significat desiderium producendi duas literas, consonam ל, & vocalem י, in proximâ dictione: quoniam summitas literæ ל habet formam י. Et literæ non deberent scribi cum extensione illâ, nisi necessariò, & propter mysterium Scripturæ, ad revelandum repetitionem similium literarũ. Ex hoc fundamento prodit tertia expositio.

Tertiò, *Non desideraret inclinare dictio numeralis* כסיל, significans in consonis 120.) *ad dictionem* numeralem תבונה, quæ valet in consonis 465. & numerus vocalis כְּסִיל 11. ad numerum vocalem תְּבוּנָה 17. nisi ut revelentur ל 15. & י 5. in eo. Quia ל, per extensionem Scripturæ revelatum, valet tantùm 15. & י revelatum tantùm י 5. Et nisi addantur 15. ad numerum 465. non complacebit in eo numerus 120. nullam enim proportionem æquam habent : similitèr nisi addantur 5. ad numerum 17. non complacebit in eo numerus 11. Sed numeris his additis 120. est quarta pars 480. & numerus 11. est dimidium 22.

Quartò, Ex his velut expræmissis, producitur conclusio computationis chronologicæ, ex numeris vocum impletis.

11 480 120 1000
לא יחפץ יחפץ כסיל בחבונה וקסיל
17
בחבונה כי אם בהתגלות לו בבבל

Non desideraret numerus 1000 numerum 120. 480. 11. 22. nisi ut revelaret copulã omniũ in *Babylone*. Summa totalis 1633. qui numerus est confusi status Ecclesiæ *Christianæ*, ad præsentem annum. Dictio יחפץ valet tantùm 998. sed quia adducitur in rationem virtualem numerorum, neque habet proportionem ad alium numerum in textu, propterea augetur binario. Hæc enim regula est, ut omnis numerus, qui adhibetur ad faciendam computationem virtutis, si careat correspondentiâ, augeatur binario, in numeris paribus, & unitate in imparibus; nisi in ipso textu significetur, quòd simpliciter accipiendi sint: numeri enim simplices virtute carent.

Versus 3.

כבוא רָשָׁע בָּא גַּמְגַּם בּוּז קָבוֹא רשע בא גם בוז
וְעִם קָלוֹן חֶרְפָּה חרפה הרפה פה חידיך׃

Cùm venerit perturbatio, veniet iterum, atque iterum direptio eius: cùm venerit superficialis sensus, veniet etiam contemptus eius. Et mysterium levitatis subductâ vocis ignominiâ, revelabit historiam agni. Hæc est tertia regula numeri ternarij in mundo futuro, de rationali adæquatione terminorum propositionis compositorum. Quandocunque videbitur sensus, qui elicitur in correspondentiâ rerum, esse perplexus, & perturbatus: ut iterum atque iterum Lectio 1.

deleatur. Quod si sensus superficialis se offerat pro re significatâ, ut contemnatur. Et genus hoc mysterij leve, quod elicitur per applicationem actuum hominis studiosi pro sensu rerum, sublatâ vocum lectione vulgari, *enarrabit historiam agni:* quoniam sub verbis eius intelligitur.

Lectio 2. *Cùm venit impietas* (scilicet) doctrina Ecclesiæ *Romanæ*, (quam S. *Paulus* vocat *impietatem habentem mysterium pietatis*) *venit etiam contemptus*, (scilicet) justitiæ Divinæ per fidem, cui impietas opponitur. Sed cùm venerit impietas hæc in mundum, *veniet etiam contemptus eius*, inductâ Ecclesiâ *Protestantium*. Veruntamen mysterium illud ignominiosum veræ fidei, sublatâ sermonis ignominiâ, declarabit verbum, & doctrinam Agni *Christi*. Quoniam interna lectio verborum doctrinæ *Catholicæ*, commendat fidem Ecclesiæ *Protestantium*, sicut in posterioribus tubis videbis.

2. Thess. 2, 6.

Lectio 3. *Cùm venit* רשע in consonis 570. *venit etiam balbutiendo*, (id est) crebrâ repetitione vocis בון 15. quoniam 15. reperitur 38^cies in 570. Et cùm venit רָשָׁע in punctis vocalibus 570. venit etiam בּוֹן 7. Et venit balbutiendo, (id est) multiplicando unam vocem super aliam: septies septem, (id est) 49. & 15^cies 49. (id est) 735. & bis 735. (id est) 1470.

Lectio 4. *Cùm venit* רשע 570. *venit etiam contemptus, & spoliatio.* Contemptus vocis רשע est retroversio eius in עשר 10. & spoliatio eius est subtractio 10. de toto suo numero 570. quo facto remanent 560. qui per balbutiem numeri 10. repetiti fiunt 5600. Et cùm venerit numerus רשע mundi impij, hoc modo perfectus, veniet etiam contemptus, & direptio

& direptio ejus in ultimo Anno 5600.

Prætereà, ex superiori ordine numerorum computatur tempus Ecclesiæ *Catholicæ*. Cùm venerit רָשָׁע impietas 7. venit etiam repetendo 7. (id est) 49. & repetendo decies, & quinquies 49. 735. & repetendo bis 735. 1470. Et cùm venerit impietas hæc, veniet etiam contemptus. Ab anno veræ æræ *Christi* inclusivè, (qui incidit inchoatus in annum mundi 3947) computa 53. annos, ad annum apostasiæ Ecclesiæ *Catholicæ*, & adde tempus 1470. quo duraturum erat mysterium iniquitatis, (efficax factum) & incidunt in Annum Domini *Dionysianum* 1520. quandò inductus est à *Christo*, contemptus in fidem *Catholicam*, ne deinceps imputaretur pro ratione salutis, & induci cœpit contemptus inter homines.

Secundus versus exponitur: & sociatum קלון 836. subducto tempore vocalium חֲרָפָה 10. manifestat tempus agni. 836. dempto 10. 826. geminatum 1652. est tempus *Christi* à primo anno æræ veræ exclusivè, ad finalem mundi inclusivè.

Versus 4.

מַיִם עֲמֻקִּים דִּבְרֵי פִי אִישׁ וּמַיִם עֲמֻקִּים ז קכ

דִּבְרֵי פִי־אִישׁ וּדְבְרֵי פִי אִישׁ וּמַיִם עֲמֻקִּים

עֲמֻקִּים דִּבְרֵי פִי אִישׁ וְדִבְרֵי פִי אִישׁ

וְנַחַל נֹבֵעַ נֹבַע מְקוֹר מְקוֹר חָכְמָה Lectio 4

Profunda dicuntur quæ non sunt, vel statuuntur esse, id, quod videntur esse, vel affirmari. Cogitatione

rum. Hæc est regula quinarij, ne elevetur inductivè sensus incorrespondens, & tumultuosus ad gloriam; quia auferendus est ab honore. Neque bonum est declinare res justas, ut formam gerant rerum umbratilium.

Lectio 2. *Non est bonum suscipere* facies dictionis רשע. Facies ejus sunt literæ ' præcedens eam in voce פני *facies*; & ש cum puncto dextro: quia mutato illo puncto, mutatur facies dictionis. Auferes facies ejus diminuendo ' in unitatem, & similitèr punctum quinarij ש in unitatem. Neque bonum est expandere vocem ארץ in formâ macularum, (id est) punctorum, & notarum suarum, (id est) ut numerum ' explices pro 3. sed pro 9. sicut perpetuò observandũ est in supputatione vocis illius.

Lectio 3. Non est bonum suscipere פְּנֵי, & רָשָׁע in pleno valore punctorum; quia numerus שְׁאֵת est plenus valor earum. Dictio שְׁאֵת in consonis 701. & in punctis 13. æquivalet dictionibus פְּנֵי רָשָׁע in consonis 701. & in punctis 13. Et non est bonum declinare אֶרֶץ numerum 223. qui medius est מִשְׁפָּט 446. inter computandum, vel miscere eum cum tempore. מִשְׁפָּט (id est) 446. qui sunt judicium, in quod condemnantur umbræ, & manes maculosi, in annis sequentibus priores numeros mundi hujus, qui damnatis destinati sunt.

Lectio 4. Numerus 701. & 701. sunt 1402. & 223. additis, facit 1625. qui est numerus mundi per revolutionem annorum. Et si addas numeros vocalium priores 26. fiunt 1651. qui terminus est mundi hujus, à primo anno æræ *Dionysianæ*.

Dagesh forte, incurrens ex accidente in primam literam

literam משפט non duplicat, sed addit unitatem. ש in voce רשע valet tantùm unum; & ' in פנ' præcedens רשע: ש in materiâ gloriosâ valet unum, & ' in צדיק 9. Observa verò quod hoc loco רשע sequens vocem פנ', respicitur in gloriâ, in quâ diminuitur valor ejus.

מ 49	צ 96	ר 201	פ 88	ש 311
ש 306	ד 8	ש 302	נ 52	א 3
פ 82	' 10	ע 70	' 1	ת 400
ט 9	' 9			
446	ק 100	573	141	714
	223	714		

Versus 6.

שפתי כסיל יבאו בריב ושפתי חכמים
יבאו בחיך ופיו למהומות יקרא:

Expositiones allegorici per similitudines rerum, & expositiones allegorici per similitudines uerum, in controversiam ingrediantur; & os, vel sermo eius per contradictiones prædicabitur. Quemadmodum inter scholasticos solent materiæ Theologicæ in disputationem adduci, & argumenta in contrarium formari, ut ex eorum dissolutione veritas magis confirmetur: ita in academiâ novi mundi sensus mystici rerum omnium disputatione agitabuntur. Et hæc est regula senarij, qui est universalis abstractio, nod solùm ad formam universalem, verùm etiam à certitudine rerum, ad controversiam. Lectio 1.

Labia (*superiora,*) id est, consonæ vocis כסיל; *ingredientur cum contentione,* (id est) contra generalem regulam, & *labia* (inferiora,) id est, vocales Lectio 2.

ejus.

ejus *ingredientur cum contentione*, vel anomalia; & sermo ejus per contusiones, vel contradictiones prædicabitur. (id est) non legetur בס"ל, sed חס"ל mutatâ ratione consonarum, & valore vocalium.

Lectio 3. *Literæ consonæ* בס"ל *ingredientur in literis* ר"ב quæ valent 212. ergo literæ כס"ל vertendæ sunt in חס"ל, & ' converteudus est in 8. Et sic חס"ל habebit medium ר"ב 106. Et puncta חס"ל inducendæ sunt in puncta ר"ב 4. Ergo ' in חס"ל valebit tantùm unum. *Et mensura* ו. 5. *de contritionibus his prædicabitur.* Item *mensura* ו' 15. *pro fractionibus prædicabitur*, quæ possunt considerari tanquam removendæ de toto numero. Quoniam non per simplicem naturam suam numeri virtuales cuique voci assignabuntur, sed secundum similitudinem rerum, & per proportionem Geometricam, non Arithmeticam: et hæc est lectio vocis כס"ל in statu figuræ.

Lectio 4. *Colligantur omnes numeri* 212. et 106. 8. et 4. et fiunt 330. multiplicentur per ו 5. et faciunt 1650. qui est numerus à primo anno æræ *Catholicæ* exclusivè ad finem mundi. Sed demantur contritiones 15. et remanent 1635. qui est præsens annus 1633. ab æræ verâ *Christi*, et in utroque hoc anno universalitèr abstrahemur omnia ad judicium Dei: *Catholica* Ecclesia in hoc anno judicatur; et totus mundus peccatorum in illo altero ad examen veniet.

Versus 7.

ס' כסיל מחחה לו פי כסיל מרחה לו

ב'

פ' כְּסִיל מְחִתָּה לוֹ פ' כְּסִיל מְחִתָּה לוֹ
ושפתיו מוקש נפשו ושפתאי מוקש

כס"ל dicitur, qui sapientiam, & justitiam Dei quærit sub similitudine actuum, analogiâ perfectâ: qualis futurus est status hominum in mundo hoc restaurato. De illis ergo quatuor generibus distinctis (ut superiùs dixi) datur regula hæc septenarij: qui significat essentialem definitionem. Os Allegorici sensibilium, intellectualium, spiritualium, imperialium est pro vivificatione ejus. Hæc est ergo definitio hominum in illo primo seculo viventium, quòd ipse sermo actuum, quos faciunt in ratione externâ, & simplici, vivificabitur per imputationem justitiæ *Christi*, sicut dicitur, *ex verbis tuis justificaberis*: & de hujusmodi hominibus intelligitur, quòd *ipsi populus sunt*, qui sacerdotibus, & mediatoribus indigeant in altero seculo: *fecit nos Deo Reges, & Sacerdotes*: nullum est enim sacerdotium ad reconciliandum eos, qui sunt in inferno. *Sed determinatio sententiæ hujus judicialitèr latæ per vulgarem rationem* א"ו *scripturæ suæ*, & ו' (id est) ' *literæ in voce* פ *laqueus est veræ intelligentiæ ejus*, ne percipiatur. Videtur enim sententia hæc, non in gratiam *Cesilim* lata, sed in condemnationem. Lectio 1. Mat. 12. Apoc. 5. 10.

1. Dictio כס"ל in duas voces distincta est indicatio ejus à חוה *indicare*. Est enim כְּסִיל *juxta similitudinem exaltatus*, (id est) per imputationem perfectæ similitudinis elevatus ad unionem justitiæ *Christi*. 2. Et dictio ' in voce כס"ל est indicatio ejus, significat etiam כסל *fiduciam*, & ' operationem rationalem, & analogicam, ut sit is qui fiduciam Lectio 2.

habet in operatione analogicâ. 3. Ipsa vocalium interpretatio in dictione כְּסִ֫יל : *Sheva* שבה & חִירק גדל est indicatio, & expositio ejus. Significat enim eum, *qui in similitudine vitam expandendo, magnificatur.* 4. Ipsæ consonæ vocis כסיל sunt indicatio ejus. בה כמך יד למד *qui in similitudine innititur operationis, quam didicit* : qui perfectè insistit in ratione analogicâ, secundum conscientiam suam. Sed determinatio Grammatica Scripturæ כסיל, & literæ ' in פ illaqueant lectorem communem, ne sensum hunc intelligat.

Lectio 3. *Dictio* כְּ *mobilis* in כסיל *est ei in vice* ח *significantis octo*, & *dictio* ' in כסיל *est ei vice* ח (id est) 8. quia ' hic valet tantùm octo: & *mensura vocalium* כְּסִ֫יל *est ipsi vice* ח. 8. quoniam *Chirek magnum* hoc in loco valet tantùm unum. Et *portio* כסיל *in consonis suis, est ex* חתה 413. לא. cum ¼. Ergo in judiciali sententiâ valoris, כסיל continet quartam partem 413. quæ est 103. ¼. Et numerus iste est ¼. numeri 413. & numerus ille est ¼ superioris numeri. Ne verò perturbet te mutatio numeri 106. in 103. ¼. audi de totâ re distinctiùs.

Lectio 4. In triplici ratione considerantur omnes actus humani religiosi, qui in imagine Divinorum incedunt. Primò, per indulgentiam, & sic dictio כְּסִ֫יל simplicitèr accepta sine substantivo præcedente, per quod determinatur, continet in consonis 120. & est numerus pœnitentiæ indultus mundo; & 10. in vocalibus, quia reputatur cultus decalogi spiritualis. Secundò, quatenùs in examen vocantur actus humani, ut judicentur de virtute, & substantiâ eorum: & in eo actu contrahunt se

numeri

numeri *Adami* analogici ב. 20. in ח 8. Et in vocalibus ' unum tantùm significat: hoc fit, cùm præcedit vox שפתי. Tertiò, quatenùs sententia judicialis de eis fertur, ut hoc in loco; ubi præcedit vox פ significans *sententiam*: & in eâ contrahitur numerus consonarum in $103\frac{1}{4}$. quod fit diminuendo numerum ל. ad $27\frac{1}{4}$. Et fit totum hoc juxta similitudinem rerum Divinarum. Quoniam quandò pervenient *Cesilim* illi alterius seculi ad sabbatum essentialis justitiæ, convertetur כ *similitudo* in ח *vitam*: et' *operatio rationalis*, in ח *vitam*: et numerus legis determinantis actus, in ח *vitam*; et doctrina humana ל minuetur in $27\frac{1}{4}$. quæ sedes est octonarij, ח *vitæ*. Ergo כסיל $103\frac{1}{4}$. est $\frac{1}{4}$. numeri 413. et numerus iste est $\frac{1}{4}$. totius numeri 1652. et hæc est summa temporis *Christiani*, secundum æram communem incidentis in sabbatum primi anni in mundo futuro.

Versus 8.

דברי נרגן כמתלהמים והם ירדו
חדרי בטן: דברי נרגן כמתחלמים
והם ירדו חדרי בטן: דברי מרגן
כמתלהמים והם ירדי חדרי בטן

Verba, vel lectiones vocis נרגן triplices sunt. Primò, tanquam commemorantia, (id est) habentia sensum dicendi per signa rerum naturalium, (id est) נרגן *lucerna*, vel cogitatio *tegens*, et confirmans: et ipsa descendunt in interiora בטן (id est) conjungenda sunt sensui, qui oritur ex verbo בטן eo modo diviso. Secundò, verba נרגן sunt Lectio 1.

tanquam vulnerantia, et cædentia נתך, securis ך. Et illa significatio descendit in interiora. בָּטָ֫ן, quæ sunt קמץ סגל *Contractio virtutis naturalis, & sensus arcani.* Tertiò, lectio, et verba נרנ sunt tanquam commemorantia literam מ: (id est) נ in principio נרנ mutatur in מ. et legitur מרנ *vir paradisi*, et illa verba descendunt in arcana בּ מ significantis ךָ syllabam.

Lectio 2.1 Octonarius significat exemplarem propositionem rei cujusvis, et hæc parabola tradit triplicem modum ejus, in seculo futuro: sicut etiam in præsenti. Quia modus loquendi de rebus Divinis, vel est in formâ verborum, quorum sensus simplex convenit cum rebus significatis; vel sub formâ verborum, quorum interpretatio obvia, contrarium facit sensum, ad rem, quæ intimè intenditur: vel clarè res ipsas Divinas eloquitur, sine omni figurâ. Primus modus est lucerna, vel cogitatio tegens, et conservans sensum, quem intendit significare: et verba hujusmodi descendunt in interiora בּמ *lectionis*, vel *enunciationis filiorum novissimorum*: Filij novissimi dicuntur *Protestantes*, de quibus dicitur: *Erunt primi novissimi, &* Matth. 19. 30. *novissimi primi.* Omnia ergo symbola, quæ præse ferunt sensum exteriorem bonitatis, et perfectionis naturalis, intelligenda sunt loqui, de Ecclesiâ, et fide *Protestantium.* Secundus modus est tanquam נרנ *securis filij novissimi*: et hæc est forma loquendi more *Catholicorum*, quæ fidem *Protestantium* directè oppugnat: et hæc descendet in interiora בָּטָ֫ן (id est) *Kamets, segol*, contractionem virtutis propriæ, vel contractionis propriæ arcanum.

num. Quoniam fides *Catholicorum* posita est in signum ejus cui contradicit : & expositio intima verborum fidei *Catholicæ*, significat totam praxin fidei illius tollendam esse, & resignandam *Protestantibus*. Et de his dicitur, *quòd gloria eorum sit in ignominiâ*. Quia cùm signa externa rerum, & verborum Ecclesiæ *Romanæ* effundũt arcanum suum, quæ est gloria ipsorum, per illam abolentur. Sicut circumcisio *Iudaica*, significabat inter alia, ipsum carnalem sensum, & usum circumcidendi abolendum esse, quia præputium esset. (id est) præjudicatus sensus alterius interioris. Tertius modus est tanquam מרגן *libertas à tegumento*, vel rebellio, (id est) ratio loquendi de rebus Dei, sine omni velo, & figurâ, quæ contradicit formæ loquendi *Catholicæ*. Et hæc est prædicatio *Protestantium*, & descendit ad interiora Agni Dei, (quatenùs sub formâ ך consonæ, habet omnia in se recapitulata) ut clarè de Deo loquentis, secundum naturam rerum, absque respectu figurarum, quibus in mundo tegitur. Phil. 3. 19.

Verba numeralia מרגן, sunt in modum per se commemorandi, (id est) sine relatione ad alium modum similem numerorum, sicut in prioribus exemplis habetur. Numerus ergo מרגן simpliciter acceptus, sine respectu prioris numeri, est 953. & descendit ad interiora מרגן *sectionis*, ן separati à reliquo numero (id est) 700. Secundò, verba numeralia מרגן (id est) ן præcisi à reliquâ voce, & similis secuti, (id est) 700. descendunt in interiora מרגן (id est) numeros vocalium, quæ sunt interiores respectu consonarum, & valent 8. Tertiò, Lectio 3. & 4.

numeri simpliciter accepti נרגן, sunt tanquam commemorantia מ in מרגן 943. et descendunt in interiora בטן consonarum 711.

Lectio 4. Numerus 953. commixtus cum 700. fit 1653. et est summa annorum ab æra vera *Christi*, ad finalem inclusivè. Secundò, numerus 700. est tanquam divisus, et sectus à reliquis; et descendit in interiora 8. octo verò sectiones (id est) octies 700. sunt 5600. et est numerus totius chronologiæ humanæ. Sicut dicitur 10. *Ecclei. Da partem 7. & etiam 8. si nescis quis* (scilicet) *numerus, sit futurus, contritio, & desolatio terræ.* Tertiò, numerus מרגן 943. descendit in interiora בטן 711. et fiunt 1654. et attingit regnum agni in mundo futuro, à primo anno æræ veræ *Christi*.

Versus 9.

גם מתרפרח במלאכתו את הוא לבעל
משחית

גם מתרפרח במלאכתו את הוא לבעל
משחית

מתרפרח גם מתרפרח במלאכתו את הוא
לב על משחית

Lectio 1. Etiam otiosus in opere suo, similis est ב (id est) בית Dysticho in corruptione, (id est) Dysticho defectivo; nam בית Hebraicè usurpatur à Rabbinis pro Dysticho. Regula est novenarij in altero seculo, qui significat heterogeneam deductionem intentionis

intentionis à studio sapientiæ ad res alias ; de quo pronunciatur, quòd similis futurus sit Dysticho corruptionis, et defectus, (id est) tantùm carebit in gloriâ suâ, et habebit potestatem destructionis, non generationis, cujus formam exhibet.

גם, id est, *Gemara* otiosa in opere suo, simi- Lectio 2.
lis est domui super corruptionem, (id est) cloacæ. Est verò *Gemara* tota doctrina, et scriptura magistrorum legis *Judaicorum*, quam tradiderunt definitivè, qui liber est tanquam cloaca absurditatum, et ineptiarum.

Numerus מהרפרח 747. et 747. in opere suo, Lectio 3.
(id est) in numero 498. similis est binario posito super משחית (id est) 2. super 498.

Vox מהרפרח continet in consonis, et vocali- Lectio 4.
bus 747. quoniam *Digestio forte*, quod significat duplicationem intentionis, in voce significante remissionem intentionis, quiescit, et evacuatur: quia secundum similitudinem rerũ, numeri activi ordinantur Bis verò 747. fiũt 1494. Et numerus hic in מלאכתה 498. (quæ est tertia pars sui) similis est numero משחית 498. geminato. Nam quia corruptionem significat, suscipit formam corruptionis: quia ש cum puncto *shemol* transit in 60. & מ initiale, medietatem amittit, et ponitur pro 20. quia מם breviatè dicitur ab המם significante *cogitationem*, et *studium*, quod in homine negligente remittitur. Et ב scriptum super vocem, significat geminationem ejus. 498. bis. Ratio parabolæ hujus chronologica, determinat totum tempus

Ecclesiæ

Ecclesiæ *Romanæ* proprium, quatenùs à vero studio sapientiæ, & vitæ justificationis per fidem, remisit intentionem, ad studium mortis, & mortificationis corporeæ; hoc est enim מתרפה: & continet totum tempus à Nativitate *Christi*, ad annum 1518. qui est primus annus completus, quandò vir Dei *Lutherus* prædicare cœpit; demptis tantùm 24 annis: à 30. anno *Christi* inclusivè, ad 20. annum post mortem ejus. Quoniam in illis 24. annis, floruit verum studium sapientiæ, in ministerio publico Ecclesiæ: toto autem reliquo tempore, fuit Ecclesia Dei publica מתרפה mortificationi carnali vacans. Et temporis hujus duratio, duobus modis describitur per repetitionem vocis מתרפה 747. qui sunt 1494. fuit enim vacatio ad mortem: & per nomina duo מלאכתו, & משחית operatio in ἀπωλείᾳ 498. & 996. Licet enim S. Apostoli, & postea Patres in Ecclesiâ *Catholicâ* vixerunt, sicut *Moyses*, & *Aaron* cum rebellibus *Judæis*; tamen *non erant illi Ministri literæ Evangelij, & mortis, sed vitæ.* 2.Cor.3.6.

Versus 10.

מגדל עוז שם יהוה בו ירוץ צדיק ונשגב

Lectio 1.

Turris fortitudinis est nomen Dei, in eo curret justus, & exaltabitur. Nomen Dei duplex est, contemplativum, & practicum. Contemplativum est יהוה! *EST.* (id est) verbi enunciantis complacentia fortuita, in cujus oratione, & testimonio *Protestantium* fides currit, & elevatur ad gloriam: sicut

ex

ex omnibus exemplis à me allatis apparet, quæ tendunt ad confirmationem Ecclesiæ nostræ.

Secundò, turris fortitudinis practicæ, est nomen Dei practicum יהוה. Denariorum complacentia fortuita (id est) numerorum harmonica dispositio, in lectione hâc fortuitâ parabolarum. Et per eam fœlicitèr procedet Ecclesia *Protestãtium*, & exaltabitur supra *Catholicam*. Quia non solùm potestatem habet demonstratio hæc numeralis ad persuadendum, & convincendum rebelles mundi hujus spiritus: verùm etiam activè, & positivè vim habet ad terminandum numerum mundi sensibilis. Et hæc est regula denarij, reducentis omnem anomaliam homogeneè. Lectio 2.

Dictio מִגְדַּל עֹז in punctis continet 20. inchoatè & æquivalet numero vocalium nominis יְהוָה 20. quoniam *Athnach* sub nomine Dei valet 3. & in eo curret justus צדיק in punctis simplicitèr 19. Sed quia non habet aliam vocem numeralem, cui conveniat, inter numerandum additur unitas, (ut dixi) & exaltatur in 20. Lectio 3. Et fractio ד completur per relationem ad numerum nominis divini.

Prætereà, turris est fortitudinis nomen יהוה in consonis numeralibus: quia sicut יהוה in figurâ valet 25. tantùm, (ut suprà dictum est) per quem numerum fit mensura conformis ad dividendum centenarios, & millenarios; sic idem nomen in naturâ valet 26. & in eo curret צדיק *justus*. Quoniam per 8. numerationes 26. numerus צדיק efficitur (i) 208. & etiam exaltatur. Quoniam numerus יהוה 26. multiplicatus per צדיק 208. producit 5408. quibus si addas tres reliquos numeros vocalium ejusdem nominis 20. qui faciunt 60. Lectio 4.

egreditur numerus 5468. qui est numerus chronologiæ mundanæ, ad Annum Domini vulgarem 1519. quandò cœpit justus *Protestans* liberè currere in confessione nominis Divini, & exaltari in gloriam.

Atque hæc sunt quæ de chronologicâ ratione mundi totius, & Adventus Domini *Iesu* instantis pro temporis angustiâ dicenda habui: sicut enim festinavit *David*, cùm *Goliam* instantem videret, ut calculum illi in frontem impingeret: ita ego cùm complacentiæ secularis numerum in hoc anno occurrentem intelligerem, summo studio properavi, ut calculum computationis chronologicæ, in fronte anni hujus visibilis infigerem, qui nullâ vi humanâ avelli potest. Concurrant enim omnes mirabularij vestri, & quæcunque facta sunt prodigia, & signa sensus mendacis in unum congerant, neque tamen vim prædicationis meæ enervabunt, quæ cum tantâ veritatis Divinæ demonstratione à me facta est. In manus meas tradita es, ò Ecclesia *Romana*, undè nemo te eripiet. De signis enim visibilibus, quantâcunque veritate factis, potest dubitari, quem in finem facta sint, & quo sensu accipienda sint verba doctriuæ prædicatæ, quæ talibus prodigijs confirmantur. Quia doctrina Synagogæ *Iudaicæ*, miraculis multis confirmata est, & miraculis etiam multis subversa. Sed de veritate signorum, quæ à me exhibita sunt in genere, dubitari non potest, neque de sensu, qui sub illis intenditur. Forte enim est vinum allegoricæ similitudinis constantis, fortis est rex rationis Logicæ supremæ, quæ ex principijs receptis

1. Reg. 17. 48.

3. Esdræ 3. 10.

ceptis progreditur; fortis est mulier pulchra, demonstratio signorum visibilium, sed omnibus fortior est veritas τῦ λόγυ ἐνδιαθέτυ. Vana est enim plerumque similitudinis convenientia, vana ratio discursus humani, vana signorum demonstratio, sed sola veritas hæc verbi interni Divina est, & æterna, quæ per omnes libros, & per omnes linguas vagatur. *Quàm immensa est enim potentia verbi Dei, quod paucis verbis facit diem eructare verbum alterius diei, & noctem alterius noctis exhibere scientiam! & distinguit non solùm medullam, verùm etiam compagem,* & contextum omnis sensus spiritualis: et Ecclesiam *Romanam* nudam, ϗ πεπεριλισμένην exhibuit ad demonstrationem pudendorum ejus. Quantæ etiam potentiæ est, rationem rigidam, et immisericordem numerorum ita disponere, per consonantias mutuas vocalium, et consonantium, ut flamma veritatis chronologicæ in altare hoc numeris structis descendat. Supponamus enim quòd Ecclesia *Romana* velit pro se pugnare, contra manifestã hanc veritatem, et apologiam facere, & demonstrationes mathematicas ad sensum factas negare: ex ipsis verbis eorum, ordinato more dispositis, producam iterum confirmationem doctrinæ hujus, cum tantâ argumentorum copiâ, et fallaciarum contrariarum elencho, ut nullâ potentiâ rationis humanæ liberè loquentis, et scribentis, possit cum eâ comparari; cujus exemplum in sequentibus tubis exhibebo. Vbi ex decretis *Concilij Tridentini*, in quadri formâ ordinatè digestis, et ex ipso sensu literali

Pſal. 19. 2. Heb. 4. 12.

rali verborum, revelabo veritatem fidei *Protestantium*: ut omnes stupeant ad potentiam verbi ἐνδιαθέτου. Et ut brevitèr dicam cum Domino, solvite templum hoc veritatis à me constructæ, et tribus diebus, (id est) rationali demonstratione erigam illud.

Joan. 2. 19.

CAP. 50.

Conclusio totius operis, & demonstratio Judicii Dei.

NVNC si ex omnibus his characteris, verbi, rationis, demonstrationibus mirabilibus, tantam acquisivi authoritatem, ut spiritum Dei habere me credatis: absque ulteriori negotio exponendi scripturas in testimonium eorum, quæ à me deinceps dicentur, simplicitèr progrediar ad operis totius conclusionem, quam tamen in sequenti tubâ ex verbo Dei confirmabo. Et quoniam *factum est vespere, & manè, dies unus*: Vespera etiam hæc judicij Dei tremendi, sicut à centro Ecclesiæ *Romanæ* incœpit jam in parte, ita ad demonstrandam sententiam Dei in alios progredietur, qui à veritate Evangelij defeciverunt. Sicut enim *Romani* ad lævam, ita & *Puritani* ad dextram declinarunt. Et quemadmodum si duo homines tergis oppositis progrediantur continuò, alter ad orientem, alter ad occidentem; tandem frontibus in se conversis concurrent: ita *Puritani*, qui ab Ecclesiâ

Deut. 17. 11.

clesiâ *Romanâ* profitentur se tam directè discedere, ut *Protestantes* alios secretæ cum hostibus conspirationis insimulent, tamen in veritate tendunt ad occursum eorum. Nam cùm terminos libertatis, & suavitatis Evangelicæ à jugo legis egrediuntur, ut rigidæ, & terrenæ disciplinæ formam confirment, in eosdem scopulos justitiæ *Pharisaicæ* impingunt. Vt verò intelligatur, qui sint pro *Puritanis* habendi, & in quo consistit secreta Diaboli deceptio, quâ miseri homines capti sunt, brevitèr rem declarabo.

Duplex est lex Dei, altera secundum carnalem, & literalem intelligentiam, quæ peccatum, & mortem producit in omnibus, qui per eam justificari quærunt; altera, spiritualis, quæ vitam, & iustitiam efficit in illis, à quibus observatur. Et duo hæc genera inter se non minùs differunt, quàm terra à cœlo. *Non sunt enim viæ Dei,* (id est) leges, *sicut viæ hominum; neque cogitationes Dei, sicut cogitationes humanæ. Quia non possimus cogitare aliquid à nobis in rebus Dei, sicut oportet, tanquam à nobis*; atqui literalem sensum legis possumus à nobis (id est) vi humanâ cogitare, non est ergo illa cogitatio Dei: sed contrà, *stultus fit omnis homo à scientiâ suâ.* Quòd si stultus fit omnis homo per scientiam suam, sequitur necessariò, ut malus sit omnis homo per bonitatem suam. Si enim id, quod facit sub ratione boni in quantâlibet parte, bonum sit apud Deum, tunc iudicium illud rationis, per quod intellexit hoc esse faciendum, non erit stultum, sed sapiens. Igitur iustitia *Christi*, per cuius imputationem salvamur, non est iustitia

Rom. 8. 2.
Rom. 5. 10.
Habac. 2. 4.
Esai 55. 8.
2 Cor. 3. 5.
Ierem. 10. 14; et 51. 17.

legis externæ. Quia *per opera legis non iustificabitur omnis caro. Christus* verò caro fuit quatenùs homo, quia *Verbum caro factum est*. Et, *si iustitia sit ex lege, frustrà Christus mortuus est*; atqui, si *Christus* iustificatus sit ex lege externâ, sequitur necessariò, ut iustitia sit ex lege, quia per illam *Christus* iustus esset.

1. Cor. 1. 3.
Rom. 3. 20.
Ioan. 1. 14.
Gal. 2. 21.

Addo huic aliud fundamentum: quòd licèt vera iustitia legis sit spiritualis, (id est) allegorica, (ut ait S. *Hieronymus*) & per communicationem iustitiæ huius per fidem salvi simus, & in illâ ratione iustificandi, nullum opus legis carnalis ingrediatur; tamen externus noster homo obligatur ad omnes leges Dei externas, & etiam hominum, quatenùs cum rectâ ratione consistunt. Sed operatio hæc non pertinet ad iustificationem hominis apud Deum, sed apud hominem; & ut Deum in opere visibilis iustitiæ glorificemus: ostendendo tanquam in imagine, & actu scenico pietatis, & decoris externi, quæ sit pulchritudo interioris hominis, quæ mundo invisibilis est.

1 Cor. 1. 3.
Gal. 4. 30.
1 Pet. 2. 13.
Psal. 16. 2.
2 Cor. 15. 49.
2 Pet. 3. 4.
2 Cor. 4. 10.

Appono huic tertium fundamentum: quòd *Christus*, qui liberavit nos perfectè à servitute legis carnalis in spiritu, temperavit etiam æstum observationis eius carnalis in vitâ externâ: per hos limites, ut *studiosi simus faciendi opera bona, propter necessarios usus*. Est verò necessarius hic usus, non ad iustificandum apud Deum, sed propter utilitatem publicam societatis humanæ, in quâ vivimus. Per quod excluditur tota curiositas vitæ Religiosorum, quæ non est necessaria ad usum vitæ communis, sed potiùs separatio ab eâ. Nam *non fu-*

Mat. 20. 12.
Esai. 25. 4.
Tit. 3. 14.

rari,

rari, non mœchari, non occidere, non calumniari, &c. ita necessaria sunt, ut sine eis non possit vita communis sustineri. Quicquid ergo ulteriùs præstatur, præter hos necessarios usus, & opera charitatis, non est ex disciplinâ *Christi*; sed fraude Diaboli, ut per πλεονεξίαν ad iustitiam humanam relabamur & servitutem legis. Omnis enim bonitas operum externa, similis est manna, de quo, *qui multùm collegit, non abundavit, & qui parum, non defecit*: dummodò *Gomer* suum (id est) mensuram sufficientiæ haberet. Avaritia enim hæc spiritualis abundandi in bonitate temporali, supra hos limites, radix est omnis mali, spiritualis & principium omnis superstitionis. Exod.16.18. 1 Tim.6.10.

Nunc ut regulam hanc rectitudinis Divinæ, ad curvitatem curiositatis *Puritanicæ* applicem; in tres gradus eos dispertiam: primus est eorum, qui à formâ gubernationis, & leiturgiæ Ecclesiasticæ in *Angliâ* nostrâ receptæ abhorrent; & puritatem popularis ministerij à *Calvino* propter necessitatem introductam *Genevæ*, & ceremoniarum indecoram nuditatem, tanquam *Palladium* cœlo delapsum venerantur: tantumque pietatis momentum in eo collocant, ut ministerio suo se abdicent, & Ecclesiæ etiam unitatem quandoque derelinquant, potiùs quàm ut hæc patiantur. In quo, se *Christi*, & ministerij eius gloriam aversari, palam profitentur. Supponit enim D. *Paulus*, quòd populo *Christiano* regnum adepto, ministri eius simul regnaturi sint. Qui ergo invident ministerij *Christiani* divitijs, & gloriæ, & potentiæ, ostendunt se æstimare, quòd magis sit ad gloriam Dei 1 Cor.4.8.

privatio

privatio rerum harum in ministerio, nisi quantùm ad necessitatem vitæ requiritur, quàm abundantia: in quo, manifestè sectam ἀπωλείας profitentur.

2 Pet. 2. 1. Est enim ἀπώλεια voluntaria privatio bonorum vitæ huius, ut divitiarum, honorum, potentiæ, & splendoris mundani, sub prætextu majoris perfectionis indè adipiscendæ; tanquam non possit per-

1 Tim. 4. 4. fectio ministrorum cum illis consistere. *Paulus* enim testatur nullam creaturã Dei esse ἀπόβλητον, sed suscipiendam cum gratiarum actione. Et hoc ipso fundamento, omnes Religiosorum ordines, & regulæ nituntur. Qui verò propter decorem vestitus Ecclesiastici, & paucissimarum ceremo-

2 Cor. 3. 17. niarum non gravem usum, scandalum patiuntur,

Gal. 2. 13. ostendunt se homines carnales esse, omni spiritua-

Luc. 1. 25. li intelligentiâ vacuos, & Evangelij hostes. Cùm

Luc. 17. 20. enim *Christus* libertatem fidelium in omni indifferentiâ rerum externarum stabiliverit, & regnum Dei in interno cordis secreto concluserit; isti contrà ad res exteriores excludunt.

Secundus gradus *Puritanorum*, est eorum, qui non contenti civilis vitæ honestate, & sanctimoniâ, quam lex *Christi* desiderat, rigorem vitæ quendam sibi formarunt: & præcisam curiositatis legalis formam, non in operibus bonis, quæ ad usus necessarios accommodata sunt, sed in amputatione omnium vitæ consolationum, etiam honestarum, tantumque in eâ sibi placent, ut fideles cæteros etiam piè, & honestè viventes, tanquam

Jud. 19. homines profanos, & reprobos aversentur: maximum verò pietatis fructum æstimant, multa-

rum

rum concionum auditum, tanquam auditores verbi, & non factores, justificentur. Quo facto in numero eorum se collocant, qui semper discunt, & nunquam ad scientiam veritatis perveniunt. Simplex enim doctrina Catechismi est, per quam instruimur in Divinis, per quam etiam solam benè intellectam, & creditam justificamur: licèt nulla etiam concio prætereà haberetur. Non hoc dico, quòd concionibus, quæ diebus Dominicis, & festis, in singulis penè parochijs habẽtur, detraham; sed quòd curiositatem illam peregrè eundi ad conciones audiendas tanquam superfluam, & periculosam condemnem. Quia non est regnum Dei cibus, & potus (id est) multiplicitas documentorum, sed justitia per fidem, & sanctitas bonæ conscientiæ, & gaudium, & pax in Spiritu sancto. *Erit enim opus iustitiæ pax, & cultus iustitiæ silentium, & securitas usque in sempiternum.* In omnibus verò *Puritanis* observare licet tetricam frontem, & gemitum spiritus, & immisericordiam, & in plerisque tantos conscientiæ scrupulos, ut nullum omninò gaudium percipiant. Qui etiam idolum sabbaticum in locum sanctitatis induxerunt, cùm que sufficeret ad rectum diei illius cultum, simul convenire ad orandum, et publicam fidei professionem faciendum, et audiendum verbi prædicationem (siqua futura esset) reliquam verò diei partem honestæ corporis recreationi tradere: isti elevarunt servum supra dominum: & *Protestantem*, qui sabbati dominus est, in servum, et mancipium ei addixerunt. Quo facto ostendunt se per curiosum carnalis sabbati cultum, maximos

Rom. 2. 13. 2. Tim. 3. 7. 1. Pet. 1. 2. 2. Pet. 1. 8. 1. Cor. 15. 3. Rom. 14. 17. 1. Ioan. 2. 27. Isai. 32. 17.

Mar. 2. 28. omnium sabbati spiritualis violatores esse. Est enim verum sabbatum Dei, quies animæ in ratione iustificationis in solâ fide sine operibus, et in libertate ab onere legali mundanæ iustitiæ. Qui ergo rigidam illam sabbati observationem premunt, ut sine illâ fidem, & professionem *Christiani* inanem æstiment, manifestè inducunt opera servilia in sabbatum Dei.

Hebr. 4. 9. Isai. 32. 17.

Tertius gradus *Puritanorum*, est quorundam Laïcorum, qui tanto reformationis imaginariæ zelo correpti sunt, ut causarum omnium cognitionem, in controversâ religionis materiâ ad se revocaverint, secluso toto Pastorum suorum concilio. Atque hi sunt *Parliamentarij*, qui in superioribus regni comitijs volebant omnes fidei controversias, quæ per multos annos in Ecclesiâ hâc acciderunt, ad cognitionem, et determinationem suam revolvi: et universum conventum Episcoporum, & aliorum hominum doctorum, tanquam malæ fidei suspectum, à toto negotio disiungere. Et nisi prudentissimus, & fortissimus Rex obstitisset violentiæ, & insaniæ huic populari; et comitia maturè dimisisset, videbatur res ad seditionem spectare. Qui eo nomine à *Christo Domino* veniente copiosam, et gloriosam mercedem recepturus est.

Num. 16. 24. Atque hi sunt congregatio *Coreh*, *Dathan*, *On*, et *Abirom*; qui propter conspirationem suam contra ministros Dei, vivi descenderunt in infernum. Significat enim *Coreh*, ad verbum *calvum*, qui omnem comam honoris, et divitiarum à capite Ecclesiæ nostræ evellere cupit. *On*, significat hominem mœstum, et indignantem alios. *Dathan*,

than, Statutarium, sive *Parliamentarium*. *Abirom*, *Papam Romanum*, vel benevolentem *Romæ*. Quid enim ait *Abirom*? Maxima est vobis (id est) regula fidei, quòd Ecclesia *Catholica* sancta sit, et *Deus* sit in medio ejus. Quare ergo elevatis vos supra Ecclesiam *Catholicam*? Maxima est vobis, ô *Episcopi*, aiunt *Coreh*, et *Dathan*, et *On*, quòd tota Ecclesia ministrorum *Dei* sancta sit, et *Deus* spiritu suo omnes indifferentèr illuminet, in lectione scripturarum. Quare ergo elevatis vos supra reliquos ministros? et quare assumitis vobis solis cognitionem causarum religionis. Num. 16. 3.

Propterea audite judicium *Dei*, viri rebelles, quicunque in exitu libri hujus inventus fuerit Ecclesiæ *Romanæ* fidem amplectens, non habebit partem in resurrectione primâ; sed mortem secundam gustabit. Excipiuntur tamen ex incendio illo: quicunque omni confidentiâ propriorum operum depositâ, in solâ *Dei* misericordiâ, et *Christi* meritis spem posuerunt: ita tamen, si derelictâ imposterùm Ecclesiâ *Romana*, ad unionem *Protestantium* se adiungant: Excipiuntur etiam quicunque intellexerunt, vel crediderunt esse aliud mysterium significatum sub religione *Catholica*: ita tamen, ut deinceps à communione eius discedant. *Cecidit enim, cecidit Ecclesia Romana, & facta est habitatio dæmoniorum; & custodia omnis spiritus immundi, & custodia omnis volucris immundæ, & odibilis. Exite de illa populus meus, ne participes sitis peccatorum eius: quoniam pervenerunt peccata eius usque ad cœlum*, negando verbum internum *Dei*, et cultum spiritualem interiorem. Apoc. 18. 2.

Quicunque fermento illo *Phariſaico Puritanorum* intinctus eſt, niſi pœniteat ſe ſuperbiæ, et rebellionis prioris, non erit particeps primæ reſurrectionis. Sed quicunque in exitu huius libri invenientur fideles *Proteſtantes*; ſi veſtimenta gloriæ ſuæ in Religione *Catholica* propoſita, aſſumant cum unitate veteris Eccleſiæ *Catholicæ*: rapientur obviam *Chriſto* in nubibus. Hic tamen cautio adhibenda eſt. Quicunque enim fidem *Proteſtantium* amplectuntur, pravis tamen moribus gloriam profeſſionis ſuæ contaminaverit, erit vas iræ in domo Dei in æternum. Videor ne vobis contradictoria loqui, quia eundem ſalvandum virtute fidei iuſtificantis affirmem, et tamen propter vitæ impuritatem in vas iræ vertendum? intelligite ergo clariùs ſapientiam diſpenſationis *Divinæ*. Fingite vobis in animo, omnes *Anglos* in captivitatem abductos à *Turcis*, eoſdemque poſtcà per Regem *Angliæ* liberari, et in patriam ſuam reduci, numquid omnes Principes, et Nobiles, aut Iudices erunt? nonne etiam neceſſarium eſt habere miniſteria vilia, ut lictores, tortores, carnifices, carcerum cuſtodes, &c. Ita ſe habet regnum Dei, etiamſi omnes fideles, ex poteſtate Dæmonis eripiantur, non tamen omnes fient Reges, et Iudices, et Sacerdotes: tunc enim ubi erit populus regendus, et iudicandus; neque omnes in regno huius mundi, quod ſubjicietur *Chriſto*, habebunt poteſtatem diſpenſandi, et largiendi bona mundi, ſed tantùm infligendi pœnas. Non intelligo pœnas futuras in ſeculo beatorum, ſed quia mundus iſte præſens, poſt diem iudicij, converteretur in inferni ſtatum.

Iſai. 52. 1. Matth. 22. 11. Apoc. 16. 15.

Et ſicut

Et sicut omnes plagæ *Ægypti* dicuntur fuisse *immissiones Angelorum malorum*, ita omnia bona mundi illius administrabuntur per illos, qui decorem vitæ piæ adiungendo fidei suæ, potestatem acquisiverunt super bona mundi huius. Et contrà, omnes pœnæ illius status infernalis, ministrabuntur per illos, qui fidem iustificantem habuerunt ad Deum, sed turpitèr in externâ conversatione vixerunt, ut illi bonorum Angelorum locum habeant in mundo futuro, hi vero officium Dæmonum. Significat enim vas iræ, instrumentum ad recipiendum potentiam pœnarum, & effundendum; & contrà, vas honoris, instrumentum aptum ad suscipiendum, & largiendum gratiam. Itaque si pestis, vel fames, & lues, & morbi, & mors, & quæcunque mala infligenda sint, per iudicium *Christi*, in mundum damnatorum, imperabit vasis iræ, (id est) illis, qui vile habent ministerium, & potestatem earum plagarum, ut judicia sua exequantur. Ex eâdem enim materiâ argenti puta, & auri, fiunt vasa alia ad honorem mensæ Regis, & alia ad sordes suscipiendas: ita licèt una sit materia fidelium, tamen magna erit differentia usus ejus. Quoniam unusquisque in hoc seculo iudicium proprium de seipso statuit. Qui enim unà cum fide sanctâ *Protestantium* piè etiam vivit, dedicat seipsum suscipiendo potestatem bonorum hujus mundi sensibilium, sicut suscepit intelligibilium virtutum, & contrà, qui flagitiosè vivunt, destinant se suscipiendo omnes plagas, & damna mundi huius in futuro seculo: sicut susceperunt formas eorum antitypas, in vitijs, & malis moribus. Sed alia est

Psal. 78. 49.

Rom. 9 21.

Apoc. 22. 12.

ratio *Catholicorum*, qui non sine operibus salvantur: est enim hæc generatio eorum. *In magnâ enim domo, non solùm sunt vasa honoris, verùm etiam ignominiæ.* Magnæ illius domus Dei non habet partem infernus, non ergo de damnatis intellexit Apostolus, sed de ipsis salvatis, qui supra fundamentum fidei ligna, fœnum, stipulam ædificant, vitæ voluptuariæ, & turpis: quorum ædificium in retributione ignominiosi status, in politiâ *Christi* conflagrabit: sed ipsum fundamentum manebit. Sed de rebus istis fusiùs in sequentibus tubis differetur.

Luc. 16.8.

Rom. 9.21.

1. Cor. 3.12.

Nunc admoniti sint omnes fideles, ut præparent se in adventum Domini, & induant vestes byssinas iustificationum, tam in ratione contemplativâ animæ, quàm in practicâ: Priora sunt indumenta totius gloriæ *Catholicæ*, quam Deus promisit se traditurum *Solymæ* cœlesti; posteriora verò omnis ornatus piorum operum. Discedite ergo ab omni adulterio, & scortatione, & immunditiâ, & rapinâ, & furtis, & homicidio, & malevolentiâ, & injuriâ, & contentione, & crapulâ. Condonate mutuò querelas, si quas habetis ad proximos, & ab omni lite forensi definite: quantamque desideratis mensuram gloriæ vobis reddi in æternum in vitâ alterâ, jam instanti: tantum exhibete exemplum pietatis, charitatis, totiusque vitæ honestatis. Et qui divites sunt, communicent pauperibus de bonis suis, sicut expectant potestatem in regno *Christi*, communicandi alijs de magnificentiâ, & gloriâ suâ. Non scrupulosam vivendi rationem vobis propono, secundum traditiones *Pharisæorum*,

Apoc. 19.8.

Isai. 52.1.

sæorum, & *Puritanorum*; sed humanam, liberam, et decoram in usu omnis voluptatis honestæ: & nolite, vel ad lævam vitæ licentiosæ, vel ad dextram rigidæ deflectere: sed medium in omnibus tenete; neque expectabit *Christus* à vobis, qui in populi pij numero estis, ut ad altiora Dei mysteria perveniatis; sed tantùm tenete quod habetis, donec *Christus* venerit. Rom. 12. 1. Deuter. 2. 27. Apoc. 2. 25.

Reliquis verò fratribus meis, qui ministerium ingressi sunt, consulo, et in *Christi* nomine moneo; ut lampadibus accensis eant sponso obviam, (id est) ut investigent studendo, et meditando, quod sit illud exemplar superius in *Christo*, cujus forma in hâc unione *Catholicorum*, et *Protestantium* exhibetur; ut possint comprehendere quæ sit illa justitia spiritualis, per quam *Christus* ipse iustus est. Si enim ad hunc apicem sapientiæ possunt ascendere, participes erunt gloriæ in regno *Christi* supra cæteros: sin verò non assequantur, excludentur foris cum stultis virginibus. Comitia enim Academiæ cœlestis jam celebrantur, et examen faciendum est, quis sit dignus laureâ donari, et titulo sapientiæ præ cæteris honorari. In quem candidatorum numerum, quoniam omnes Theologiam professi nomina dederunt, alia est conditio eorum à reliquis. Et hoc est illud certamen, de quo dicitur, *vincenti dabitur*. Quærite ergo quod sit illud lignum vitæ: quid manna absconditum: quid nomen arcanum *Christi*, et *Solymæ* cœlestis; quod vincenti dabitur. Quicunque enim sive *Protestans*, sive *Catholicus* in agone hoc spirituali, victoriam sapientiæ assequi potuerit, inter primos *Christo* occurret, Matth. 25. 1. Apoc. 2. 7.

occurret, & regni, & throni ejus particeps fiet. Sed ab hoc labore, & sudore investigandi, excipiuntur quicunque libros in defensionem fidei *Protestantium* scripserunt: nam quandoquidem in prælio steterunt pro causâ Domini, æquum æstimat *Christus*, ut requiescant, neque novo labore onerentur. Cæteris verò *Protestantibus* consuluerim, ne ingenio, & doctrinâ propriâ nixi, in certamen hoc descendant, in quod semel progressi, nisi hostes suos fuderint, & palmam obtinuerint, in numerum postgenitorum reijcientur: dicitur enim, *Ecce ego pono Hierusalem visionem pacis, in lapidem oneris; quicunque eum in se susceperit, conteretur*; (nisi ad metam portaverit.) Si quæritis quâ methodo insistendum sit in hoc sapientiæ scrutinio, paucis expediam.

Zach. 12. 3.

Primò, juxta libri hujus admonitionem, unionem utriusque Ecclesiæ credas, & amplectaris, & conscientiam ab omni proposito impietatis puram custodi. Quia *non intrabit sapientia in cor malevolum, neque habitabit in corpore subdito peccatis.*

Sap. 1. 4.

Secundò, accede cum humili, & ferventi oratione ad Deum, ut dignetur studia tua S. Spiritu dirigere.

Tertiò, diligentèr librum hunc revolve, & excerpe ex illo quæcunque videbuntur pertinere ad rem hanc regulæ, & observationes, præsertim de ratione legendi sacram Scripturam, & commentarium ejus.

Quartò, observa diligentèr formam diffidij, & unionis utriusque Ecclesiæ: hoc est enim exemplum, ut ad agnitionem Agni, secundum mensuram

mensuram similis plenitudinis pervenias.

Quintò, Ne monstrum aliquod novæ doctrinæ, in rebus fidei comminiscere, sed tantùm ad sensum fidei communis eliciendum incumbe.

Sextò, Absque omni præjudicio priorum opinionum, et sensuum, tanquàm tabula abrasa exhibeas te sapientiæ, scholæ cœlestis magistræ, ut dictata ejus suscipias, et ad altiora introducaris; et sta in tremore, (id est) indifferenti æquilibrio assensus ad verbum Dei, ut minimum susurrum spiritus suscipias.

Septimò, Præpara cor tuum ad tentationem, ut quicquid videtur dignum tentari suscipias, et examines, an secundum mentem Dei sit. (id est) an exemplo pacis proposito, et verbo Dei, et rationi spirituali consentiat.

Octavò, Præfer crucem *Christi* ante te, ut scias quo modo possis mundo crucifigi, et tamen mundum crucifigere, vivificare *Christum*, et tamen circumferre mortificationem *Christi*. Gal. 6. 14. 2. Cor. 4. 10.

Nonò, Ante omnia cave à *Gnosticorum*, & *Nicolaïtarum*, & *Familianorum* errore, ne cogites turpe aliquod sub mysterij nomine contineri, tanquàm impuri coitus, aut quævis immunditia, in locum sanctum introducenda sit. Nam, ut rectè ait S. *Augustinus*: *Aliud est quod non capit parvus sensus hominis: aliud, quod non patitur quantuslibet pudor humanus: illud ab impuris corporibus perpetratur, hoc à puris mentibus vix cernitur.* Sed adde ædificium, noli relinquere fundamentum. *Posside ergo sanctimoniam cordis, sine quâ nemo Deum videbit.* Matth. 5. 8. Hebr. 12. 14.

Phil. 4. 7. Decimò, Perfectio totius operis, est visio pacis cujusdam non vulgaris, & carnalis; sed pacis, quæ superat omnem sensum, quam mundus nec dare potest, neque scire.

Jac. 3. 17. Undecimò, Signum victoriæ adeptæ hoc est, si signa illa, quæ à S. *Jacobo* proponuntur, in te deprehenderis: si senseris animam novâ, & admirabili luce imbui castitatis cœlestis, ut corpus animæ, anima Deo in vinculo pacis ligetur. Sapientia enim, quæ de cœlis est, primùm quidem pudica est, deindè pacifica, modesta, suadibilis, bonis consentiens, plena misericordiâ, & fructibus bonis, non judicans, sine simulatione.

Prov. 9. 12. Duodecimò, Cùm ad metam hanc perveneris, requiescens in suavitate spiritus, & cum Deo vives; si enim sapueris, tibi sapes; neque aliquid in vitâ externâ pietatis mutabis; sed sic habitabis in secreto Dei, ut tamen in umbrâ Altissimi commoreris, & protegaris in tabernaculo ejus, à contradictione linguarum.

Psal. 91. 1.

Psal. 31. 21. Nunc tempus est, ut ab immensis his laboribus paululùm respirem, ut resumpto spiritu, in sequenti tubâ deinceps personem.

Interea commendo Ecclesiam *Romanam* partus doloribus; valdè obesi ventris fœmina est, & carnis firmioris, quàm ut facilè laxetur. Sed quid faciat? venit tempus puerperij, hiat uterus, incipit puer caput exerere, & vel pariendum est ei, vel perendum. Coangustatum est enim stratum fidei *Catholicæ*, ita ut alter decidat; & pallium breve duos sensus operire non potest. Sicut enim in monte divisionum stabit Dominus, sicut in valle

1. Thess. 5. 3.

Isai. 28. 20.

quæ

quæ est in *Gabaon* irascetur. Vt faciat opus suum *Protestantium*, alienum est opus ejus *Catholicorum*, ut operetur opus suum fidei *Protestantium*. peregrinum est opus ejus fidei *Catholicæ*. Et nunc nolite ulteriùs mimos agere, ne fortè constringantur vincula vestra, &c.

Gaude verò Ecclesia *Protestantium*, post longos dolores de puerperio tuo; quia natus est filius tibi in mundo *Catholico*. Ioan. 16. 21.

Adhuc dicent in auribus tuis filij orbitatis tuæ: Angustus est mihi locus (in Ecclesiâ Romanâ*) fac spatium ut tecum habitem. Et dices in corde tuo: Quis genuit istos? Ego sterilis eram, solitaria, & captivata, & recedens: & istos quis enutrivit? Ecce ego derelicta sum solitaria, & isti ubi erant? Hæc dicit Dominus Deus: ego levabo manum meam ad* Catholicos, *& ad populos exaltabo signum meum: Et afferent filios tuos in ulnis, & filias tuas super humeros portabunt. Et erunt reges nutritij tui, & reginæ nutrices tuæ. Vultu in terram demisso adorabunt te, & pulverem pedum tuorum lingent. Et scies quod ego Dominus, super quo non confundentur, qui expectant eum*, &c. Isai. 49. 21.

Quantas ostendisti mihi tribulationes (intelligendi) multas, & difficiles, & ex omnibus his liberasti me. Psal. 71. 20.

ANNOTATIONES QVÆDAM, Ad illustrationem quorundam locorum apponendæ.

PAg. 60. lin. 24. אלהים. *Quod videtur dictum tanquam ab* אלו ecce, אלוה, & אלהים.

Pag. 73. *lin.* 17. sed hoc in libro. *Ita quidem primò facere cogitaveram, sed posteà consultiùs visum est maiores copias admovere, ne veritatem hanc in suspenso diutiùs relinquerem.*

Pag. 100. *lin. ultimâ.* Convertantur. *Quod inter ambitum horum annorum cæli revertentis, futurum est.*

Pag. 102. *lin.* 13. Totus numerus est 1904. *ordiendo ab anno mundi* 1717. *& lin.* 15. *dele,* vel 228. inchoatos.

Pag. 104. *lin.* 23. In hoc mundo. *Intelligo mundum scientiæ, & cultus velati* Catholicorum, *cujus ultimus annus completus est superiori anno; est enim præsens annus principium novi mundi, sapientiæ rerum Divinarum.*

Pag. 139. *lin.* 3. De viâ hâc. *In hoc, & sequentibus capitibus usque ad* 35. *velitavi tecum* Roma; *neque milites meos triarios, sed rorarios tantùm explicui: cúmque possem uno ictu κάρηλαν πλαγὼ infligere, sustinui*

stinui ad tempus, ut minutatim te conficerem. Nunc quia miseret me dolorum tuorum, apposui notam margini extra ordinem, ut ad hunc locum respiceres: & ex uno exemplo intelligas, quomodò tota illa historia tumultus Ephesini ad te pertineat, & apostasiam tuam. Hoc est enim, quod demonstrare intendo, de statu Ecclesiæ Primitivæ. Quòd fuerit duplex illo tempore Ecclesia, altera carnalis τῆς ἐξωτερικῶν, altera spiritualis τῶν ἀκροαματικῶν. Habebat exterior Ecclesia formam disciplinæ rigidæ, quæ per mortificationem externam populum sub timore coercebat, & sub jugo legis premebat. Interior verò Ecclesia spiritualium per illuminationem mentis, non ad timorem, sed ad amorem, & fiduciam justificationis per solam fidem, exercebatur. Hæc autem erat summa totius doctrinæ, quam S. Apostoli sermonibus privatis, & concionibus suis subindè miscebant. Quòd austera illa vita operum pœnalium, quam vulgus fidelium sequebatur; non ex naturâ suâ sufficeret ad salutem; sed per spiritualem quandam rationem in scriptis Apostolicis traditam perficienda esset; nempè per gratiam Christi imputantis justitiam suam. Et quòd viri spirituales à sensu carnalium secederent, ad inveniendum alium, quem carnales capere non possint: quo cùm perveniissent, cavendum esse, ne de rebus his clarè ad populum loquerentur: quia periculum hoc foret contra religionem Christianam; sed tantùm sub communi formâ loquendi Catholicorum, sensum suum comprehendcrent. Ex hâc doctrinâ sex capita controversiæ orta sunt. Primò, utra esset perfecta ratio colendi Deum? illáne, quæ à paucis quibusdam tradebatur, de ratione, quâ, vita rigida totius

tius multitudinis perfectionem suam assequeretur: an altera, quæ secundum communem totius Ecclesiæ Catholicæ *opinionem, æstimabatur per seipsam, & virtute suâ sufficiens. Secundò, an per solas scripturas* Apostolorum *dirigenda esset Ecclesia, in rebus, quæ ad vitæ pietatem pertinent: & non etiam per generale dictamen rationis humanæ. Tertiò, an ratio illa vivendi, quam pauci quidam sequebantur, esset imputanda Ecclesiæ* Catholicæ *ad justitiam. Quartò, an secedendum esset ad arcanam intelligentiam verborum fidei investigandam, & non potius* κατὰ τὸ ῥητὸν *omnia accipienda, quæ in* Catholicâ *fide dicuntur. Quintò, an esset ulla pars scientiæ rerum Divinarum, ad quam cùm quis pervenerit, non liceret eam ad scientiam popularem producere. Sextò, an sufficeret spiritualibus sub symbolicâ forma loquendi, res arcanas vulgò prædicare? itaut sine visibili schismate cum populo* Catholico *conversarentur. Et hæc fuit controversia cum ipsis* Iudæis *spiritualibus,* (id est) *ijs, qui formam fidei* Catholicæ *oppugnabant. Et hic est finis controversiæ, cùm viderent* Catholici *Apostolos, & spirituales pacificè secum sub communi formâ verborum, & vitæ piæ praxi viventes, sine mentione novi modi intelligendi res Divinas.*

Quòd autem hæc vera fuerint capita controversiæ, quæ agitabantur in spirituali illo tumultu Ephesino, *ex ipsis sacræ Scripturæ verbis disertis ostendam. Accipe ergo literas quatuor vocis* ὁσῦ *in illis verbis.* Facta est non modica perturbatio περὶ τῆς ὁσίου *& secundum tesseras literarum elige voces, quæ primò occurrunt, in quibus literæ illæ inveniuntur, tam deor-*

sùm

sùm legendo, quàm sursùm. Et in lectione deorsùm ducta, intelliges quænam fuerit ὁδὸς, vel ratio pietatis, quam Demetrius spiritualis sequebatur, & propugnabat; & contrà sursùm legendo, perspicies, quænam sit via spiritualis Christi, & Apostolorum, quam populus Catholicus detrectabat sequi. Assume verò voces non quasvis, sed tantùm illas, quæ intellectualem sensum habent, vel simpliciter, vel per manifestam derivationem. Derelinques ergo particulas orationis, vel articulos, conjunctiones, & præpositiones, & tantùm in nominibus, vel verbis insistes. Primò, in lectione sursùm ducta, per tesseras quatuor literarum ὁδῦ occurrunt ο. ὀλίγος. δ. ἀφ᾽ ἁγιονύντων ο. μακεδονίαν. υ. ἱερυσαλὴμ. Vocem μακεδονίαν resolvo in μᾶκος, & ἡδονὴν mutata brevi vocali in longam, ut sæpè contingit in etymologijs: & transfero elongationem, & abstinentiam à voluptate, scilicet, corporea: vocem ἱερυσαλὴμ, juxta prosopiam eius Hebræam interpretor à יָרֵא, & שָׁלֵם Doctrinam pacis, vel perfectionis. Ex his quatuor verbis ita significantibus, contexo sententiam primam vocis ὁδῦ. Ἡ ἀφ᾽ ὀλίγων διαχωνθεῖσα μακεδονίας διδαχὴ τελειωτική. Doctrina de ratione perficiendi abstinentiam voluptatum, quæ à paucis quibusdam administrata est: altera pars controversiæ circa viam ὁδῦ, ita per literas suas colligitur, deorsùm tendendo. ο. δημήτριος. δ. (omisso hîc voce ἀρτέμιδος, quia neque intellectualem sensum habet, neque claram etymologiam, & accipio proximam) ἀιδρῶν. ο. εὐπορία. υ. ἄχθετε. Vocem δημή-

Vide distinctius de tota hac ratione, Cap. 26.

πρὸν *ad intellectualem significationem apto, ut sit* δήμῳ ἑταῖρος, *vel* ἑταιρεύων: qui comitatur populum. *Ex his sententiam hanc construo, & expositionem* ὁδὸς. ἡ κατὰ τῶν δήμῳ ἑταιρευόντων εὐπορεῖ ἀχολεὼ. Via, quæ secundum famam eorum, qui populum sequuntur, abundè sufficit. *Et hoc erat primum caput controversiæ (ut dixi) utra esset perfecta ratio colendi Deum, illáne, quæ à paucis quibusdam tradebatur, de ratione arcana, qua vita rigida* Catholicæ *multitudinis perfectionem assequeretur: an illa, quæ secundum communem* Catholicorum *opinionem, æstimabatur per seipsam sufficiens.*

Venio ad secundum caput tumultus, qui factus est circa viam Domini, & pergo colligere voces, ubi prius desij. Sursùm ο. πορεύεσθαι. λ. μακεδονίαν. ο. Παῦλος υ. ἴσχυεν. *In unam sententiam redigo.* ὁδὸς ἐν ᾗ πορεύοντες χτ' μακεδονίαν Πάυλῳ ἰσχύσι. Via, in quâ, qui incedunt juxta mortificationem *Pauli, (id est, quam* Paulus *in sermonibus, & epistolis tradit)* virtutem habent. *(id est) veram habent iustitiam. Ex altera parte deorsùm accipiendo voces,* ὁδὸς viâ. ο. μόνοι. λ. σχελὸν, *resolvo in vocem finitimam* σχέδιν, *ut fiat nomen.* ο. παῦλος. υ. ἡσυχάζει. *Resolvo dictionem* παῦλος *in* πάυλιν quietem, *à* παύω cessare; *& constructionem facio,* ἐν μόναις σχέλαις παύεσθαι ἡσυχάζει. In solis folijs, *(id est, scripturis)* quiescere periculosum est. *Et hæc erat secunda controversia, an per solas scripturas dirigenda esset via pietatis, & non secundũ dictamẽ rationis humanæ Deus coli posset?*

Pergo

Pergo ad tertiam controversiam ascendendo. ὁλῷ viâ. ο. χύειος. λ. μυειάδας ο. (*transeo vocem* ἀργυείῳ, *est enim merè res corporea, & accipio proximam*) ἔυρσν. υ. σωνεψήφισαν. *Abstraho voces à determinatione suâ, & ex ore infantium, & lactantium, (id est) ex dictionibus indeterminatis, formo hanc sententiam:* τῷ χυείῳ μυειάδες ἐυρήσωσι σωνψήφισμα. Multitudo *Catholica* inveniet Domini *Christi* suffragium, vel computationem. *Est enim imputatio tanquam calculorum plenorum numeratio, in subiecto habente defectum. Ex altera parte pergo descendere.* ὁλῷ viâ. ο μέρος. λ. ὑδὲν. ο. λογισθήσαι. υ. ὀικουμένῃ. *Vnam texo orationem* ἀπὸ τοῦ μέρους ὑδὲν λογισθήσεται τῇ ὀικουμένῃ A parte aliquâ nihil imputabitur toti orbi (id est) Catholico. *(id est) iustitia quorundam hominum non est imputanda Ecclesiæ universali. Et hæc erat tertia controversia. An ratio illa vivendi, quam pauci sequebantur, esset imputanda Ecclesiæ* Catholicæ *ad iustitiam.*

Sequitur quarta controversia, & incipio sursum ubi desitum erat, ὁλῷ viâ. ο. ὀφθιον. λ. ἰθλαίοις. ο. γιωστὸν. υ. (*transeo Pronomina, quæ non faciunt momentum ad ullum sensum, & nomen* ὄικος *ut rem corpoream, & accipio vocem*) ἐκφυγεῖν. *facio hanc sententiam:* τὶὶ ὀφθιον ἰθλαῖοι γιῶσιν ἐκφεύξωσι. Veri Dei confessores visibilem, vel publicam scientiam fugient. *Ex altera parte descendendo, accipio* ὁλῷ viâ. ο ἀκούσαντες. λ. ὁμοθυμαδὸν. ο. θέατρον. υ. σωαρπάζοντες

πάζοντες. *Constituo voces liberas.* τὰ ἀκωδώνιζα ὁμοθυμαδὸν τὸ θέατρον συναρπάζοι. Tota multitudo ea, quæ audit, uno sensu communi ad se rapiat. *Et hæc est quarta controversia: An secedendum esset ad arcanam intelligentiam verborum fidei investigandam, & non potius τῷ ῥητῷ omnia accipienda, quæ in Catholicâ fide dicuntur.*

In quinta controversia accipio voces. ὁ γυμνὸς: *est enim facilioris metaphoræ, quàm* περιαιρεθείς. ὁ ἰδιώτης ὁ. (*transeo vocem* ἰδιώτης, *quia non habet æquivocationem, & difficilioris tropi est; & accipio*) παῦλος ὁ ἰησοῦν. *Significat verò* ἰδιώτης τὸν ὁμολογοῦντα, καὶ αἰνοῦντα τὸν θεὸν, καὶ τὰ θεῖα: eum qui palàm confitetur, & prædicat *D*eum, & res *D*ivinas. *Et resolvo vocem* ἰησοῦν, *secundum rationem etymologiæ,* Græcæ, *non* Hebraicæ. ὃς γυμνῶς ὁμολογεῖ τὰ θεῖα, παύει ἀπὸ τῆς ἱερᾶς σοφίας, ἢ ἰησοῦ. Qui nudè, & sine velo verborum res *D*ivinas prædicat, desinit à ratione verbi salvifici. *Et ex alterâ parte descendendo, colligo dictiones.* ὁ γαῖον. ὁ. μακεδόνας. ὁ. συνεκδήμους. ὁ. παύλου. *connecto orationem* γαίου μακεδόνες σὺν τῷ δήμῳ (ἐξωτέρῳ) παύεσθαι. Gloriantur vitam austeram sequentes cum populo (externo) (*id est*) *sensu communi* Catholicorum, quiescere: *& non altiorem cultus Divini rationem quærere, vel cogitare. Et hoc est quintum caput controversiæ: An res Divinæ sint proponendæ populo nudè, sine ullo velo? In quo sententia* 1. Cor. 2. 6. & 3. 1. *Apostoli est*: Sapientiam loquimur inter perfectos.

ctos. Et non potui vobis loqui, ut ſpiritualibus, ſed ut animalibus. *Et quidem primis Eccleſiæ temporibus, cum ſeminandum eſſet verbum Dei, nefas erat prohibere illud, ne in terra ſepeliretur. Sed hoc noviſſimo tempore, quando meſſis inducenda erat, clarè triturandum eſt verbum fidei, & non ſub terra mittendum. Sequitur controverſia ultima: ſurſum legendo.* ὁλῷ viâ. o. (*tranſeo* ὁρμίζομεν, *quia non eſt verbum intellectuale, & accipio*) λέγοντες. λ. ἰδιωτῶν. ο. ἐπερχομένων. υ. πνεύματα. *Hoc eſt,* λόγος ὁμολογίας θείας ἐπερχόδω πνευματικῶς. Verbum confeſſionis *Divinæ* ubique incedat ſpirituali modo. (*id eſt*) *ſub verbis* Catholicorum *ſpiritualitèr intellectis, ubique prædicetur, & non clarè de ijs ſermo habeatur. Et ex alterâ parte deorſum legendo.* ο. παύλω. λ. λῆμον. ο. φίλος. υ. παρεκάλουν. *Compono ſententiam,* παῦλος τὸν δῆμον, (ἢ τὰ δημόσια) φιλεῖν παρακαλεῖ. Hortatur *Paulus* populum Catholicum, *& cultum eius publicum amare, & amplecti. Hæc eſt concluſio controverſiæ totius: rebelli populo* Catholico *morem gerit S. Apoſtolus, & conſulit ne palàm ſermo fiat, de rebus ſpiritualibus, ut populus ad eum ſurſum ducatur: ſed ut tantum ſpiritualitèr ſub forma communi fidei* Catholicæ *prædicaretur.*

Spiritualis iſte Demetrius, *quis fuerit, audite.* Δημήτριος *ſurſum legendo. Primò,* Δ. ὃς τῇ ὁλῷ τῆς ῥώμης διδαχῇ τελειωτικὸν ἐπλήρω, κεφαλῶν πρὸς τὰς μυριάδας πιὸν σπούδαιον βίβλων αὐτῷ. Qui Religione *Romana* implevit doctrinam perfectionis habens

bens apud multitudinem æstimationem propter scripta sua. *Secundò*, Δ. ἰουδαῖός τις πονηρὸς, ὃς τοὺς πνευματικοὺς ἰησοῦ ποιεῖν ἀρχὰς ἱερῶν, ἐκήρυσσε παύσασθαι τοῦ ἰησοῦ. Iudæus quidam impius, qui prædicavit evacuare eos *Iesum Christum*, qui principia sacrorum eius facerent spiritualia. *Tertiò, deorsùm legendo*, ∇. ἀνὴρ, ὃς τὸ πᾶν μετέθηκε μεγαλύνων μεγαλειότητα, ἢ δόξαν τῶν πληρούντων ἔφεσιν ὅλου σωχύσει. Vir quidam qui universum, *(id est, Ecclesiam)* subvertit, magnificando gloriam eorum, qui totum appetitum naturæ implent confusione. *Quartò*, ∇. ὃς ὁμοθυμαδὸν σωεκδημεῖν ἐβούλετο τοὺς μαθητὰς εἰς πομπὴν, καὶ παράκλησιν οὐκ ἐδίδου τῶν θεατρικῶν τῇ ἐκκλησίᾳ. Qui consulebat discipulis iuxta communem sensum à seculo peregrinari ad visibilem ostentationem, neque solatium aliquod dabat Ecclesiæ in statu illo theatrico.

Ἐργάτας operarios, *quos convocavit* Demetrius *quinam fuerint, sursùm, & deorsùm ostenditur*. Δ. οἱ λόγον ἀνθρώπων γινόμενον εἰς ἀπελεγμὸν, ἐμεγάλυνον, ἀντὶ τοῦ σεβάσματος, τοῖς ἀκούουσι. Qui doctrinam humanam, quæ rejectamentum est *(Divinæ)* magnificabant pro Divino cultu apud auditores. ∇. οἱ πεχνίται παρέχοντες οὐκ ὀλίγον τάραχον πρὸς τὸ γίνεσθαι ἐρασθοὺς τοῖς πλουτέοις. Artificiosi homines, qui præbebant non exiguam perturbationem *(in vivendo)* ut essent amabiles illis, qui Deum colunt.

Ipsum idolum Dianæ *ita exponitur*: ἄρτεμις Δ. ὁρμὴ

ὁρμὴ τὸ θέατρον συναρπάζασα, ἵνα εἰς μακηδονίας (συοικδημωντες) εἰσελθῶσι πομπίω. Impetus devotionis totam multitudinem corripiens, ut à populo mundi abstrahentes se, ingrediantur austeritatis pompam. ∇. τὸ μετὰ μεγαλης χραυγῆς ἀκουόμενον σέβασμα δικουμένης, ἀφ᾽ μεγαλειότητα καθάρσιος. Qui cum magnâ acclamatione exauditur cultus Divinus totius terræ, propter magnitudinem privationis. *(id est) voluptatum.*

Pag. 192. *lin.* 6. fidei Christianæ, & 1600. post mortem *Christi. Duplex est enim expositio chronologica horum numerorum, altera ænigmatica, altera simplex. Prior, quòd post* 1500. *annos, ab initio apostasiæ* Catholicæ, *effusus est sensus* Catholicorum, *ut profanus, usque ad illud tempus, quo publicâ declaratione abominationis solitariæ in templo positæ, hoc anno per me refrænatur. Et altera simplicior ratio chronologiæ est, quod profanus factus sit sensus eorum, post annos* 1600. *à morte* Christi, *secundum æram communem.*

Pag. 240. *lin.* 24. Christi descendentis. *Nomen* הירדן. Ios. *cap.* 4. *v.* 9. *Exponitur:* יהוה יהושוע כפר ער כהנים Complacentia scripturæ internæ de *Iesu* numero, & seculo ministrorum. *(id est) computatio chronologiæ Christianæ ex verbo Dei interno.*

Pag. 247. *lin.* 7. Quæ hoc anno. *Primus annus prædicationis meæ, qui completur in anno sequenti.*

Pag. 248. *lin.* 1. 460. ab illo tempore ad *Christum. Supputando partem anni illius, in quo data est prophetia, pro principio numerationis.*

Pag. 411. *lin.* 2. אלהים *Plurima enim nomina propria* Hebræorum *in se nomen Dei continent.*

Pag. 454. *lin.* 30. Et in Repertorio. *Incipit numeratio vocum à folio* '. *lin.* 4. *Pag.* 2. *unâ lineâ citeriori quàm oportet: sed si à quinta linea ordiaris, ita colligentur dictiones:* ישמע אל בנ עצם ילד Subaudit Deus Filij sui corpus generari, *hoc est enim tempus statutum, & temporis statutum, ut sub cultu servili* Catholicorum, *intelligat liberum* Protestantium. *Et ex hoc exemplo scire potes, quòd non ex electione, sed incogitantia aliquando operatus sum, in loco, & verbis alienis: ut pateat Deum esse ipsam verbi interni complacentiam fortuitam. Si ergo alicubi videris similem errorem, tentatu, secundum veram regulam lectionis, sententiam deducere, iuxta exemplar sensus, quod propositum habes à me in illis locis.*

Pag. 655. *lin.* 28. Numerus צריק. *Dagesh* forte *indifferentèr pertinet ad consonas, & puncta vocalia.*

Pag. 667. *lin. ult. Quisquis ergo in fide* Protestantium *mortuus est, salvabitur, quoad statum naturæ suæ; sed si malâ vita fidem dedecoravit, damnabitur, quoad statum gloriæ.*

FINIS.

ERRATA SIC CORRIGITO.

PAg. 11. lin. ult. *lege, adventum.* p. 12. l. 23. *l. nec aliquod sit.* p. 21. l. 15. *l.* θάλασσα quasi θέα. p. 22. l. ult. *l.* ⅓. pag. 23. l. 1. *l.* 666⅔. ibid. l. 24. *l.* Ἀθανάτοιο θεῦ Χριστὸν παῖδ' ὑψίστοιο. p. 37. l. 11. *l. verum exclusivè.* p. 43. l. 11. *l.* 22. *annis.* p. 46. l. 28. pro *fleverint, l. doluerint.* p. 62. l. 23. *l. ut obiectum.* p. 67. l. 17. *l. Hæc enim sunt dictata.* p. 71. l. 8. *l. materiam dico non rationem.* p. 74. l. 4. *l. Hebræarum.* p. 75. l. 17. pro *unitatum. l. numerorum.* ibid. l. 24. *l. pupilla.* p. 78. l. 13. *l. eideas.* ibid. l. 24. *l. eidea* p. 79. l. 14. *l. posuite ut plantes cœlum, & formes.* p. 80. l. 27. *l.* 4.⅓. & lin. 31. pro *post. l. in.* p. 88. l. 21. *l.* 5600. p. 93. l. 16. *l. Lipsiæ.* & l. 18. *prodiens.* p. 105. l. 1. *l. administrabitur.* p. 106. l. 1. *l. est gaudij.* p. 113. l. 3. *l. velum illud.* p. 114. l. 28. *l. visibiliter* 48. p. 120. l. 3. *l. Paulus V.* & l. 30. *l.* עץ. p. 123. l. 14. *l.* תכלת. & l. 29. *l.* רומח. p. 127. l. 9. *l. Lipsiæ.* p. 131. l. 4. *l.* 52. *annos.* p. 132. l. 1. *l. amputent, abhorreant.* p. 133. l. 28. *l. foris.* p. 135. l. 12. *l. quæ sunt.* & l. 17. *l. Dan, iudicio.* p. 136. l. 11. *l. ad destinctionem.* p. 136. sequenti, l. 6. *l. deindè proficisci.* ibid. l. 25. *l. hodopœiam.* pag. 139. l. ult. *l. terrena.* p. 140. l. 1. *l.* ἄρτεμις & l. 6. *præ.* p. 143. l. ult. *l. contrarium.* p. 150. l. 9. *dele* &. p. 158. l. 24. *l. transibant.* p. 163. l. 1. *l. spirituales.* pag. 164. l. 1. pro *enim, l. erant.* p. 167. l. 24. *l.* כתרת. pag. 168. l. 27. *l.* שורים. p. 174. l. 29. *l.* ἀνυποκείτω. p. 175. *margine. l. Roma.* p. 177. l. 29. *l. quæ.* pag. 182. l. 20. *l.* 1633. p. 195. l. 29. *l. celatur.* p. 206. l. 4. *l. circuli.* pa. 209. l. 12. *l. præfatione.* p. 211. l. 17. *l.* 4. *ratio.* & l. 18. *mathematica.* 214. l. 30. *l. suum.* p. 218. l. 28. *l.* ' 10. & l. 29, *l.* 3. p. 235. l. 8. *l. Paulus V.* p. 241. l. 17. *l.* 466⅔. p. 246. l. 24. *l.* 757. & l. 25. *l.* 1604. & l. 28. *l. inclusivè.* & l. 29. *l. inclusivè.* p. 248. l. 1. *l.* 461. p. 289. l. 2.

l. Paulus V. p.290. l.31. *l.* [illegible] pag.305.l.29. *l.* 1628.p.307.l.6. *l.* 550. pag.313.l.19. *l. veritatis, quæ.* p.317.l.17. *l.* Paulo V. p.329.l.16. *l. detonsus.* ibid.l.20. *l. creditur.* p.138.l.8. *l. liberavit eũ.* ibid. l.9. עני & l.21. מלאך p.339.l.9. *l. post eum.* ib.l.29. *l.* [illegible] p.345.l.20. *l. facies Dei.* p.354.l.28. *l. correspondenti resolutione verborum* pag.360.l.8. *l.* שלח p.364.l.1: *l. speciem suam, maledictam.* p.368. l.5. *l.* יריח. יריחה p.369.l.27. dele ס p.377.l.29. *l. ad verbum sui indicem.* p.378. *l. ubiq,* עינין p.[illegible].l. [illegible] ib.l.[illegible] p.385.l.2. *l.* הוה. & l.6. *l. fuerat.* & l.7. *l.* הבירה p.388.l.25. *l.* הרוח. p.389.l.11. *l.* מחר p.390.l.7. *l. lamentationum.* & l.22. זרח p.392.l.27. *l.* מהמא p.401.l.6. *l. distincti.* p.407.l.11. *l.* παρέδωκεν. p.409.l.8. *l.* בתר רמה. pa. 423.l.3. *l. mãna.* p.430.l.24. *l.* חמרמר p.431.l.12. *l. allegoricè,* & l.25. *l. habentis.* p.432.l.4. *l.* ἁπλῶς κτώμενον. & l.28. *l. cognatæ, quasi* בן אח p.433.l.13. *l.* רוח. p.434.l.11. *l.* מישרים, & l.12. *l. perversa,* & l.30. *l.* מבקשים p.435.l.20. *l.* בן אח p.437.l.21. *l. partes.* p.438.l.3. *l. desiderant.* p.440.l.6. *l.* בקש טמא חפר *Quæreret polluere loca votariorũ.* p.441.l.6. *l.* לבחרו p.445.l.26. *l. Rabbinis.* p.448.l.1. *l. interpretare.* p.454.l.25. *l.* כתים p.460.l.6. *l. cõmensurata.* p.461.l.23. *l. indicativo.* p.462.l.22. *l.* שלח. p.464. l.2. *l. quod.* p.465.l.6. *l.* עולם, & l.8. *l.* פוח. p.467.l. 24. *l.* לשער. p.468.l.3. *l.* שלח, & l.16. חשך, & l.31. *l. indulgentiã.* p.469.l.22. *l.* אשר. p.492.l.9. *l.* ζήτησιν. p.507.l.7. *l. particularis.* p.510.l.3. *l. mysteriȳ.* p.526. l.29. *l.* καὶ πάτοι ὀφατοι, ἢ ἔδοξεν. p.549.l.21. *l. deductæ.* p.558.l.1. *l. possint.* p.593.l.7. *l.* כמר. p.595. l.5. *l.* סחר. p.618.l.11. *l. servat fractionẽ, in alijs amittit.* p.639.l.23. *l.* חורף. p.649.l.25. *l.* במחלהמי״ם. ibi. בי״ן, & l.ult. eorundem nominum.

Reel 9 - 335 C+p
Reel 10 - 22 C+p.

TITLE ECCE Sponsus venit. Tu

AUTHOR ALABASTER, WILLIAM.

LIBRARY UNIVERSITY LIBRA


DATE MICROFILMED

ORDER No. 3056.


MICROFILMED FOR

PERMISSION TO REPRODUCE OR ED

IN ADVANCE FROM



SCALE IN



UNIV

ANN A

No. 69

TUBA PULCHRITUDINIS -

DATE 1633

RARY - CAMBRIDGE [F. 4. 117]

S.T.C. No. 246

EDIT THIS FILM MUST

THE END

3 4

IN INCHES

VERS

ARBOR

FILMS

MICHIGAN